This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.



Digitized by Google

EXC.
(Münster)
Digitized by Google
Geschichtsquellen

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

off record only

Veröffentlichungen der historischen Kommission
des Provinzial-Vereins für westfälische
Landes- und Volkskunde

IA

Digitized by Google

DIE

GESCHICHTSQUELLEN

DES

BISTHUMS MÜNSTER.

HERAUSGEGEBEN

VON

FREUNDEN DER VATERLÄNDISCHEN GESCHICHTE.

SECHSTER BAND:

KERSSENBROCHS WIEDERTÄUFERGESCHICHTE

ZWEITE HÄLFTE.

MÜNSTER.

DRUCK UND VERLAG DER THEISSING'SCHEN BUCHHANDLUNG.

1899.

Digitized by Google

o.c.

HERMANNI A KERSSENBROCH

ANABAPTISTICI FURORIS

MONASTERIUM INCLITAM WESTPHALIAE METROPOLIM EVERTENTIS

HISTORICA NARRATIO.

IM AUFTRAGE DES VEREINS FÜR VATERLÄNDISCHE GESCHICHTE UND ALTERTUMSKUNDE

HERAUSGEGEBEN

VON

DR. H. DETMER.

ZWEITE HÄLFTE.

MÜNSTER.

DRUCK UND VERLAG DER THEISSING'SCHEN BUCHHANDLUNG.

1899.

AN
Q

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
937419A
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS

Digitized by Google

Porro ubi senatus per hanc transactionem in omnes urbis paroeciales ecclesias ius designandi concionatores assecutus fuisset, his illud legibus communiri voluit, quarum epigraphe haec est:

„Succinctum municipalium legum excerptum earum rerum, quae ad senatus Monasteriensis auctoritatem pertinent[1].

Cum omnis in timore Domini vivendi ratio ex verbo Dei profluat, quod per pios concionatores populo annunciatur, necesse itaque est ad conservandam christianam rempublicam, ut fideles et pii concionatores constituantur, qui (ut Paulus inquit)[2] idonei sint, ut alios quoque doceant et recte sermonem veritatis dispensent. Horum autem tot sunt eligendi, quot pro reipublicae amplitudine sufficiant. Singulis itaque parochiis duo praeficientur, qui modo sequenti ordinabuntur.

Primum singulae paroeciae duos viros pietate et doctrina praecellentes designabunt, quos ad concionandi munus utiles esse iudicaverint. Deinde ex toto paroecianorum numero quatuor eligentur, qui designatos istos ecclesiastas ad examinatores a senatu, tribunis ac mechanicorum praefectis constitutos adducant. Hinc examinatores per divini numinis invocationem *delectos et * p. 350.
ad se adductos, ut scriptura habet, diligenter probabunt et, si ad ministerium verbi idonei fuerint, ipsos ad populum, a quo

---

[1]) Ein deutsches Original ist bis jetzt nicht nachweisbar. Nur durch Kerss. sind uns diese „Grundzüge der evangelischen Kirchenverfassung der Stadt Münster“ erhalten. Einen Abdruck derselben giebt C. A. Cornelius: M. A. II. S. 317 ff., eine Charakteristik derselben ebendas. S. 147 ff. Mit Recht macht er aber M. G.-Q. II. Einl. S. 53 Anm. darauf aufmerksam, dafs diese Bekanntmachung erst von dem neuen Rate erlassen wurde, dessen Wahl am 3. März Kerss. chronologisch ungenau erst weiter unten berichtet.

[2]) 2 Tim. 2, 2.

Wien 14 Dec 1937

Digitized by Google

electi sunt, reducent ibique in conspectu omnium paroecianorum ipsis officii sui admonitis oviculas Christi fideliter committent, subditos quoque, qua benevolentia et benignitate erga ipsos affecti esse debeant, commemorabunt. Tandem hanc concionatorum vocationem publica ad Deum facta deprecatione confirmabunt, qui hoc susceptum ministerium in augmentum gloriae suae et communem omnium salutem fortunare dignetur.

Concionatores itaque sic ordinati circa dispensationem verbi et sacramentorum nec non in aliis ecclesiasticis functionibus certas formas ac ceremonias sacris literis conformes cum senatus, tribunorum ac mechanicorum praefectorum consensu et auctoritate constituent constitutasque inviolate servabunt.

Praeterea cum plurimum reipublicae intersit, ut iuventus bene educetur et quotidianis virtutum incrementis exercitata ad publicae societatis gubernacula adolescat, senatus virum probum, pium et doctum scholae publicae praeficiet, qui cum examinatoribus consilio communicato ea, quae ad scholasticam disciplinam necessaria et utilia esse videbuntur, senatu auctore constituet [1].

Ad haec duo a senatu publico stipendio conducti sacras literas et veteris et novi testamenti legent et interpretabuntur, cui rei locus commodus designabitur. In singulis paroeciis gazophilacia erigentur diaconique eligentur, qui diebus dominicis collectas sub concione pecunias aliasque pensiones ratione transactionis inter principem et senatum initae [2] piis usibus destinatas vera paupertate afflictis erogent.

Senatus duos viros solertes, duos quoque tribuni, et totidem mechanicorum magistri constituent, qui per totam urbem publicorum mendicorum curam gerentes accurate de eorum patria, de parentibus et educatione, de vitae innocentia, de cor-
*p. 351. poris imbe*cillitate, quibusque exercitiis sint occupati, inquirent, ut eleemosynis digni certis notis insigniti alantur, indigni vero ac ignoti ad suos relegentur. Nam impudentibus saepe mendicis male erogantur eleemosynae.

[1]) Von der Errichtung einer evangelischen Schule erzählt Kerss. gleich weiter unten. Darüber aber, dafs eine Schulordnung wirklich ausgearbeitet wurde, fehlt jede Nachricht.

[2]) Vgl. Bd. 1 S. 376 Artikel 7 des Vertrages.

Digitized by Google

Praeter hos senatus, tribuni et mechanicorum praefecti sex censores, viros graves atque conspicua virtute illustres, designabunt, qui controversias in matrimoniis passim exortas diebus Saturni in loco commodo discutient ac diriment. Quae nisi mature componantur, plurimum incommodi in rempublicam importare solent.

Porro quomodo quisque se in sua functione geret, ex iusto plebiscitorum volumine cognoscetur. Haec vero breviter annotata sunt, ut ea, quae ad christianae reipublicae formam pertinent, coepisse videamur.

Cum autem dispensatores verbi, qui populum per doctrinam Dei ad christianae vitae societatem pertrahent, in sua functione confirmati fuerint, dubium non erit, quin multi pertinaces et praefracti homines futuri sint, qui verbo Dei non parentes puram ac christianam vitam difficillime amplectentur. Tales itaque ad christianae vitae puritatem conservandam iustis legibus et gladii animadversione coercendi sunt. Quare in blasphemos et manifeste delinquentes legitimae poenae constituentur, quibus in praefractorum terrorem et bonorum tutelam a senatu afficientur.

Principio omnes manifeste impii et in Deum blasphemi christiano anathemate ferientur, quo in malitia sua obstinati et post secundam aut tertiam admonitionem non resipiscentes per ministros verbi excommunicabuntur atque ita a christianorum coetu publico segregabuntur, ut, qui christiani esse velint, nihil commercii et consuetudinis cum illis habeant. Si vero illud non profuerit, sed in sua malitia pertinacius (quod Deus avertat) perseveraverint pravoque suo vivendi exemplo rempublicam offenderint, a senatu semel atque iterum admonebuntur; quae admonitio si fructum pepererit nullum, pro ratione facti dignas poenas luant. *His autem flagitiis, quae iure civili puniuntur, *p. 352.
ut latrociniis, furtis, proditionibus et similibus, novas leges et poenas constituere non est operaeprecium; sed iis, quae (pro dolor) diuturna consuetudine in magnam bonorum hominum offensionem levia visa sunt neque hactenus punita, leges et poenas irrogare necessarium est, qualia sunt vana et temeraria iuramenta, execrationes, dirae imprecationes, blasphemiae in

Digitized by Google

Deum, dierum festorum per inutiles et non necessarios labores profanationes, verbi Dei audiendi pervicax neglectus, concionum sacrarum per tibias ac tympana aliosve motus conturbatio, liberorum ingratitudo, qui parentibus suis infamiam irrogant, adulterium, fornicatio, stuprum, lenocinium, ebrietas, inutilis et sumptuosa per luxum aleamve profusio, falsum testimonium, obtrectatio ac famae alterius denigratio, usura. Haec flagitia legitimis poenis coercere ad conservationem reipublicae non solum utile, sed et necessarium esse iudicamus. Reliqua, quae huc pertinent, ad integrum plebiscitorum scriptum codicem transferemus, quae sacris literis iureque civili confirmata et a senatu, tribunis, mechanicorum magistris ac tota Monasteriensi republica comprobata typisque excusa universo orbi, omnium hominum iudiciis offeremus. Ad quam rem feliciter conficiendam praesidium Dei optimi maximi imploravimus[1]."

---

[1]) Die in Aussicht gestellte Kirchenordnung ist, wie es scheint, nicht mehr erhalten. Doch wurde sie von Rothmann wirklich verfafst (vgl. die von C. A. Cornelius: M. A. II. S. 150 Anm. aus dem im Stadtarchiv M. befindlichen Registrum der Grutherren abgedruckte Notiz) und seitens der Stadt am 17. April dem Landgrafen zur Begutachtung übersandt. Im Schreiben (Orig. im St.-A. Marburg) meldet der Rat: „... dat wy ... eyne ordenunge dorch unse predicanten myt bekantnisse erer lere hebn verfathen laten." Der Rat überschickt sie durch seinen Diener Franz von Werne und bittet den Landgrafen, sie durch seine Räte und Gelehrten durchsehen zu lassen, „to corrigeren, dar an und aff to setten, dem hilligen evangelio und godtlichen schrifften gemeefs." Zur Sache vgl. auch C. A. Cornelius a. a. O. II. S. 148 f. A. Corvin: Acta etc. Bl. B 1 meldet, die Marburger Theologen hätten „in sachen, den tauff und abentmal belangen, keinen genugen gehabt und geprechen gefunden" und hätten die Schrift zur weiteren Erklärung nach Münster zurückgesandt. Auf abermals unbefriedigende Antwort Rothmann's hin habe dann der Landgraf Fabricius und Lening nach Münster geschickt. S. weiter unten. Erwähnt wird das Gutachten der Marburger Theologen und die von Rothmann, Roll und Staprade darauf erlassene Erklärung in den Disputationsakten vom August 1533 (Ztschr. 20 [1859] S. 155 u. 158 f. und H. Hamelmann: De paedobaptismo Bl. C 5 u. D 1). Ueber die letzte Erklärung der Prädikanten erfahren wir aus dem „Bericht von der gottseligen anstellung ... durch die Prediger zu Strafsburg." Vgl. P. Bahlmann: Bibl. 1534 Nr. 1. — Die „Tuchtordeninge" findet sich in einem Originaldruck in der Königl. Paulinischen Bibliothek zu Münster (s. P. Bahlmann: Bibl. 1533 Nr. 2). Sie ist abgedruckt bei

Digitized by Google

Plebs et concionatores superioribus concordiae pactis plus licentiae, quam unquam speraverant, consecuti eam perpetuo duraturam confidentes plus solito insolescunt. Pontificem iam cum rasa sua cohorte debellatum esse, tyrannidem papisticam corruisse, evangelicam vero libertatem a gravi servitutis iugo per Rothmannum ereptam sibique restitutam et concordiae legibus confirmatam, errorum iam caligines vera luce illustratas passim clamitant. Et cum voto sibi omnia successisse putent, in gratiam evangelii et papae contemptum mutua inter se convivia agitant, epulantur, commessantur, potitant, sed nunquam sine Rothmanni, licentiae auctoris, praesentia, quem tanquam propitium aliquod numen omnibus suis conviviis adesse volunt[1], quem suspiciunt, quem admirantur, *quem venerantur, quem *p. 353. nova voce superintendentem appellant[2], quem primo mensae loco dignantur, a cuius ore omnes pendent, quo loquente tacent omnes, quo tacente verecundia est quenquam loqui, unde ipse in magnam eruditionis et sapientiae opinionem apud imperitum vulgus se insinuat. Hinc adeo sibi placet, adeo fastu turget, ut prae se omnes doctos contemnat. Tandem quoque plebeio favori tribuit, ut iam stabiles in urbe sedes promittere sibi audeat. Et cum nihil tandem ad suaviter vivendum praeter thalami consortem deesse sibi existimaret, relictam Ioannis Vigerii 19. Fe-

---

C. A. Cornelius a. a. O. II. S. 320 ff. Von Bürgermeistern und Rat, Older- und Meisterleuten erlassen, „enthält sie doch für die meisten wichtigen Vergehen noch kein bestimmtes Strafmafs und überläfst es späterer Anordnung, die Befugnisse der Zuchtherren abzugrenzen und die Art ihres Verfahrens zu bestimmen ...“ (s. C. A. Cornelius a. a. O. II. S. 152).

[1]) Vergl. dazu die lebhafte Schilderung in dem niederdeutschen Schmähgedicht: „Der Mönsterschen Ketzer Bichtboeck“ (s. P. Bahlmann: Bibl. 1535 Nr. 32). Ein Teil der hierauf bezüglichen Verse ist abgedruckt bei C. A. Cornelius: M. A. II. S. 170 f. In A. Corvin's „Acta etc.“ heifst es Bl. A 4v: „Doch hat sich der liebe Rothman imer wie das ketzlein schmücken und schön machen wollen, gab sich als ein Engel des liechtes vor dem gemeinen pöffel fein dar.“

[2]) Der Titel eines Superintendenten für Rothmann — Kerss. wiederholt diese Bezeichnung sehr bald weiter unten noch einmal — kann aktenmäfsig nicht belegt werden. Vergl. übrigens die Bemerkungen von C. A. Cornelius: M. A. II. S. 149 Anm.

Digitized by Google

19. Febr. bruarii uxorem ducit, cui superstite etiam marito evangelicum spiritum et amorem infudisse dicitur[1].

Fuit autem Ioannes Vigerius syndicus civitatis, vir mire facundus, qui, cum oblectationis et animi reficiendi causa cum uxore et quos illa ferebat (erat enim mulier admodum procax) in fundum suburbanum stagnantibus aquis, fragrantibus herbis et pomiferis arboribus amoenissimum se pedes recepisset et solito hilarior esset, ibi forte ex zelotypia, ut suspicio erat, subita apoplexia correptus omnium fere membrorum viribus destitutus est ac baiulorum opera in urbem rediit. Ubi vero membra efficacibus pharmacis refocillata stuporem primum excussissent et aliquantum pristini vigoris recepissent, ex consilio quorundam medicorum thermas Embdenses cum coniuge adiit. Verum uxor sui magis, quam mariti curam agebat; ideo relictum solum aquis thermarum suffocatum postea reperit[2]. Haec itaque re-

---

[1]) Bei Joh. Fabricius Bolandus: Motus Monast. Bl. E5v heifst es:

„Non ego flagitium loquar exitiale nefandae
Coniugis, hei, quod ab hoc vir miser arte tulit;
Coniugis arte tulit Stygia sibi propter opertos
Concubitus avidi crimen adulterii."

Vgl. auch Herm. Hamelmann S. 1200. Dessen Quelle sind weiter die „Collectanea locorum communium ex lectionibus D. Phil. Melanchthonis, tum ex aliorum doctissimorum virorum relationibus excerpta" des Joh. Manlius (Budissinae 1565) S. 483 f., die aber den Namen des Vigerius nicht nennen. Dort wird nur ein „bonus homo, ibidem (scil. Monasterii) scriba senatus, patria Lipsensis, favens evangelio" angeführt.

[2]) Joh. Manlius a. a. O. berichtet, dafs die Frau ihren Gatten vergiftet habe. Es heifst dort: „Hic (sc. scriba senatus) habebat coniugem mirabilem, quae coepit insanire amore Rothmanni, quapropter et virum veneno interemit; postea Rothmanus duxit eam ..." Schon L. v. Ranke: Deutsche Gesch. Bd. 3 Buch 6 Kap. 9 weist darauf hin, dafs in der „Postilla Melanchthoniana" des Chr. Pezelius (excerpiert von G. Th. Strobel: Von Melanchthon's Verdiensten um die hl. Schrift [Altdorf u. Nürnberg 1773] S. 93, vollständig gedruckt im „Corpus Reformatorum" Bd. 24 [Braunschw. 1856], s. unsere Stelle S. 410) sich eine noch härtere Version derselben Geschichte findet. Rothmann wird dort geradezu der Beihülfe am Giftmorde beschuldigt. Die Worte lauten: „... habebat (sc. scriba senatus) coniugem mirabilem, cuius amore Rothmannus coepit insanire, et confessus amorem adiuvit consilia mulieris, ut marito daret venenum. Quo mortuo Rotman eam duxit."

Digitized by Google

versa post paucos dies luctum deposuit et Rothmanno nupsit. Ad quas nuptias certatim ab evangelicis accurritur, certatim munera mittuntur, certatim potatur, matrimonium cleri commendatur, pontifex interim miseris modis absens verborum scuticis flagellatur. Nulla convivia nullaque symposia ab evangelicis constituuntur, in quibus pontifici vibices non infligantur. Habet nunc Rothmannus, quod iam diu venando affectavit, habet favorem plebis, habet apud suos auctoritatem, habet imperium in sex parochialia templa et concionatores, habet clerum et senatum metuentem, habet nomen eruditionis *et prudentiae, habet, unde * p. 354.
molliter et delicate vivat. Quid pluribus opus est? Habet et uxorem, magnum ad felicem evangelicam vitam praesidium et adiumentum. Acriter iam, imo strenue magis quam commode suum negotium promovet. In omnibus fere concionibus pro evangelii successu, pro incolumitate et salute Lantgravii precatur, cuius ope concordia civilis sit revocata et verbum Dei ab internecione conservatum. Senatus etiam urgente plebe, ut pro reddita pace gratiam aliquam referret, duos argenteos et deauratos crateres satis capaces singularique artificum industria caelatos et florenis aliquot fartos, duos quoque eximia nigredine ac generositate conspicuos equos phalerisque exornatos nomine civitatis 12. Februarii Lantgravio per duos ministros dono mittit[1], quibus singulis sex florenos et amictum muneris loco retribuit.

Interea plebs multorum profecto, ut vere dicitur, capitum belua, ubi adversus clerum verecundia recentis foederis vetante nihil auderet, ne nihil ageret, cum suo magistratu dissidere coepit, quem non tam civibus, quam clero favere somniat certoque sibi persuadet. Proinde papisticum hunc senatum amovendum, evangelicum vero substituendum esse per urbem mussitat eoque tandem rem perducit, ut comitia novi senatus creandi gratia ante tempus antiquitus receptum[2] habita sint. Die itaque

[1]) Das Begleitschreiben der Stadt bei Uebersendung der zwei schwarzen Hengste ist vielmehr erst vom 10. März datiert (Orig. im St.-A. Marburg). Auch dem Herzog Ernst von Lüneburg wollte sich die Stadt dankbar erzeigen durch Geschenkgebung eines Hengstes. Vergl. den Brief Joh. v. d. Wieck's an den Herzog vom 2. April, abgedr. bei C. A. Cornelius: M. A. II. S. 350 f. — [2]) Die Ratswahl fiel vielmehr gerade auf den damals noch üblichen Termin, auf den ersten Montag der Fastenzeit.

Digitized by Google

8. März. Lunae post festum Matthiae, quae fuit 3. Martii, amotis viris gravibus et auctoritate pollentibus, per Henricum Mollenhecke[1], claustrarium, Ioannem thom Brincke, alutarium, Lucam Gruter, pileopaeum, Hupertum Ruescher, fabrum ferrarium, Bernardum Knipperdollingk, Henricum Swedartho, Nicolaum Stripen, pannicidam, Bernardum Glandorp, sarcinatorem, Ludgerum tho Ringe, pictorem, Gerardum Pruessen, coriarium, suffragatores in conclavi senatorio haec capita reipublicae designantur: Caspar Schroderken, Ioannes Langermann, Hermannus Tylbeck, patricius,
*p. 355. Caspar Iudefelt, Petrus Freise, Petrus Mensinck, Ioannes Daven-
*trianus, sutorum praefectus, Antonius Guldenarm, Gerardus Kibbenbrock, mercator, Rotgerus Hulshorst, institor, Ioannes Windemoller, institor, Ioannes Gruter alias Flascamp, butyropola, Lubbertus Lentinck, ichtyopola, Michael Nordinck, pellio, Goswinus Averhagen, Gerardus Tunneken, butyropola, Ioannes Palck, faber ferrarius, Henricus Fridach, Henricus Ionas, filius Antonii, Ioannes Ossenbeck, coriarius, Ioannes Basterdt, Christianus Wordeman, butyropola extraneus, qui intra annum Wildeshusia habitatum huc venerat, Eberardus Glandorp, sarcinator, atque Henricus Roede, aurifaber; ex quorum numero postridie Hermannus Tylbeck et Caspar Iudefelt consules de more creantur. In hac novi senatus electione omnes senatores superioris anni sunt amoti praeter Tylbecken, Iudefeldum, Schroderkenum et Langermannum[2]. Tribuni plebis Henricus Modersonne atque Henricus Redeker fuere.

Qualis hic fuerit senatus, multorum flagitiorum intempestiva indulgentia, quam sera secuta est poenitentia, satis edocuit.

---

[1]) Mit sämtlichen folgenden Namen stimmt das im Stadtarchiv M. befindliche, aus dem 17. Jahrh. stammende Verzeichnis der Münsterschen Ratsherren und Korgenoten (abgedruckt bei C. A. Cornelius: M. A. II. S. 311) überein. Nur lautet hier für Pruefs der Vorname Johann, während er bei Kerss. Gerhard heifst.

[2]) Ueber die Zusammensetzung des neu gewählten Rates s. C. A. Cornelius: M. A. II. S. 141 f. Vgl. auch v. d. Wieck's Schreiben an den hessischen Kanzler Johann Feigk vom 15. Novemb. 1533, in dem es heifst (C. A. Cornelius a. a. O. II. S. 363): „dan die rat wer fast aus den gilden und der gemeinheit in der verleddenen fasten gekoren nach alle iren willen."

Digitized by Google

Ante annos aliquot viri cordati rempublicam Monasteriensem gubernabant, quales fuerunt ex patriciis Ioannes de Tynnen, Eberwinus Steveninck, Eberwinus Droste, Henricus Droelshagen, Bertoldus Travelman, Albertus Clevorn, ex plebeis Ioannes Bolandt, Theodoricus Munsterman, Wilbrandus Plonies, Hermannus Heerde, Ioannes Herdinck, magister Theodoricus Grolle et plerique alii eximia canicie et multorum annorum experientia venerandi, quorum temporibus tranquillitas erat in urbe. Quibus non osores cleri successissent sceptraque urbis tenuissent! His conniventibus plebs primum clerum persequebatur et vilipendebat, deinde suum ipsius magistratum.

Sub hoc igitur magistratu plebs pristinae factioni addicta respirare coepit seque iam effecturam confidit, quod diu secum volvisset atque affectasset. Nulla enim fere dies praeteriit, in qua non sit aliquid factis dignum a flagitiosis commissum. Primum ergo 17. Martii in singulis templis paroecianorum suffragiis concionatores Rothmanni auctoritate interposita desig*nantur, *p. 356. homines venerei, lascivi, intemperantes, leves et votifragi errones, qui iugum regulae suae contumaciter excusserant, qui eruditionis et eloquentiae vice audacia et garrulitate pollebant, qui flagitia quantumvis enormia sola fide expiata pro nihilo ducebant, qui evangelicam libertatem in licentiam et impunitatem vertebant, qui denique nihil bonum, nihil pium censebant, quod a suae doctrinae licentia abhorrebat. A sua doctrina pendentes evangelicos et christianos fratres sororesque, templum vero dominicum religionis ergo ingredientes pertinaces papistas et impios appellabant variisque calumniis contra transactionis leges eos passim proscindebant. In initio tamen singulari quodam sanctimoniae et pietatis fuco multos ad se alliciunt allectosque in horrendos et ineluctabiles errores paulatim praecipitant[1]. 17. März.

Monasterienses cum pristinam minorum civitatum fidem sibi suspectam esse putarent, eas novandi foederis gratia ad

[1]) Schon die Zuchtordnung Bl. B 2v (bei C. A. Cornelius a. a. O. II. S. 327) aber spricht aus: „wo leider oick alreide vernommen wert, dat hir unde dar gesprenget unde geruchtich sy, wer men al hir tho Munster ghesinnet, dat Pawestdom dermaten gantz tho verwoesten ..., dat her wederumme nicht gudes und ghebrueclikes vor tho nemen unde in de stede antorichten bedacht worde."

Digitized by Google

20. März. diem 20. Martii, quae fuit feria quinta post dominicam Oculi, convocant locumque conventui tabernam quandam meritoriam inter Monasterium et Coesfeldiam designant, quam ab incerta appellationis origine thor Wort nuncupant. Quo Monasterienses non tam pisces, quam diversi generis carnes et vina secum deferunt. Religio enim ipsis fuit avitae ecclesiae exemplo dierum ac ciborum discrimen facere, cum non libertatis evangelicae, sed angusti, imo superstitiosi et minus sibi confidentis animi iudicium esse iudicent certis diebus ab esu carnium sibi temperare. Malunt itaque praeceptoris sui calcaribus concitati lasciviae campos peragrare, quam orthodoxorum patrum frenis inter septa continentiae coerceri. Huc ubi convenissent et Ioannes Wyckius [1], doctor ac syndicus, qui cum Hermanno Tylbecke, consule, aliisque a senatu viris legatione fungebatur, totius reipublicae Monasteriensis nomine oppidorum legatos salutasset iisque, quod secum agendi copiam fecerint, gratias egisset simulque omnia tranquilla in augmentum suarum rerumpublicarum precatus fuisset, sic orditur [2]:

*p. 357. *„Ita praesentis temporis et vitae cursus incertis periculis atque eventis involvitur, ita hominum doli ac fraudulentae machinationes efflorescunt, ita malignitates quorundam effervescunt, ut praetextu amicitiae, favoris et benevolentiae civitates huius dioecesis omnes sublatis libertatibus, immunitatibus, privilegiis, moribus antiquis atque salutari proposito praepedito eversas esse cupiant. His autem malis maiores nostri communi inter civitates firmato foedere [3] occurrerunt. Quod si tam sancte tamque religiose ab oppidis foederis consortibus, quam ab republica Monasteriensi servatum fuisset, multis incommodis, molestiis et oppressionibus, quibus oppidorum iura hactenus convulsa sunt, iamdudum via fuisset praeclusa. Cum vero civitas Monasteri-

[1]) Dieser war nach 14tägiger Abwesenheit im Haag am 12. März wieder nach Münster zurückgekehrt. Vgl. das Schreiben v. d. Wieck's vom 23. März an den Rat von Bremen, abgedruckt im „Bremischen Jahrbuch" 2. Serie Bd. 1 (Bremen 1885) S. 140 f.

[2]) Diese Verhandlungen der Städte sind nur durch Kerss. bekannt. Zur Sache vgl. C. A. Cornelius: M. A. II. S. 176 ff.

[3]) Ueber frühere Bündnisse unter den Städten des Stiftes vgl. Bd. 1 S. 294 Anm. 1.

Digitized by Google

ensis foedus illud violatum esse animadverteret, praetermittere non potuit, quin de culpa rupti foederis aliisque rebus eodem pertinentibus cum oppidis serio agat. Legati oppidorum sciunt urbem Monasteriensem fidei et religionis causa varias molestias et afflictiones hoc anno pertulisse. Et quanquam senatus, tribuni, mechanicorum praefecti totaque adeo respublica in his angustiis et afflictionibus consilium, auxilium opemque ab oppidis confoederatis flagitaret, nihil tamen praesidii aut propugnationis impetrare potuit. Ad externa itaque electorum, principum, comitum et civitatum praesidia confugiendum erat, quorum pacifico interventu, maxime tamen illustris Hessorum principis auctoritate et suasu, cui a principibus, comitibus, nobilibus ac urbibus christiani et Smalcaldici foederis transigendae pacandaeque rei negotium serio datum est, omnis controversia intercepta est et attestantibus monumentis publicis etiam a Coesfeldiensibus ac Warendorpensibus aliorum oppidorum nomine signatis feliciter per Dei gratiam sopita est. Male autem habet consules senatumque ac totam rempublicam, quod in tam pia, christiana et iusta causa consilio, ope omnique humano praesidio saepe implorato sint destituti. Neque hoc in excusationem adferri potest, quod in foedere, quo civitates mutuo sunt devinctae, papa, ecclesia, rex Romanus ac princeps noster excipiantur[1], vel quod satrapae ac praefecti principis foederi servando intercesserint, quasi Monasterienses *re ex utraque parte non audita neque *p. 858.
iure discussa deserendi sint aut oppida a verecundia servandi foederis eo modo deterreri debuerint. Huiusmodi enim exceptiones in causa religionis et fidei locum non habent, cum ea res secundum naturam suam ad generalis concilii decretum pertineat. Itaque Monasterienses praesidii inopes contra vim atque iniuriam etiam in causa fidei et religionis usque ad concilii decisionem a reliquis oppidis defendendi erant. Quod autem oppida se a Monasteriensi republica distrahi passa sint, sibi non parum incommodi hinc accidere posse. Se enim eo felicitatis

[1]) Das drückt der Wortlaut des Bundesvertrages der Münsterschen Städte vom 5. September 1447 deutlich aus. Vgl. J. Niesert: U.-S. III. S. 74. Dieser Vertrag wurde bei den späteren Erneuerungen der Städtebündnisse stets zu Grunde gelegt.

Digitized by Google

nondum devenisse, ut auxilio, defensione aut propugnatione interdum non egeant. Senatus quidem ac tota civitas Monasteriensis foederis religione mota semper oppidorum commodum et emolumentum libenter quaesivit ac, ut eorum libertates, privilegia, iura, immunitates omniaque, quae ad pacem conservandam pertinere visa sunt, non solum conservarentur, verum etiam salutaribus incrementis augerentur, singulari studio egit. Verum cum ab oppidis foederis fides violata, Monasterienses a beneficiorum obligatione iure solutos esse pactorum ratio suaderet. Nam quemadmodum commoda et laeta, ita quoque incommoda et tristia inter socios eiusdem foederis communia esse debent. At cum antiquitus receptum sit foedera et pacis pacta interdum renovari ac pro temporis rerumque ratione et contrahentium arbitrio mutari posse, proinde utrinque expedire putatur, ut alia pactionum ratio et forma pro praesentis temporis habitu ineatur describaturque. Ideo oppida huc sunt convocata, ut ea, quae ad hanc rem conficiendam necessaria esse videbuntur, inter se conferant et, si fides pactorum firma sit, sive ea mutentur sive contractius explicatiusve pro temporis rerumque ratione concipiantur. Senatus totaque respublica Monasteriensis dissimulata superiori violatione, ne tamen simile quicquam in posterum designetur, novo foederi sese committet et, si opus sit, oppidis praesidium non negabit. Ita enim fiet, ut civitas Monasteriensis reliquaque oppida omnia foedere non soluto pro una dioecesis parte seu statu habeatur. Quid horum facturi sint, secum de-
*p. 359. liberent et *Monasterii propemodum respondeant.“

Ad haec legati oppidorum: Sibi longa consultatione opus non esse; se enim iampridem responsum deliberatum habuisse. Primum itaque respondent se pacta antiquitus inter urbes inita non rupisse, sed civitatis Monasteriensis culpa dissoluta esse, cum contra pontificem, contra ecclesiam, contra imperatorium edictum et contra patriae principem, qui in tabulis foederis signatis sint excepti, nova multa inconsulte invexerit. Multo magis igitur oppidis querendi causam de violato per Monasterienses foedere datam esse, sicut et anno superiori 30. Octobris responsum sit[1]. Deinde se in praeiudicium principis aliorumque dioe-

[1]) Vgl. das Schreiben der westlichen Städte Bd. 1 S. 293 ff.

Digitized by Google

cesis ordinum seu statuum sine eorum consensu et auctoritate, quorum maxime interest, pristinum foedus neque mutaturos neque in qualibet sui parte amplificaturos.

Hoc oppidorum responsum legati Monasteriensium indigne tulerunt, cum a sententia suae metropolis dissentire auderent. Sed ut sine contentione conventus ille dissolvatur, obtruditur illis a legatis penitius secum deliberandi prudentiusque respondendi tempus [1].

Hinc 21. Martii post longum iustitium et diuturnam iuris- 21. März.
dictionis intermissionem signator curiae episcopalis, qui absentis iudicis vicem explere consuevit, tribunal controvertentibus iterum aperuit causasque motibus civilibus interceptas et aliquandiu suspensas ius cuique dicturus resumit.

Warendorpenses etiam hac tempestate in religionis negotio dissentire manifeste incipiunt [2], cum Eberardus Steinmannus [3] ac Hermannus Regewardus [4] eadem dominica Laetare, quae fuit 23. Martii, contraria pene concionarentur, unde magna civium con- 23. März.
tentio exorta est. Steinmannus enim, antiquae aedis sacellanus, antiqua, Regewardus vero, novi templi pastor, nova publice docuit. Nam ille panem a sacerdote rite ordinato *consecratum * p. 360.
verum corpus et sanguinem Christi esse et manere, etiamsi in receptaculis lapideis triginta aut centum annos conclusum con-

---

[1]) Vgl. dazu B. Sökeland: Gesch. d. Stadt Coesfeld (Coesf. 1839) S. 93. V. d. Wieck schreibt bereits in dem schon oben S. 394 Anm. 1 erwähnten Briefe vom 23. März an den Rat von Bremen: „... und sin zo darnach auch de ander stedde des stichts Munster verscreven gewest, und da ist auch wedder mede verdragen und vereiniget."

[2]) Aufser den gleich anzuführenden Akten scheint Kerss. im Folgenden auch eine uns jetzt unbekannte Warendorfer Chronik benutzt zu haben. Darauf weist seine Ausführlichkeit in der Schilderung hin, sowie seine genaue Datumsangabe, die in den Akten fehlt.

[3]) Die richtige Namensform ist Steymann, wie er sich eigenhändig unterschreibt.

[4]) Sein Geständnis vom 3. Dezember 1534, erhalten im St.-A. M., abgedruckt bei J. Niesert: U.-S. I. S. 25 ff., berührt die Vorgänge in Warendorf nicht. Er kam am 17. Februar 1534 nach Münster und war im Herbst desselben Jahres einer unter der Zahl der acht nach Coesfeld ausgesandten wiedertäuferischen Apostel, die mit dem Tode bestraft wurden. S. weiter unten zum Jahre 1534.

Digitized by Google

servetur, idemque a sacerdotibus pro ecclesia in altari quotidie offerri, ad haec auricularem confessionem homini ad salutis negotium necessariam esse, seque id ostensurum in sequenti concione dixit. Hic vero e diverso a Rothmanno edoctus, cum quo collusionem et consuetudinem habuit (ut multae literae utrinque missae testantur[1]), de coena dominica sic docuit: Christiani coenam dominicam celebraturi secundum Christi institutum ac Pauli praeceptum illud facere debent. Et quicunque coenam illam dominicam ita usurpaverint, illis fiet corpus et sanguis Christi in remissionem peccatorum. Si vero ita non usurpaverint, manet, sicut et ante fuit, panis. „Neque ferendum est," inquit, „ut in lapideis aureisve receptaculis conclusus adoretur, cum solus Deus sit adorandus. Praeterea cum Christus semel semetipsum in ara crucis pro peccatis hominum in se credentium Deo Patri obtulit, neque ullum aliud sacrificium apud Deum Patrem unquam proderit[2]."

Haec cum ad senatum referrentur, senatus utrumque con-
8. April. cionatorem 8. Aprilis concionum suarum rationem exacturus in curiam vocat[3]. Civilis enim concordiae dissolutionem futuram metuit, si pugnantem doctrinam intra sua moenia patiatur. Confessionem ergo fidei suae ab utroque ibi praesente scriptam exigit. Ad quae Steinmannus: fidem suam a concionibus suis

---

[1]) Nicht mehr nachweisbar. — [2]) Vgl. die damit übereinstimmenden Berichte des Kaplans Steymann vom 5. Mai und des Archidiaconus Herm. v. Dungelen vom 24. Mai an den Bischof; beide im Orig. im St.-A. M. Ersterer ist teilweise, letzterer vollständig abgedruckt bei J. Niesert: U.-B. I¹. S. 207 ff. Ganz deutlich zeigt sich in den Aeußerungen Regewart's die Anlehnung an die von den Münsterschen Predikanten in ihrer „Epitome quorundam abusuum" (s. Bd. 1 S. 180 ff.) niedergelegten Anschauungen.

[3]) Wie auch Steymann in seinem Berichte angiebt, doch ohne Datum. Die ungedruckte Stelle lautet: „... hebbn sick burgermeister und raidt sampt gemeynheit i. f. g. stadt Warendorp genanten pastor und my gelyckmetych vor ennen upt raidthuyſs erforderen laten und uns voergeholden, wu se berichtet werden, dat wy dat wordt Godts ungelyck predicken und voernhemen, dar se und ere arme unwettende ingesetten verfuyrt und thom unchristlicken geloven kommen mochten, und uns ermaynth, wy em uth solchen erryngen redden wolden; dan nichdemyn dat eyn ider van uns syne predicatien des sacramentz halven eyns ideren bekantnysse und vornemens schrifftlick overgeven und entdecken wille ..."

Digitized by Google

non esse alienam, et quae in concione publica dixerit, se, si opus sit, coram quibuscunque doctis defensurum respondet[1]. At cum senatus eius rei scriptum posceret exemplum, se illud 10. Aprilis 10. April.
daturum pollicetur. Quo etiam die fidem exsolvit[2]. Similiter Regewardus doctrinam suam se defensurum recepit et continuo confessionem suae doctrinae scriptam senatui obtulit[3]. Senatus utriusque scriptum altius examinat, sed cum favor ad Regewardum inclinaret, confessionem Steinmanni ob*scuram esse, nec eam * p. 361.
se intelligere simulavit. Proinde 15. Aprilis eius explicandae 15. April.
gratia ad curiam revocatur. Ille se venturum esse negat. Quare octo viri a senatu mittuntur, qui explicationem ab illo extorqueant quibusque scripturae locis sua comprobaret. Et hoc se facturum negat; se enim senatus Warendorpensis imperio non subiectum, se coram doctis suoque magistratu, non coram literarum imperitis, nec ab adversarii doctrina pendentibus causam suam acturum. Cum vero senatus nihil certi a Steinmanno consequi posset, legationem consilii capiendi causa ad concionatores Monasteriensium aliarumque urbium mittit. Qui cum Regewardum bene concionatum esse responderent, certatim eius doctrinam cives amplectuntur, certatim in templis Germanicos psalmos cantillant. Iubetur itaque Steinmannus silere[4]. Regewardus vero concionatorum iudicio fretus nec non favore senatorio et populari tutus maiori, quam hactenus, parrisia utitur nec quicquam iam, quod a doctrina praeceptoris sui Rothmanni alienum sit, docet. Erpo autem Hollandus[5], civis, imo senator Warendorpensis, prae reliquis Regewardi concionibus inflammatus in fanum D. Annae consecratum iuxta oppidum situm sua auctoritate, qua pollere arbitratus est, irruit illudque ornamentis, campa-

---

[1]) In Steymann's Bericht heifst es: „Dar up ich geantwort und gesacht, i. f. g. sy myn overste richter und landther, dem wyl ich myt gnaden myne bekennynge und predicken schryfftlicken toferdigen lathen."

[2]) Steymann's „confessio de sacramento corporis Christi," am 5. Mai dem Bischof eingesandt, befindet sich im Orig. im St.-A. M.

[3]) Regeward's „confessio" ist nicht mehr nachweisbar.

[4]) Daraufhin schickt er dem Bischof seinen oben angeführten Bericht.

[5]) Er war später eines der Häupter der Wiedertäufer in Warendorf. Vgl. sein Bekenntnis vom 23. Oct. 1534 bei J. Niesert: U.-S. I. S. 61, und das Geständnis Gottfried Stralen's vom 22. Oct. 1534 ebendas. S. 58.

937419A

nulis, cera, lino aliisque sacrificiis et oblationibus denudat et spoliat[1]. Princeps talem ecclesiasten, qui sacramentariorum doctrina cives contaminaret, ibidem non esse ferendum putavit. Itaque dominum Hermannum Dungell, archidiaconum Warendorpensem, per scripta[2] admonet, ut, cum sui sit muneris, talem doctorem coerceat aut, si in ea doctrina perseveraverit, removeat; se operam suam non denegaturum sibi. In hac re vir ille multum, sed non satis feliciter laboravit, cum Regewardus non solum illius oppidi plebeculam, verum etiam totum fere senatum
*p. 362. *in suam sententiam pertraxerit. Tandem ubi rempublicam universam in periculum, imo in irrevocabile exitium praecipitasset, infirmiori asylo relicto Monasterium se recipit[3].

Evangelici interim in urbe Monasteriensi initae obliti concordiae ad ingenium suum redeunt nec sibi ab assidua novatione temperant[4]. Nam Hermannus Tylbeck, consul, Ioannes Kerckerinck, patricius, Michael Nordinck, Magnus Striker cum [illegible]as-
24. März. dam aliis eiusdem factionis hominibus 24. Martii ab archivestali Transfluviani coenobii victum pro suis concionato..ous efflagitant. Illa post deliberationem octo dierum respondet: se in gratiam paroecianorum ipsos ad communem et frugalem quidem dominorum mensam ad festum Pentheostes recepturam, ut ipsis interim aliunde prospiciatur.

27. März. Ecclesiastes quoque Ludgerianus 27. Martii effracto eucharistiae repositorio eam in conspectu multorum in tres partes dividit, quas oris flatu dissipans: „Hic," inquit, „Deus vester est!" Dici non potest, quam his verbis simplicium animos offenderit quamque ancipites in religionis negotio reddiderit.

Belholt etiam, iudex civitatis profanus, eodem die cum quorundam senatorum comitatu Franciscanis decretum senatus esse nunciat, uti vel mutato habitu coenobio sine ignominia sponte sua excedant vel severiorem sententiam magno suo malo expectent; senatum[a] enim ociosos et validos mendicos reipublicae

a) *Ms.:* senatus.

1) Aus Herm. v. Dungelen's Bericht (s. J. Niesert: U.-B. I[1]. S. 207). — 2) Nicht mehr nachweisbar. — 3) Am 17. Febr. 1534. S. oben S. 397 Anm. 4. — 4) Ueber die nun weiter folgenden Einzelheiten sind ältere Quellen nicht bekannt. Wir wissen von ihnen nur durch Kerss.

Digitized by Google

prorsus inutiles intra sua moenia non laturum. Cum autem coenobia initio nascentis ecclesiae non ociosorum Epicureorum popinae, non conscientiarum ergastula, sed honesti exercitii officinae, pietatis et bonarum literarum sine vinculis ullius voti scholae liberrimae fuerint, unde viri docti ad ecclesiarum gubernacula, quoties opus erat, ex locuplete quasi penu depromebantur, senatum quoque ad huius primaevae ecclesiae faciem deletis abusuum naevis omnia, *quoad eius fieri queat, revocaturum *p. 363.
scholamque publicam in hoc loco erecturum. Quid itaque horum facturi sint, post brevem deliberationem respondeant. Guardianus[1] post dies octo, quod spatium ad deliberandum datum fuerat, respondet: Se non novos neque inusitatos vivendi mores iam primum introduxisse; se vestigiis maiorum suorum insistere, se iure locoque sine iniuria alterius acquisitis sibique per succes[illegible] n continuam traditis uti, se sine ullius civis incommodo in urbe agere viasque publicas usurpare, se nullius opes mendicando minu[illegible], ab externis se vitae praesidia quaerere, liberalitate eorum civibus nihil detrahi. Ferat proinde senatus clementer, quod sibi non obsit, quod civili libertati non deroget. Sinat monachos sine invidia suo more vivere, suo habitu incedere, suo amictu vestiri, suis pa[illegible]ietibus et tectis operiri; sit illis sua domus tutum receptaculum, exilio innocentia non mulctetur. Structuram coenobii esse amplissimam, quae et monachos et magnum discipulorum numerum capere possit. Huius usus sit utrisque communis; hoc munere, cum aliud non habeant, se reipublicae gratificari, cui etiam plura et maiora a se deberi intelligant.

Nova itaque schola senatus impensis hic erigitur, quam et novo nomine evangelicam, cui Ioannes Glandorpius[2] praefi-

---

[1]) Es war damals Joh. Frydagh.

[2]) Er war aus Münster gebürtig. Ueber ihn vgl. „Allgem. deutsche Biographie" Bd. 9 (Leipzig 1879) S. 208 ff. und die dort angeführte Literatur. Die Quellen über sein Leben in Münster von Pfingsten 1532 bis zum Februar 1534 finden sich sorgfältig zusammengestellt bei C. A. Cornelius: M. A. II. S. 334 ff. — Die Zuchtordnung Bl. B 4 spricht sich folgendermafsen über die Schule aus: „Dan dar bi ... salstu oick de schole ordeninge warnemen, welke al hir mit ovinge drier spraken under den walgelerten M. Johan Glandorpe unde andren gelerten in hilliger unde

Digitized by Google

citur, veterem vero cleri primarii papisticam vocant. Nec oppidani nova persuasione inducti dubitant evangelicam, ut nomine excellentiorem, ita et illam alteram discipulorum multitudine brevi exuperaturam, cum tamen lectorum numerus auditores fere aequaret et intra paucos menses corrueret, illi vero nihil decresceret[1].

27. März. Eodem die, videlicet 27. Martii, Gerardus Kibbenbroick atque Bernardus Knipperdollinck cum factiosorum cohorte e templo ac coemiterio D. Lamberti omnia ferramenta ope fabro-
*p. 364. rum diripiunt, unde ambitus *altissimae speculae ita praemunitur, ut vigiles in tutelam urbis excubantes[2] securiores redditi metu subiti casus eximantur.

30. März. Ipsa die Iudica, quae fuit 30. Martii, in templo D. Ludgeri primam coenam dominicam suo ritu apparatam celebrant.

3. April. 3. Aprilis Hermannus Tylbeck, consul, Ludgerus thom Brincke atque Bernardus Rothmannus, superintendens[3], magna civium comitante copia duos concionatores in templum Transfluvianum honorificentissime introducunt. Ibi tum Rothmannus de felici evangelii successu, de coena dominica deque duorum iam introductorum corybantium laude prolixam ad populum concionem habuit.

(30. März.) Eodem die princeps ad minores civitates scribit[4]: Sibi relatum esse quosdam suorum oppidorum incolas se in templa

---

andrer kunstriker schrift, tho gude int gemein, nicht allein dusser stat joget, dan einen ideren lefhebber der spraken, ler, wettenheit unde aller dogede in den cloister thom Bruderen geheiten angerichtet unde angevangen is."

[1]) Ueber diese evangelische Schule in Münster — die Absicht ihrer Einrichtung ist bereits oben S. 386 erwähnt — haben sich weitere Nachrichten nicht erhalten. Alle Angaben in der Bd. 1 S. 103 Anm. 1 angeführten Literatur über das Münstersche Schulwesen gehen hier lediglich auf Kerss. zurück, der auch den bei J. König: Geschichtl. Nachrichten über d. Gymn. zu Münster (Münster 1821) S. 144 f. mitgeteilten Worten M. Röchell's zu Grunde liegt. — Noch am 1. Febr. 1534 unterschreibt sich Joh. Glandorp in einem Briefe an den Landgrafen Philipp von Hessen als „rector scholae." Siehe C. A. Cornelius: Die Münsterschen Humanisten (Münster 1851) S. 77.

Hae Rothmannistarum conciones omnes urbis ordines, maxime vero senatorium conturbant et exterrent, qui per legatos primum Rothmannum rogat, ut sibi a controversia duorum sacramentorum, baptismi scilicet et coenae dominicae, doctrina temperet. Inde cum legatorum precibus non acquiesceret, ipse cum aliis quibusdam eiusdem farinae concionatoribus ad curiam graphiariam vocatur, ubi iterum admonitus, ne factio*sam hanc * p. 380.
doctrinam in vulgus spargat; sed cum ab ea se nondum abstineret, a senatu, tribunis ac mechanicorum praesidibus in pleno senatus consessu acrioribus verbis obiurgatus est, quod paedobaptismum rem mediam esse contra ecclesiae institutum docuerit, quae neque infantibus ad salutem prosit neque obsit. Respondet: non se, sed suorum aliquem ista docuisse; se autem effecturum, ne idem in posterum audiatur[1]. Verum hinc digressus parum addictae fidei memor paedobaptismum non solum inter adiaphora recenset, sed coram Deo abominationem esse multo confidentius cum suo Stapradio docet. Idem reliqui ecclesiastae faciunt. Quae ubi senatus summo cum dolore animadverteret, aut tristem ruinam aut eximiam calamitatem aut insignem absque exemplo reipublicae mutationem futuram metuens variis modis de coercenda Rothmanni audacia seditiosae plebis favore munita con-

---

men die kinderdope hir holden wolde." Rothmann entgegnet: „Wider, dat Hermannus solde geprediget hebben, men wolde dair mit uproir maken ..., gestehet he gantz nicht. So averst he mochte verinnert werden, in wat sermon eder wanner solches gescheidt, wolde he, was de warheit wer, als dan nicht verswigen ..." (s. Zeitschr. a. a. O. S. 156 u. 159 und Herm. Hamelmann: De paedobaptismo a. a. O.).

[1]) Die Unterhandlungen des Rats zu dieser Zeit mit Rothmann und den übrigen Führern der Gegner der Kindertaufe sind im Einzelnen sonst nicht überliefert. Kerss. berührt sie noch am ausführlichsten. In den Akten über die Disputation werden sie in der Einleitungsrede v. d. Wieck's nur kurz gestreift (s. Zeitschr. a. a. O. S. 154 und Herm. Hamelmann: De paedobapt. Bl. C 4v u. C 5). Dafs übrigens die Predikanten ihre dem Rate gethane Zusage, die Predigten gegen die Kindertaufe und das Sakrament des Abendmahles zu unterlassen, nicht gehalten haben, beweist auch ein Brief des Rats von Münster an den Landgrafen von Hessen vom 15. Nov. (abgedr. bei C. A. Cornelius: M. A. II. S. 360), in dem es heifst: „... hebbe wir wedder solchs ze upt fruntlichste gebedden, und hebben uns gedachte predicanten nun nichts van allem des unsz darup togesacht gehalden."

Digitized by Google

sultat. Quam cum sine horrenda vulgi seditione et sanguinis effusione vi retundere se non posse existimaret, incruentum itaque bellum adversus illum suscipiendum esse decernit, ut argumentorum vi aut debellatus et pudefactus sileat, aut telis acrioribus e sacrarum literarum pharetra depromptis in senatu coram tribunis et mechanicorum praesidibus per viros bene exercitatos confossus seditiosae plebis desinat esse caput; quae ratio vincendi ut sit tutissima, ita quoque maxime reipublicae profutura.

Proinde ab Hermanno Buschio[1], militaris ordinis viro poetaque insigni, ac Ioanne Holtmanno Ahusiano, seniore et scripturario Fontissalientis, et aliis quibusdam facundia, eruditione et pietate praecellentibus viris[2] adversus Rothmannum,
7. u. 8. Aug. quem superintendentem[3] appellabant, suosque satellites 7. et 8. Augusti in conclavi senatorio praesente senatu plebeioque magistratu acerrime pugnatum est. Adhibentur huic examini duo exceptores seu notarii sacramenti religione obstricti, qui utrinque
* p 381. *dicta et disputata bona fide conscribant. Huius logomachiae tela utrinque emissa et contorta, quae apud me conservantur,

---

[1]) Vgl. über Buschius H. J. Liessem: Hermann van dem Busche, sein Leben u. seine Schriften (Programme d. Kaiser-Wilhelm-Gymnasiums in Köln 1884 ff.). Von einer früheren persönlichen Bekanntschaft zwischen Rothmann und Buschius berichtet nur Herm. Hamelmann S. 1188. Jedenfalls standen sie mit einander im Briefwechsel. S. das Bd. 1 S. 190 von Kerss. angeführte Schreiben Rothmann's. Bei Herm. Hamelmann: De paedobapt. Bl. C 7 findet sich folgende Stelle aus der ersten Rede des Buschius: „Superiori quidem anno et similiter antea cum multis piis gavisus sum ..., quod audirem in patrio solo evangelium Christi et depositis abusibus legitimam sacramentorum administrationem in ecclesiis receptam, et ministerium Bernhardi Rothmanni, hominis ingeniosi et facundi, de quo tunc temporis multum spei conceperam, gratulabar Monasteriensibus."

[2]) Wie Kerss. den Verlauf der Disputation vollständig mit Stillschweigen übergeht, so hat er es auch nicht einmal für der Mühe wert gehalten, die Namen sämmtlicher Teilnehmer zu nennen. Aufser Buschius und Holtmann beteiligten sich an der Disputation noch der Fraterherr Dietrich Bredevort, weiter der Augustinerpater Johann Brothanxt, Arnold Belholt, Johann Glandorp, Peter Wirtheim und Brictius tom Norde; ihnen gegenüber standen neben Rothmann die Predikanten Heinrich Roll, Johann Klopriſs, Gottfried Stralen, Hermann Staprade und Dionysius Vinne.

[3]) Vgl. oben S. 389 Anm. 2.

Digitized by Google

cum plurima sint, eorum descriptionem, ne fastidium legenti ingeram, prudens omitto[1].

Senatus finita hac scripturarum collatione Rothmannistas

---

[1]) Die Akten der Disputation sind im Originale nicht mehr nachweisbar, doch ist in der Zeitschr. 20 (1859) S. 153 ff. eine vom Kaufmann F. J. Offenberg in Münster aufgefundene alte Abschrift derselben in niederdeutscher Sprache (jetzt in der Bibliothek des Altertumsvereins zu Münster) durch B. Hölscher veröffentlicht worden. Weiter liegt eine lateinische Uebersetzung vor, die Herm. Hamelmann im Jahre 1572 unter dem Titel: „De Paedobaptismo" erscheinen liefs (vergl. P. Bahlmann: Bibl. 1533 Nr. 3), und die wiederabgedruckt wurde von J. Wigand: De anabaptismo (Lipsiae 1582) S. 361 ff. Sie fügt in Uebersetzung auch die späteren Entgegnungen Glandorp's und Wirtheim's gegen Rothmann und aufserdem einige Erklärungen H. Hamelmann's hinzu. Die einleitenden Verhandlungen bringt sie ausführlicher, als sie sich in der Abschrift in der Zeitschrift finden, aus der auch ein Blatt herausgerissen ist, das die letzten Sätze der Rede Bredevort's, die ganze Rede Belholt's und die ersten Worte Glandorp's enthielt (Herm. Hamelmann Bl. E 1v Zeile 23 bis Bl. E 3 Zeile 6). — Ein Mscr. im St.-A. M. (M. L. A. 518/19 II. fol. 27 ff.) giebt einen in hochdeutscher Sprache gleichzeitig geschriebenen Auszug aus dem Protokolle, der aber nur die gröfseren Reden des Buschius und Rothmann vom 7. Aug. und die ausführliche Entgegnung Rothmann's vom 8. Aug., so weit sie sich gegen Buschius richtete, bietet. B. Hölscher hat in seiner Publikation in der Zeitschrift die hauptsächlichsten Varianten, Auslassungen und Zusätze dieses Manuscripts in den Noten kenntlich gemacht. — Von den Geschichtsschreibern der damaligen Zeit ist die Disputation immer nur ganz kurz behandelt worden, am ausführlichsten noch von H. Dorp (Bl. C 3), der sich aber ebenfalls auf die Akten beruft, die „ausweisen, wes ein jeder bey disser sach gethan hab." A. Corvin hat gleichfalls die Akten gelesen und stellt (Acta etc. Bl. B 1v) den Gegnern Rothmann's das Zeugnis aus, „das sie sich in diesem fal menlich, christlich und ehrlich widder die Rottengeister gesetzt haben, aber doch nichts mehr bei inen erlangt, denn darnach die unseren bey inen haben erlangen mögen." In der „Glaublichen Anzeige" des Dietrich von Hamburg findet sich die sonst nicht zu belegende Notiz (Bl. A 1v), dafs die „beredung offentlich im druck aussgangen." Herm. Hamelmann ist in seinen sonstigen Werken noch zweimal auf die Disputation zurückgekommen (Opera S. 303 in seiner „Narratio de vita Hermanni Buschii" und S. 1200 ff. in seiner „Historia renati evangelii in urbe Monast."). — In ganz wenigen der zahlreichen späteren Abschriften des Kerss.'schen Werkes habe ich die Verhandlungen der Disputation in lateinischer Uebersetzung beigefügt gefunden, die sich dem Sinne, nicht aber dem Wortlaute nach mit H. Hamelmann's Uebersetzung deckt.

Digitized by Google

firmioribus Buschii argumentis debellatos et convictos esse sentiens per Ioannem a Wyck, doctorem et syndicum, disputationem his verbis intercipit[1]: „Senatus huius urbis ea, quae utrinque in colloquio adducta sunt, satis intellexit. Ne autem caesareae maiestatis constitutioni adversetur neve quenquam intra sua moenia illi repugnare patiatur neve foedera pacisque leges inter principem et rempublicam Monasteriensem initas violare dicatur, edicit ac iubet, ut concionatores ab his et aliis duorum sacramentorum, baptismi scilicet ac coenae dominicae, articulis in concionibus suis prorsus sibi temperent, paedobaptismum ad institutum ecclesiae inviolatum servent neque quenquam ab eo dehortentur deterreantque neque quamlibet in religionis negotio novationem introducant, nisi prius alios erroris convincant et suam doctrinam accuratius verbo Dei confirment. Si vero ipsos propositiones suas doctrinamque suam sacrarum literarum testimoniis comprobasse et imperatoriam constitutionem aliaque magistratuum decreta pacisque initae foedera non esse servanda ostendisse senatus deprehenderit, se ea, quae christianum deceant magistratum, facturum. Sed dum ea nondum sint discussa et declarata, senatum in hac urbe nullam novationem admissurum; et si huic decreto vis a quoquam fiat aut quoquo modo illud contemnatur, ipsi concionatores experientur senatum aegre laturum, neque ipsos a poena immunes futuros."

---

[1]) Das Folgende ist Uebersetzung des Beschlusses des Rates, den derselbe im Einverständnis mit den Older- und Meisterleuten den Predikanten zu erkennen gab (s. Zeitschr. a. a. O. S. 176 und Herm. Hamelmann a. a. O. Bl. E 5v u. E 6). Derselbe ist auch wiedergegeben in dem Schreiben des Rates von Münster vom 15. Nov. an den Landgrafen Philipp von Hessen (s. C. A. Cornelius: M. A. II. S. 360 f.). Doch wurde dieser Beschluſs nicht am Ende der Disputation verkündigt, sondern bereits am 7. August, als die weitere Besprechung auf den folgenden Tag verschoben wurde, an dem Rothmann erst seine Hauptrede zur Widerlegung seiner sämmtlichen Gegner hielt. Freilich wurde dieser Beschluſs dann am 8. August wiederholt, nachdem Buschius sich für die Weiterführung des Gespräches mit seiner Ermüdung entschuldigt und eine schriftliche Antwort versprochen hatte, und damit die Disputation, die keineswegs glücklich für die Anhänger der Kindertaufe auslief, endigte. Kerss. hat dieses alles unerwähnt gelassen, trotzdem er es aus den Akten, die er besaſs, hätte wissen müssen. Zur Sache vgl. Herm. Hamelmann a. a. O. Bl. E 5 f. u. G 2 ff.

Digitized by Google

Hoc modo colloquium et consessus doctorum dissolutus fuit.

*Ipsa die Laurentii Martyris, quae fuit 10. Augusti, cum *p. 382. 10. Aug.
quidam Hollandus anabaptismo addictus in templo Aegidiano hora tertia pomeridiana concionaretur, Ioannes Windemollerus senator[1] non tam Lutheranismo, quam anabaptismo infensus in concionatorem irruit eumque e suggesto detraxit: „Quid tu," inquit, „verbero, ad populum hic verba facis, indignus, ut suggestum conscendas, qui ante annos aliquot scalas ignominiae ascendisti, qui ad palum numellarium ignominiae causa religatus cauterio candenti in altera mala per carnificem signatus es, quasi vero istam notam, quam in maxilla circumfers, non noverimus, quasi probitas isto signo egeat? Tune honesta et pia doces, qui inter mastigias et verberones educatus ipse inhoneste et impie vixeris? Apage te cum ipsa tua doctrina, cum ipsa tua inusta cicatrice! Maculam istam tuam prius ablue, quam hunc locum probo viro dignum capias!" Anna vero, Milingii cuiusdam uxor, aliaeque complures mulierculae spiritu anabaptistico afflatae indignum facinus esse exclamant virum Dei e suggesto deturbare, concionantem impedire, salutarem doctrinam civibus invidere; eum sibi a vi non temperare, qui ab aliis illatam merito propulsaret. Impium illud scelus exemplo carere, impunitum ergo non relinquendum, conniventem senatum amovendum aliumque substituendum, qui evangelicam libertatem non opprimat, sed singulari favore prosequatur, amet, promoveat atque augeat. Magnus his verbis mulierculam fit concursus, magna vocum confusio et tempestas adeo, ut tota templi structura tremeret. Interea ecclesiastes ille insolita intemperie conterritus evanuit. Windemollerus etiam garrulam feminarum turbam effugiens templo excessit ac sese subduxit. Motus autem ille femineus deficientibus antagonistis facile quievit.

*Sed seditiosi senatum pecunia a principe corruptum nec *p. 383.
evangelio favere passim per urbem dictitant; alium proinde esse eligendum. Quid multis? Ita paulatim in urbe anabaptismus

[1]) Er ist wohl sicher derselbe, der in der Versammlung der Gilden am 1. Juli 1532 die Bürger zu einem Bunde gegen die Unterdrücker des Evangeliums aufrief, und der dann in den dafür niedergesetzten Ausschufs der 36 Männer gewählt wurde. Vgl. Bd. I S. 213 f.

Digitized by Google

invalescebat, ut Ioannis Langermanni, Petri Frisii aliorumque
7. Sept. civium infantibus 7. Septembris in templum delatis Hermannus Stapradius Moersanus baptismum manifeste negaret[1]. Quam rem senatus aegerrime tulit, neque enim illud futurum unquam sperasset, cum ex superiori certamine Rothmannistas infirmioribus argumentis inniti animadvertisset atque ideo seditiosam hanc et controversam duorum sacramentorum doctrinam spargi vetuisset. Quare ubi ecclesiastae superiori disputatione se victos esse non faterentur neque a sua doctrina in magistratus contemptum et ludibrium latum culmum discederent, sed haereticorum more multo praefractiores redderentur suaque pertinacius defenderent iisdemque multa nova paulatim affingerent, senatus avitae ecclesiae institutioni et doctrinae de paedobaptismo tutius sibi adhaerendum esse existimans Rothmannistis non solum omnibus concionibus, verum etiam urbe plebei magistratus praesidio fretus[2] serio interdicit. Quo edicto concionatores praeter opinionem suam promulgato, cum plebeio se favore munitos esse putarent, vehementer partim exacerbati, partim consternati[3] senatum his scriptis adoriuntur[4]:

„Seditiosorum concionatorum scriptum senatui Monasteriensi
17. Sept. 17. Septembris traditum.

Gratia a Deo Patre, vera agnitio Iesu Christi et illuminatio Spiritus Sancti in omnem veritatem sit vobiscum. Amen! Quod superioribus hisce diebus interdictis vestris nos ab evangelica functione terruistis ac urbe vestra excederemus crudeliter praecepistis, minime sperassemus. Utut autem sit, rogamus, ut,

---

[1]) Nur durch Kerss. überliefert.

[2]) Der Rat konnte das um so mehr, da das Gebot vom 7. und 8. August an die Predikanten auch im Namen der Older- und Meisterleute ergangen war (vergl. Zeitschr. 20 [1859] S. 176 u. 194). Herm. Hamelmann: De paedobapt. Bl. E 5v erwähnt freilich die Mitwirkung der Older- und Meisterleute nicht.

[3]) Es scheint, dafs Staprade für kurze Zeit aus Münster hat weichen müssen, denn die gleich von Kerss. mitgeteilte Eingabe der Predikanten an den Rat ist von ihm nicht unterzeichnet worden. Doch kann seine Abwesenheit nicht lange gedauert haben, weil die Vorrede zu der Schrift „Bekenntnisse von beiden Sacramenten," datiert aus Münster vom 22. Oct., auch seine Namensunterschrift trägt. — [4]) Nur durch Kerss. bekannt.

Digitized by Google

quae *tunc viva voce respondere non licuit, ea nunc a nobis *p. 384.
descripta christianis pectoribus accipiatis; cum satis compertum sit vobis nostri muneris esse, ut oviculas Christi nobis concreditas pascamus et ea solum proponamus, quae Christus mandavit, neque iis quicquam detrahamus neque addamus, sed quicquid ad normam Dei non dirigitur neque illi consentit, reprehendamus, reiiciamus et stirpitus eradicemus. Similiter vos non latet, quanta cum molestia et labore in conspectu omnis populi susceptum hoc docendi munus administraverimus nec a quoquam in hunc usque diem erroris convicti simus, vel quod a veritate aliena docuerimus; quam etiam doctrinam nostram ultimi supplicii periculo, quanquam non sit necessarium, nos defensuros esse recepimus et adhuc recipimus. Proinde vobis expendendum relinquimus, quid egeritis quibusve christianis legibus confisi nos ab officio removeritis. Scimus, quid Paulus 1 Corinth. 14 dicat: „Si," inquit, „alii fuerit revelatum assidenti, prior taceat[1]." Neminem vero novimus, nemoque prodit, cui meliora sint revelata. Nos tamen tacere voluistis. Si autem aliquis meliora adferret, aequum esset nos tacere. Praeterea miramur, quid vos, penes quos profanarum quidem rerum iurisdictio est, de hac quoque re iudicandi auctoritatem vobis arrogetis. Si christiani esse vultis, qua fronte civilibus vestris interdictis verbum Dei impedire et remorari audetis? Scriptura ecclesiae iudicium tribuit, et cum ecclesiae christianorum sint et esse velint, si itaque vos aut alius quispiam adversus nos quicquam habuisset, illud in ecclesia et congregatione fidelium nobis praesentibus propositum fuisset, et si veritatis clypeo non fuissemus communiti neque doctrinam nostram manifestis sacrarum literarum testimoniis defendissemus, merito iudicio et poenae subiiceremur. Quam causam adversus nos habetis, qui doctrinam de baptizandis infantibus erroneam esse professi sumus? Contra agnitam veritatem nihil nobis agendum esse decrevimus; ferre tamen possumus, ut *illi hoc faciant, qui minus agnitionis con- *p. 385.
secuti sunt et eam nondum sunt professi, ut imprudentibus serviatur, donec veritas magis patescat. Vosmetipsos iudicate! Cum paedobaptismum erroneum esse dixerimus neque vos neque alius

[1]) 1 Corinth. 14, 30.

Digitized by Google

quispiam certis argumentis nos convicerit, qua ratione quove christianae professionis officio adducti nos contra agnitam veritatem ea recantare vi cogitis, si vero illud a nobis non fiat, concionandi officio nobis interdicitis? O Deus! Haeccine iura civilia ac imperatorum constitutiones praecipiunt, quas syndicus vester magnifice tonat? Profecto, ius divinum longe diversum iubet. Rogamus autem Deum, ut vos in ea agnitione conservet, ne quid contra agnitam veritatem committatis, sicut nos facere vultis. Verum hanc impietatem Deus in aeternum a nobis avertat! Qui imprudenter quidem teste Paulo[1] peccat, delicti gratiam a Deo impetrare potest; qui vero prudenter (ut Saul 1. Reg. 15 et Pharao Exod. 5[a]) delinquunt ac veritati resistunt, in dies magis magisque excaecantur ac indurantur adeo, ut nullius unquam poenitentiae illis sit locus. Proinde iterum ex mutuo christianae caritatis vinculo vos rogamus et admonemus, ut hanc evangelii causam accuratius cordatiusve intueamini et expendatis neque adeo humanis opinionibus ducamini adeove eos, qui blasphema ac impia verba ventosa garrulitate strepunt, sectemini, ut Iesu Christi veritas obscuretur. Praeterea cum in conclavi senatorio vobis praesentibus antagonistarum nostrorum argumentis fusius quidem, quam vobis tunc temporis placuit, a nobis responsum sit illique diuturnae sessionis pertaesi per scripta nobis respondere receperint et nunc sex propemodum hebdomadas meditando absumpserint, rogamus, ut, si quid ab illis adversus nos nostramque professionem adductum sit, confestim eius nobis copia fiat[2]. Ista enim respondendi mora et nobis et veritati publicaeque paci plurimum obest. Precamur insuper, ut hanc fidelem nostram admonitionem boni consulatis neque nos
*p. 386. nisi veritate convictos in officio turbetis. *Si vero pertinaciter (quod Omnipotens avertat) propositum vestrum urseritis, nihilominus tamen nostrae a Deo nobis commissae functioni insistentes

[a]) *Ms.*: 4.

[1]) Vgl. 1 Tim. 1, 13. — [2]) Die Entgegnungen, die Glandorp und Wirtheim am 31. Aug. thatsächlich dem Rate eingereicht hatten (s. Herm. Hamelmann: De paedobapt. Bl. G 2 ff.), und die Brictius tom Norde unterzeichnete (s. ebenda Bl. G 6v), waren also offenbar den Predikanten nicht eingehändigt worden.

Digitized by Google

coram Deo et toto mundo veritatem etiam cum vitae omniumque rerum dispendio profitebimur cogitantes interim Deo magis obediendum esse, quam hominibus[1]. Vobis ergo pensandum obtrudimus, quam sit periculosum incidere in iudicium Domini. Omnia tamen bona de vobis speramus, quos Omnipotens in sui agnitione ita illustret, ut respublica bene regatur. Vestri evangeliique Iesu Christi ministri

Bernhardus Rothmannus, Ioannes Cloprisius,
Godefridus Stralenius, Henricus Rollius, Dionisius Vinnius."

Nec minori studio et diligentia apud tribunos mechanicorumque praesides per se et suae factionis satellites, quos tamen gratia et auctoritate apud illos pollere arbitrati sunt, negotium suum peragunt petentes, ne a pio officio cum ignominia et dedecore removeantur, quod cum summo multitudinis applausu fideliter hactenus administraverint, neque urbe quasi scelerosi et flagitiosi profligentur, qui de republica bene meriti sint, qui plurimos a papatus caecitate ad evangelicam lucem revocaverint, qui papistica tyrannide debellata regnum Christi pristino nitori restituerint; nihil se exilio dignum commisisse, nullo flagitio contaminatos esse, nisi flagitium sit verbum Dei pure docuisse. Atqui si hoc flagitium sit, se quidem flagitiosissimos esse et non solum exilio, verum etiam ultimo supplicio dignissimos quique variis poenarum generibus afflicti continuo e republica tollantur; a qua tamen impietate Deus omnipotens magistratum praeservet. Hoc igitur a senatu impetretur, ut praedurum illud exilii decretum mutetur et concionatores suo munere a Deo sibi commisso sine metu fungantur, *ne, si suis officiis destituantur, *p. 387.
haec civitas perpetua ignominiae labe inter evangelicas urbes notetur et Dei vindictam in se provocet.

Tribuni autem et mechanicorum magistri, apud quos Rothmannus summa quidem gratia valuisset, si de paedobaptismo sententiam suam mutasset, his verbis permoti cum senatu de retinendo Rothmanno agunt. Placuit tandem senatui ipsum ea lege in officio suo retineri, ut in concionibus suis a controversis duorum sacramentorum articulis sibi prorsus temperet. Quae senatus sententia a tribunis Rothmanno significatur.

[1]) Acta Apost. 5, 29.

Digitized by Google

Interea literae a principe in urbem missae[1] ipso die Mi-
29. Sept. chaelis, quae fuit 29. Septembris, in singulis paroeciis recitantur, quibus iubetur, ut duorum sacramentorum, baptismi et eucharistiae, usus pristinus reservetur; neque enim se ullam in his contra ecclesiae doctrinam citra salutis dispendium mutationem admittere posse.

Huc accedit senatus mandatum idem iubens. Maxima etiam pars civium his assentitur, si eucharistiae participatio (sicut Christus instituit) sub duabus speciebus sibi non negetur. Senatus itaque serio Rothmannum de paedobaptismo et aliis articulis in controversiam positis prorsus silere aut urbe excedere iubet. Utrum horum facturus sit, scripto sibi responderi postulat. Ad quae Rothmannus sic respondet[2]:

3. Oct. „Tribuni plebis ac mechanicorum magistri[3] mihi significaverunt me ab officio meo non esse amovendum, verum cum de paedobaptismo et sacramento corporis et sanguinis Christi conflictationes sint exortae variisque modis ista sacramenta exagitentur, in gratiam communis pacis mihi in concionibus publicis ab istis duobus temperarem, donec doctorum virorum iudicio haec controversia componeretur. Quibus respondi: Cum haec publicae tranquillitatis causa a me fieri velint[4], in concionibus
*p. 383. meis a controversa duorum sacramentorum doctrina *me abstinebo, imo ne hanc quidem[a] attingam, sed ea, quae pacem concilient[b], quae senatum excusent, quae plebem tumultuantem sedent, qua me decet fide docebo, donec ab admixta fece haec doctrina purgetur et maior veritatis agnitio a Deo hominum

[a]) *Ms.:* quidam. — [b]) *Ms.:* conciliant.

---

[1]) Nicht mehr nachweisbar. Der seit dem 7. Juni nächste erhaltene Brief des Bischofs an die Stadt ist erst vom 19. October datiert.

[2]) Der deutsche Text der Rothmann'schen Erklärung ist nach einer Abschrift in der Beilage zu einem Schreiben v. d. Wieck's an den hessischen Kanzler Joh. Feigk vom 15. Nov. 1533 abgedruckt bei C. A. Cornelius: M. A. II. S. 365.

[3]) Zu der Erklärung heifst es: „... die ersamen hern baide olderleut und mesterleute sampt etzlichen deputerden von den mesterleuten."

[4]) Die Erklärung fügt hinzu: „den ich dan auch schuldig und altzeit gerne deinen wil."

Digitized by Google

mentibus infusa fuerit. Datum anno Domini 1533, die 3. Octobris [1]."

Rothmannus quidem chirographo isto suo, quid facturus sit, satis declarat. Senatus tamen de fide illius, quam aliquoties violaverat [2], dubitare coepit. Ideo legatos suos Reynam mittit, quo princeps dioecesana comitia habiturus sexto Octobris venerat, 6. Oct. qui in consessu procerum miserandam urbis et religionis faciem commemorarent [3]. Urbem dissidiis et motibus internis aestuare, magnam plebei ordinis partem in officio non posse contineri, sed magistratui obstrepere, doctrinam vetitam a Rothmanno invectam etiam cum vitae periculo tueri; omnia intestinis odiis flagrare, veram religionem et evangelicam doctrinam inter schismata fluctuare, nihil itaque intra moenia tutum esse, nihil praeter caedem, rapinam et reipublicae eversionem et vastitatem expectandum. Haec omnia cum non aliunde, quam ex multiplici religionis contentione oriantur, se proinde obnixe efflagitare, ut princeps suas partes agat, reipublicae cespitanti succurrat et huic malo medeatur, articulos erroneos doctorum virorum praesidio adiutus tollat et verae religioni verboque Dei consentientes substituat; se eos, si sibi utiles esse cognoverint, libenter amplexuros.

Ad quae princeps [4]: In principio nascentis mali pharmaca admisissent neque ita in gratiam furiosorum subditorum et bene monentium ludibrium saluberrima consilia excussissent. Cogitassent cum malis in perniciem bonorum non esse connivendum; seditiosis non tam suaviter adblanditi fuissent. Licentiam enim

---

[1]) Auf diese Erklärung hin wurde Rothmann das Predigen wieder gestattet, doch da das Lambertikirchspiel ihn als aufrührerisch und seiner Obrigkeit ungehorsam entsetzt hatte, ihn auch keineswegs wieder zulassen wollte, „darumb hat man in nirgent dan an einen winckel der stat zu sanct Servaſs zu predigen gestaten mogen" (Randbemerkung zu der Beilage zum Schreiben v. d. Wieck's). — [2]) Vgl. oben S. 428.

[3]) Die Instruktion der Abgeordneten Münsters zum Landtage in Rheine hat sich nicht erhalten.

[4]) Akten über die Landtagsverhandlungen zu Rheine befinden sich im St.-A. M. Es hatte sich vornehmlich wieder um Steuerangelegenheiten gehandelt. Zuletzt traten die Städte in ihrer Gesamtheit und einzelne derselben, wie Ahlen und Warendorf, mit ihren Klagen hervor. Vgl. zur Sache C. A. Cornelius: M. A. II. S. 198 f.

Digitized by Google

*p. 389. et ineptam lenitatem suos saepe auctores aut prodidisse aut *in eximiam tandem cladem praecipitasse. Eo nunc rem devenisse, ut nec lenitate seu blanditiis, nec asperitate seu crudelitate mutari queat. Se tamen ex officio neque consilio neque re civitati defuturum, sed de futuro remedio et reformatione, quantum fieri potest, altius cogitaturum[1]. Interea urbes ab omni in religionis negotio novatione sibi temperent rogat, quod se facturos recipiunt. Hoc etiam se poscere a legatis Monasteriensium, ut dominum Henricum Mumpertium, theologiae doctorem ac priorem Bispinckhovianum, ad concionandum verbum Dei in templo dominico de more admittant[2]. Ad quod legati se illud in consultationem et decretum senatus relaturos respondent; senatum brevi responsurum.

Dissolutis istis comitiis cum princeps de novatione minorum civitatum nihil esset sollicitus, praeter spem tamen 8. Octobris ipsi refertur Coesfeldienses seditiosum concionatorem ad-
9. Oct. misisse, quare literis suis 9. Octobris emissis[3] ipsos ab instituto in hunc modum deterruit: Sibi pridie[4] relatum esse erronem

---

[1]) „Als ock stadt und stede gebedden," läfst der Bischof antworten, „dath men ze baven dath privilegium nicht besweren will, sunder dar z. f. g. tegen ere borger to forderen, zulx mit recht to verfordern, hefft unse g. h. antwort lathen geven, s. f. g. wille sich vermoge des privilegii holden, so vern sich ock de stede tegen s. f. g. als getruwe und gehorsame undersathen luith des privilegii ertzeigen." „Wal to gelegener tyt," heifst es dann weiter, „in zacken der religion ordnung maken, de errige predicanten in der wedertauff und vam sacrament des altairs in z. f. g. stifft nicht dulden eder inlaten."

[2]) Schon am 5. April war seitens des Münsterschen Rates an Mumpert die Weisung ergangen, Niemandem die Ohrenbeichte abzunehmen (vgl. oben S. 403). Als dann später der Bischof erfuhr, dafs der Rat dem Prior auch Station und Predigen im Dom verboten habe, richtete er aus Horstmar am 7. Juni die ernstliche Aufforderung an die Stadt, sich dem Vertrage vom 14. Febr. gemäfs zu halten (Konzept im St.-A. M.). Der Bischof wiederholte hier auf dem Landtage also seinen Befehl. In den Akten findet sich darüber Nichts, aber die Thatsache wird bestätigt durch den gleich weiter unten auch von Kerss. angeführten Brief Münsters an den Bischof vom 15. October (J. Niesert: U.-B. I[1]. S. 216).

[3]) Aus Fürstenau. Konzept im St.-A. M. Zu früheren kirchlichen Bewegungen in Coesfeld vgl. oben S. 415 ff. — [4]) Ein Datum giebt das Schreiben nicht an. Es heifst nur: „Wy komen in erfaronge ..."

Digitized by Google

quendam vagum atque ignotum urbem Coesfeldiensem subiisse, in ea se aliquot dies clanculum continuisse et tandem invocatum et sine legitimi magistratus eorumque, quorum interfuerit, permissu in sacello Sancti Spiritus concionandi munus invasisse, erroneam et perniciosam doctrinam in plebem novitatis semper avidam sparsisse, unde schisma, dissidium, seditio, inobedientia, magistratus contemptus et christianorum rituum concordibus maiorum suffragiis antiquitus ad haec usque tempora *usitatorum*[a] disturbatio et corruptela promanare soleat. Cum itaque hoc sibi tanquam magistratui legitimo minime ferendum esse censeat, ne sua lenitas subditis sit exitio, proinde se ipsos per fidem datam et iusiurandum sibi praestitum admonere, ut continuo istum concionatorem removeant, repellant et urbe profligent neque se ab antiquis templorum ritibus ac ecclesiae catholicae ceremoniis distrahi sinant. Rescribunt[1] se in omnibus principi *obtemperaturos. *p. 390.

Dum haec aguntur, senatus legationem ad Lantgravium evangelicos concionatores petitum ablegat[2], qui adversus Roth-

[a]) *fehlt im Ms.*

[1]) Nicht mehr nachweislich. — [2]) Ueber die erfolglosen Versuche des Landgrafen Philipp im Juli, zwischen dem Bischofe und der Stadt Münster zu vermitteln, vergl. oben S. 405 Anm. 2. Von einer Gesandtschaft der Stadt an den Landgrafen ist aktenmäfsig nichts überliefert. H. Dorp Bl. C 4 berichtet: „Hernach anno 1533 umb Martini ungefar hatt ... Philip, Lantgrave zu Hessen, auff des Rhats von Münster ansuchen und begeren zween prediger gehn Münster geschickt ...“ — Dem Bischof hatte der Landgraf am 8. Sept. seine Bereitwilligkeit angezeigt, abermals Räte zu senden (Orig. im St.-A. M.), und darauf aus Horstmar am 12. Sept. die Antwort erhalten (Orig. im St.-A. Marburg), der Bischof habe bereits für den 6. October einen Landtag nach Rheine ausgeschrieben. Am 7. Oct. erwidert der Landgraf (Konzept ebendas.), dafs er den Bischof, wie er sich alle Zeit erboten habe, „in zimblichen, pilligen, christlichen sachen mit rhad, hilf und beistand keins wegs verlassen werde.“ Eine hessische Gesandtschaft an den Bischof erfolgte aber doch sehr bald, und zwar, weil der Landgraf vernommen hatte, dafs Bischof Franz und seine Stände geneigt seien, die Temporalität des Stifts dem Kaiser zu übergeben (vergl. die Instruktion für Alexander v. d. Thann an Bischof Franz vom 28. Oct., abgedr. bei L. Keller: G. d. W. S. 302, und weiter den ebenfalls dort S. 303 abgedruckten undatierten Brief des Landgrafen

Digitized by Google

mannum totamque anabaptisticam cohortem decertent. Ille itaque in gratiam periclitantis reipublicae Theodoricum Fabritium[1], facundia et audacia insignem, et Ioannem Leningum Melsinganum[2], hominem quidem doctum, sed meticulosum minusque disertum, quos evangelio favere potissimum cognoverat, ad hanc provinciam administrandam hortatur. Hi tantum officii Lantgravio denegare non audentes compositis rebus suis se Monasterium ituros onusque sibi impositum pro viribus suis subituros recipiunt. Sed priusquam hi se itineri et periculo committerent, per aliquot hebdomadas intra parietes suos de rebus futuris consultant et adversus anabaptistica monstra sacris literis acriter sese armant.

Transfluviani quoque coenobii virgines[3] novo evangelicorum spiritu inflammatae Germanicos psalmos in templo interim promiscue cantillare, vota sua vivendique institutum contemnere, professionem suam pro nihilo habere, archivestalis frena excutere, nulla ciborum discrimina facere, de habitu mutando mussitare deque liberiori vita somniare. Ida vero de Mervelt, archivestalis, cum perpaucis aliis hanc virginum suarum lasciviam sibi displicere multis lachrimis et querelis testata est. Quae res cum ad principem perlata esset, in haec verba ad totum virgi-
10. Oct. neum coetum 10. Octobris scribit[4]: Se accepisse plerasque virgines Transfluviani monasterii mundana quadam levitate vano-

---

an den Herzog Karl von Geldern, nach welchem der Bischof das Gerücht für unwahr erklärt, nach dem ihm aber von seiten Burgunds Anträge gemacht worden seien, die er nicht geradezu von der Hand gewiesen habe).

[1]) Ueber Theodor Fabricius vgl. besonders C. A. Cornelius: Die Münsterischen Humanisten (Münster 1851) S. 31 ff. und Th. Volbehr: Zur Gesch. d. Münsterischen Unruhen, in den „Mitteilungen aus dem germanischen Nationalmuseum" Bd. 2 (Nürnberg 1889) S. 97 ff. — Eine „Vita Theodori Fabricii ab ipso anno 1565 ad filios suos conscripta" hat Th. v. Hase in der „Bibliotheca Bremensis" Classis IV fasc. 1 (Bremae 1719) S. 65 ff. herausgegeben. So kurz sie auch auf die Münsterische Zeit eingeht, bietet sie doch einige wichtige, später noch anzuführende Notizen.

[2]) Die Quellennachrichten über ihn, soweit sie seine Münsterische Thätigkeit betreffen, stellt C. A. Cornelius: M. A. II. S. 347 f. zusammen.

[3]) Vgl. auch Kerss.'s früheren Bericht über das Kloster zu Ueberwasser Bd. 1 S. 280 ff. und oben S. 403.

[4]) Aus Fürstenau. Konzept im St.-A. M.

Digitized by Google

que animi pruritu ita concitatas, ut contra suum votum suaeque regulae professionem ac contra inveteratam coenobii consuetudinem rebellionem moliantur. Se itaque ipsas monere, ut originis et nobilitatis suae memores nihil committant, quod levitatem sapiat aut progenie sua quoquo modo indignum existimetur[1].

*Post haec 15. die Octobris senatus principi responsum re- *p. 391.
scribit, sicut legati in comitiis Reynanis se facturos receperant[2]: 15. Oct.
Nullo modo contra transactionis pacta se illud permissurum, ut se invito concionatores doctrina, vita et moribus evangelio non conformes ad docendum publice in civitate sua admittantur. Cum autem tempore transactionis concionandi munus in aede summa sit ablatum et terminario dominici templi interdictum neque eam consuetudinem revocandam esse transactionis monumenta iubeant, sed hoc solum velint, ut capitulum dominicum in sua religione non turbatum vivat, donec Deus omnipotens aliter disposuerit[3]; — ex quibus obscurum non esse principem transactionis sententiam manifeste oppugnare. Se ergo rogare, ne adversus transactionem praegraventur.

Ad haec princeps 19. Octobris[4]: Se transactionis pacta 19. Oct.
non violasse sibique ea servanda esse non ignorasse, sed inconsultam illam et illiberalem postulationis suae abnegationem a senatu non expectasse, cum templum dominicum suum totiusque

---

[1]) In demselben Briefe zeigte der Bischof dem Kloster an, dafs er eine Abordnung zur Untersuchung und Abstellung der Mifsbräuche senden werde. Dem Amtmann zu Ueberwasser schrieb er am selben Tage (Konzept im St.-A. M.), dafs dieser der Aebtissin und den Jungfrauen „van eren gudern und upkomfften derselven gewontlige underholding und verplegung, wo van olders gebruiklich, verschaffest und dar ynne, zo zulx van dy gefordert werde, gyne aenderonge makest."

[2]) Vgl. oben S. 434. Orig. im St.-A. M. Gedruckt bei J. Niesert: U.-B. I¹. S. 216 f.

[3]) Vgl. Bd. 1 S. 375 den 2. Artikel des Friedensvertrages vom 14. Febr. (bei J. Hobbeling a. a. O. S. 168). In diesem Briefe und in den folgenden vertritt die Stadt wieder ganz den Standpunkt, den sie während der Friedensunterhandlungen eingenommen hatte, den sie aber nicht aufrecht zu halten im Stande gewesen war. S. besonders die bei C. A. Cornelius: M. A. I. S. 210 abgedruckte Antwort Münsters vom 20. Juli auf die Werbung der hessischen Räte. — [4]) Aus Iburg. Konzept im St.-A. M. Abgedruckt bei J. Niesert: U.-B. I¹. S. 218 f.

Digitized by Google

dioecesis sit summum neque tamen paroeciale et transactio verbis manifestis huic omnes antiquitus habitas ceremonias et consuetudines sine senatus aut civium suorum impedimento, senatui vero ius paroecialium templorum tantum tribuat. Proinde se iterum postulare, ne hunc virum in summo templo concionantem conturbent conturbarive sinant neque adversus transactionem infirmis istis verborum suorum rationibus quicquam moliantur, ne sibi necessario ad alia remedia confugiendi occasio obtrudatur.

Eodem die Mumpertio per literas[1] significat, ut solius principis auctoritate confisus futuro die dominico, quae fuit 26. Octobris, aliisque diebus festis subsequentibus in templo summo conciones stationesque antiquitus observatas habeat, neque sibi alterius auctoritate opus esse. Mumpertius quidem principi paret, senatum vero omnesque evangelicos gravissime offendit.

*p. 392. *Senatus 21. Octobris[2]: Quanquam in superioribus suis 21. Oct. scriptis legitimas causas adduxerit, cur sibi non sit ferendum, ut quidam monachus seu terminarius in summo templo ad concionandum iterum admittatur, qui cives catervatim a sua et evangelica religione avocet, et quanquam transactionis pacta verbis manifestis declarent templum summum in suis ceremoniis et ritibus antiquis sine senatus aut civium impedimento permansurum, senatui vero ius paroecialium templorum esse permissum, inde tamen confici non posse templum summum post transactionem iam dictam concionibus aut stationibus alicuius monachi ac terminarii regendum esse, cum conciones, stationes aliaeque similes ceremoniae ante transactionem antiquatae corruerint. Quaecunque proinde transactionis monumenta signata non complectuntur, ea propria auctoritate postea ex intervallo apponi non posse. In transactionis scriptura absque longis verborum ambagibus simpliciter haec verba contineri: capitulum non turbatum suae religioni et vitae permittendum esse. Unde inferri non posse se monachum alterius religionis, qui errores et schismata spargat, qui seditionem inter cives excitet, ad concionan-

[1]) Konzept im St.-A. M. Dieses Schreiben war abschriftlich dem an die Stadt beigelegt.

[2]) Orig. im St.-A. M. Abgedr. bei J. Niesert: U.-B. I[1]. S. 219 ff.

Digitized by Google

dum admittere debere. Se proinde illud, quod dissidia, schismata et seditiones pariat, in incommodum suae reipublicae non permissurum. Cum itaque vi transactionis conciones monachi in summo templo merito non esse ferendas censeant, se legitimum responsum dedisse non dubitare.

Ad quae princeps 28. Octobris[1]: Se scripta senatus in sua auctoritate et existimatione, si quam habeant, relinquere. Cum autem concionatori mandaverit, ut verbum Dei pure populo annunciet, se sperare ipsum a nullo in officio suscepto turbatum iri, sed senatum superioribus suis scriptis pariturum. 28. Oct.

Eodem die 28. Octobris princeps ad senatum[2]: Se auditione non vana accepisse quosdam errones, vagos et incognitos ver*berones legitime non vocatos propria se auctoritate in urbem suam ingessisse, erronea et seditiosa doctrina plebem commovisse, tandem damnatum et non tolerandum anabaptistarum sacramentariorumque dogma disseminasse et impietate sua totam fere urbem contaminasse[3]. Cum autem hi flagitiosi errones in urbe adhuc detineantur et metuendum sit, ne non toxico isto incautam rudemque plebem circumveniant, seducant et inficiant, proinde se caesarei edicti auctoritate fretum ipsum senatum monere, ne falsos istos doctores receptet, sed urbe eiiciat, ut caesaream atque imperialem indignationem poenamque effugiat. * p. 393.

Haec principis scripta senatum a decreto suo non remorantur, quin priori Bispinckhoviano tutum commeatum et publicam securitatem renunciaret. Quare princeps 30. Octobris sic ad senatum[4]: Sibi relatum esse, quod priori Bispinckhoviano ac dominici templi concionatori in sua civitate securitatem tutumque commeatum praeter expectationem et spem suam renunciaverit, quod suo iussu in templo dominico consuetas stationes ac conciones habuerit[5]. Se itaque poscere, ut interdictum re- 30. Oct.

---

[1]) Aus Fürstenau. Konzept im St.-A. M. — [2]) Nach dem Konzept im St.-A. M. abgedruckt von L. Keller: G. d. W. S. 302 f. — [3]) Kerss. übergeht hier die Worte: „denselven doch durch juw mit tydigen vorrade und insehen vorgekomen." — [4]) Aus Fürstenau. Konzept im St.-A. M. — [5]) Der Bischof fügt hinzu: „Geven dem oik noch tor tyth gynen fullenkomen gelowen. Wo dennoch durch juw tegen gemelten predicanten us to verhonynge und verkleinonge vorgerurter mathen gehandelt und vortgefaren, dragen wy gyn unbillick befrembden und begeren derwegen ..."

Digitized by Google

scindat neque adversus suos ministros sibique addictos huiusmodi interdicta decernere in posterum praesumat; alioqui ad alia remedia, unde multa fortassis incommoda evenire queant, sibi occasionem obtrudi, a quo tamen in gratiam civitatis abhorreat. Scribit quoque eodem die ad Mumpertium[1], ut ad urbem munusque sibi commissum sine ullius incommodi metu revertatur; se non dubitare senatum suis scriptis pariturum.

Interea Fabritius et Melsingus, cum intelligerent Mumpertium virum doctum et in theologico studio exercitatissimum esse, sibi metuebant, ne non quotidianum doctrinae suae hostem haberent acerrimum. Proinde hunc in modum senatui supplicant[2]: Cum Mumpertius monachus, qui antehac in templo do-
*p. 394. minico *concionatus sit, impia docuerit et seditioni dissidioque civili magnam occasionem dederit, eum non magis, quam paedobaptismi contemptores in urbe ferendum esse. Se itaque rogare, ut monachum istum intra moenia non ferat, ne puram suam doctrinam impia persuasione evertat et schismata factionesque illicitas inter cives serat.

Cum senatus principi ad superiora scripta nihil responderet neque Mumpertius ad munus suum admitteretur, princeps morae
27. Nov. impatiens 27. Novembris sic ad senatum[3]: Quanquam antehac a senatu petiverit, ut Mumpertium in aede dominica evangelium tuto docere sinat, nunc vero se intelligere, quod huic scripto non solum non paruerit, verum etiam publicam securitatem tanquam commeatum renunciaverit urbeque interdixerit. Quo iure hoc agatur, se quibuslibet ac ipsi senatui meliore animi parte

---

[1]) Ein solcher Befehl des Bischofs vom 30. October an Mumpert ist nicht mehr nachzuweisen, wohl aber hat sich das Konzept eines dahin lautenden Schreibens des Bischofs vom 30. Nov. im St.-A. M. erhalten. Es ist anzunehmen, dafs Kerss. sich bei der Datierung geirrt hat.

[2]) In gleichem Sinne schrieben sie am 3. Dezember an den Bischof (Orig. im St.-A. M.; abgedruckt bei J. Niesert: U.-B. I[1]. S. 223 f.). Ein Brief an den Rat hat sich nicht erhalten. Das Schreiben an den Bischof ist auch im Namen des Landgrafen abgesandt und war wohl die Folge des gleich von Kerss. angeführten abermaligen Befehls des Bischofs vom 27. Nov. an die Stadt, Mumpert ungestört seines Amtes walten zu lassen.

[3]) Aus Iburg. Konzept im St.-A. M. Diesem Briefe schlofs sich dann der bischöfliche Befehl vom 30. November an Mumpert an.

Digitized by Google

expendendum relinquere. Iterum ergo se senatum monere, ut hunc, sicut antiquitus fieri consuevit, concionari patiatur.

Senatus 3. Decembris respondet[1]: Se principis literas 28. et 30. Octobris nec non 27. Novembris scriptas accepisse, legisse et intellexisse, ad quas respondeat: Cum quidam concionatores multas sibi molestias in urbe sua exhibeant, se non sperasse principem insuper eas aucturum fuisse. Quod autem sibi invito terminarium obtrudat, qui impiis suis concionibus[2], uti iam bis factitatum sit, seditionem concitet, se nullo modo laturum, cum causas certas habeat, cur istius monachi conciones inter suos non sint tolerandae. Se ergo omnia iuris praesidia adversus vim his scriptis implorare. Ubi vero monachus in urbe dissidia concitare non destitisset, se illi securitatem publicam renunciasse[3] ac urbe interdixisse. Quicquid autem princeps adversus haec iure agere vel velit vel queat, se patienter ferre oportere. Non tamen se sperare, quod cum principe in gratiam impii monachi in dissidium et novam contentionem sit rediturus. Suam *se causam coram quibusvis principibus[4] defensurum. s. Dez. *p. 395.

Interea Rothmannus chirographi et promissi sui oblitus ad ingenium suum redit; at cum senatus metu repressus palam anabaptisma seminare non auderet, occultis digressionibus, clandestinis colloquiis ac suggestionibus[5] eo rem perduxit, ut ana-

---

[1]) Orig. im St.-A. M. Abgedr. bei J. Niesert: U.-B. I[1]. S. 227 ff.

[2]) „dorch sein heilloes predigen." Die hessischen Prediger melden dem Bischof, dafs Mumpert „ungeschickt und unchristlich dinge vorgenommen und gepredigt" habe.

[3]) „nicht unbillige" heifst es im Schreiben, und dann weiter: „... dan wy ohne ock alse den die in unser stadt twyspaltunge und twidracht, ock unfredde und rottunge werckede, nicht wetten tho schutzen, to schermen und tho gedulden." — [4]) Im Orig.: „vor aller geborlicher overicheytt."

[5]) So auch H. Dorp Bl. C 2: „Denn die Widerteuffer prediger leerten heimlich in den heusern ..." Er fügt hinzu: „Darzu so trieben sie dieselbige lere nicht denn in der nacht, wenn ander leute schlaffen waren, als dan lerten und taufften sie ..." Aber Rothmann setzte auch öffentlich auf der Kanzel sein Predigen fort. In einer Klageschrift an den Rat heifst es (s. C. A. Cornelius: M. A. II. S. 366), dafs „her Bernhart Rothman nach dem 3. tage Octobr. zu sanct Servafs, die leute zu behalten bei seiner meinung, widder die kindertauff und sacramenten des leibs und bluts Christi allerlei ergerliche und aufrorissche predigt gehabt." Es werden

Digitized by Google

baptistarum numerus nihilo segnius augeretur et suum negotium apud imperitum vulgus promoveretur, se interim innocentem, probum, pium, religiosum angelumque lucis fingens[1]. De baptismo enim et coena dominica articulos quosdam consuit, quos Lantgravio ac theologis Marpurgensibus examinandos offert[2]. Cum autem iudicio theologorum Rothmannum errasse pronunciaretur, errorem suum agnoscere noluit, sed pertinacius suos articulos non solum apud imperitam plebem defendit, verum etiam eruditionis persuasione seductus typis excusos omnium hominum oculis et iudicio eos exponit[3], quibus ita passim hominibus errorem suum impressit, ita praesidio Satanae multarum

---

dann einzelne seiner Sätze angeführt. — Lening und Fabricius berichten am 18. November dem Landgrafen, dafs Rothmann, der „in verwerffunge des kindertaufs verharret," „grofsen anhang der taufverachter in der stat hat, also das man, so lange er darinne bleibt, nichts wohl kan ausrichten." Aehnlich schreibt v. d. Wieck am 18. November an den Landgrafen und sagt dabei: „Es ist ein arm verdorben hauf, die an gedachten Bernhart hanget, und kenne da nimantz under, der so vil seiner schulden halben vermochte, das er zwe hundert gulden aufbrechte" (C. A. Cornelius a. a. O. S. 369 u. 370).

[1]) Das berichtet hier Kerss. nach A. Corvinus: Acta etc. nun schon zum dritten Mal. S. oben S. 418.

[2]) Auch dieses und das Folgende nach A. Corvinus a. a. O. Bl. C[1]. Zur Sache s. oben S. 388 Anm.

[3]) Es ist die Schrift: „Bekentnisse van beyden Sacramenten || Doepe vnde Nachtmaele || der predicanten tho || Munster. || Mathei x. || Wo my bekent voer den menschen, den will ick bekennen || voer mynen hemelschen vader. || Im jaer M.D.XXX.J.J. den viii || dach Novembris. ||" Die Vorrede ist vom 22. Oct. 1533 datiert und trägt die Unterschrift von Rothmann, Roll, Klopriss, Vinne, Staprade und Stralen (vergl. auch P. Bahlmann: Bibl. 1533 Nr. 6). — Eine kurze Charakteristik dieser Bekenntnisse und in Auszügen einzelne Begriffsbestimmungen und Lehrsätze derselben über die Taufe gab K. W. Bouterwek: Zur Literatur u. Gesch. d. Wiedertäufer in der „Zeitschr. d. Bergischen Geschichtsvereins" Bd. 1 (Bonn 1863) S. 285 ff. (Sep.-Abdr. S. 6 ff.). Als Gegenschrift erschien im März 1534 zu Strafsburg der den Bürgermeistern der Stadt Augsburg gewidmete „Bericht auß der heyligen geschrift von der recht gottseligen anstellung und haußhaltung Christlicher || gemeyn ... || Durch die Prediger des heyligen Evangelii zu Straßburg der Stat und || kirchen zu Münster in Westfal. || erstlich geschriben. ||" (vgl. P. Bahlmann: Bibl. 1534 Nr. 1 und K. W. Bouterwek a. a. O. S. 288, resp. S. 9). Kurze Aus-

Digitized by Google

regionum populos fascinavit ac dementavit, ut patria, liberis bonisque omnibus relictis undique huc confluerent. Huc Westphali, huc Saxones, huc Hollandi, huc Brabanti, huc Geldri, huc Phrisii, huc Leodienses aliarumque nationum gentes utriusque sexus magna et videndi et audiendi Rothmannum aviditate coeunt.

Senatus hac Rothmanni inconstantia et levitate, qua fidem addictam turpiter violavit, vehementer offensus est neque tamen carcere aut alia quavis bene commerita poena ipsum populari favore septum persequi audet, ne multorum gladios in se provocet. Primum itaque conclusis omnibus in urbe templis[1] ipsi concionibus interdicit, deinde 3. Novembris cum tribunis et me- 3. Nov.
stratus facultate et permissu bene agere semper licuerit. Insontem itaque fabrum pristinae libertati restituat et de extremo illius supplicio frustra cogitare desinat. Se enim tribulem suum innoxium non deserturos. His verbis senatus propositum flaccescit, fabrorum vero turba acrius instat. Senatus trepidat et inumbrante iam vespera rem in sequentem diem proferendam esse censet; noctem consilium utile daturam. Multitudo respondet: Satis sibi deliberatum esse, neminem iniuria afficiendum, innocentis sanguinem non esse fundendum, ne divinae vindictae magnitudinem in se provocet; miserum ergo hominem paedore carceris liberandum. Senatus de seditionis poena, quam captivus dedisset, nisi malleatores intercessissent, prorsus desperat; quare ipsum postridie liberatum iri promittit. Ibi tum tota multitudo: ipsum non postridie, non cras, non sequenti die, sed subito iamiam effractis etiam carceris repagulis eripiendum esse clamitat, nisi senatus iussu relaxetur. Hac incondita vociferatione fabrorum senatus in conclavi senatorio territus suae saluti terrebat; quare, quod sequenti die erat futurum, illud et nunc sine magno incommodo fieri posse existimans per lictores *et ministros publicos carcerem aperiri iubet. Cautione itaque *p. 410. de non ulciscenda captivitate praestita liberatur. A malleatorum multitudine exceptus in cauponam abducitur, atque ibi per totam noctem adeo se mutuo stanneis urgent culullis, ut plerique omnem maerorem captivi causa conceptum una cum hordeaceo liquore evomerent.

Die 21. Decembris Rothmannum senatorii edicti oblitum 21. Dec. multi anabaptistarum a septima ad octavam in templo Servatiano in aviis iuxta pomerium sito concionantem audivere. Multi quoque evangelicorum in templo Lambertino coenae dominicae Fabricio administrante participes fuere. Catholici vero schismatum multitudine consternati silent ac lugent.

Digitized by Google

Annus 1534.[1]

28. Dez. (1533). Ioannes Westermannus doctor suo officio in reformatione contexenda functus 28. Decembris[2] Lippiacos penates revisit.

1. Jan. Ipsa die Circumcisionis Domini Henricus Rollius[3] Rothmannista in templo Aegidiano concionatur, quod cum senatus resciscceret, eo ministros misit, qui finita concione ablatis ab aedituo clavibus templum concluderent, ne cuiquam istius factionis ibidem concionandi facultas relinqueretur. Brixius vero concionaturus cum Martinianum suggestum conscenderet, a Rothmannistis deturbatur. Petrus quoque Wirthemius a quibusdam civibus instinctu Rothmanni templo Ludgeriano repulsus

---

[1]) Vergl. Bd. 1 S. 341 Anm. — [2]) Herm. Hamelmann S. 1209 bringt Westermann's Fortgang von Münster mit Roll's Bufsruf „in die Innocentum“ (28. Dez.) in Verbindung. Er läfst mit Westermann zugleich auch Glandorp, Fabricius und Brictius entfliehen. Die betreffende Stelle ist, was den Bufsruf angeht, eine fast wörtliche Uebersetzung der Schilderung bei H. Dorp Bl. D 2, der aber dabei des Abzuges der Prediger nicht gedenkt. Die chronologische Einordnung ist durchaus irrig. Der Bufsruf begann erst im Febr. 1534 (s. weiter unten). Zur Zeit desselben war Westermann bereits wieder in Lippstadt. Am 9. Febr. lehnte er von dort aus einen von Soest an ihn ergangenen Ruf zum Koadjutor des Superintendenten ab (vergl. Fr. Jostes: Daniel von Soest [Paderborn 1888] S. 388 und E. Knodt: Joh. Westermann [Gotha 1895] S. 84 f.). Fabricius verläfst Münster erst am 27. Februar. Wann Brictius und Glandorp entflohen, ist mit Sicherheit nicht mehr festzustellen. Am 1. Febr. schreiben sie noch gemeinsam mit Wirtheim von Münster aus an den Landgrafen von Hessen (C. A. Cornelius: Die Münsterischen Humanisten [Münster 1851] S. 77). — Wirtheim entweicht zugleich mit Fabricius am 27. Febr. Er wird von den Bischöflichen gefangen nach Telgte geführt (s. H. Dorp Bl. D 4v). Der Landgraf tritt vermittelnd ein, und diesem schreibt der Bischof am 9. März (Orig. im St.-A. Marburg), dafs er „von stunt gemelten Wirthemium aus hafftung ane entgeltnus kommen lassen,“ auch seinem Amtmann Befehl gegeben habe, „Brictii und Glandorpii weiber mit irer habe und guter ziehen zu lassen.“ Was ihn zur Anhaltung veranlafst habe, wolle er dem Landgrafen bei einer demnächstigen Zusammenkunft mitteilen.

[3]) Wir sind nicht unterrichtet, wann Roll und die übrigen am 6. Nov. verbannten Predikanten nach Münster zurückgekehrt sind. Ueber den Widerspruch in den Quellenangaben vgl. oben S. 447.

Digitized by Google

ad concionandum non admittitur[1]; inde, ut vitetur motus, per senatum templum est clausum. Solum autem Fabricium auctoritate et favore eximio inter evangelicos pollentem aliosque omnes beneficio linguae obscurantem Rothmannistae inviti tolerant. Omnibus concionatoribus contemptis solus hic est in precio, omnibus reiectis solus hic ad docendum admittitur; omnibus aliis templis conclusis solum Lambertinum huic patescit, unde tantam sibi eruditionis opinionem apud plerosque comparavit, ut nemo visus sit scire, quod ipse ignoravit. Hinc sibi non parum placere *fastuque turgere coepit, quem tamen magna *p. 411. verborum morumque lenitate ita temperavit, ut inter suae farinae homines nemo humilior, nemo mitior nemoque mansuetior visus sit.

Hic 4. Ianuarii finita concione, quam a sexta ad septimam 4. Jan. matutinam habuit, in Rothmanni doctrinam publice invectus est. Et cum Rothmannus suam doctrinam contra quoslibet periculo etiam capitis publica disputatione se defensurum populo passim persuaderet, evangelicos autem subterfugere neque in conspectum suum prodire audere diceret, Fabricius quoque se adversus omnes Rothmannistas atque Cerberum ipsum suis impensis coram incorruptis aequisque iudicibus quibuscunque disputaturum offert[2]. Senatus cognita contendentium voluntate parique disputandi fervore finem tumultuandi iam fore arbitratus est. Suam itaque auctoritatem interponens quosdam doctos et pios viros ab evan-

---

[1]) Am 11. Januar, wie es Kerss. oben S. 460 nach H. Dorp schon einmal berichtet hat.

[2]) Akten [über Verhandlungen zur Vorbereitung einer Disputation gegen Ende des Jahres 1533 sind nicht mehr nachweisbar. Unter den älteren Quellen berichtet uns nur H. Dorp Bl. D 1v u. D 2 von dem Plan zu einer solchen. Aus ihm hat sowohl Kerss. wie auch H. Hamelmann S. 1208 f. geschöpft, aber jeder von ihnen chronologisch ungenau. Als zum Wortstreit gegen die Rothmannisten gezwungen führt H. Dorp neben Fabricius, Brictius, Wirtheim und Glandorp auch noch Westermann an, und er sagt ausdrücklich, dafs die Herausforderung geschah nach Annahme der neuen Kirchenordnung (30. Nov. 1533) und noch bevor Wirtheim am 11. Jan. 1534 von der Kanzel zu St. Ludgeri vertrieben wurde. Vorausgesetzt, dafs das nur von Kerss. überlieferte Datum des 28. Dez. 1533 als Zeit des Fortgangs Westermann's aus Münster das richtige ist, so fielen die Vorbereitungen zu der Disputation, da Westermann zu den herausgeforderten evangelischen Predigern gehörte, zwischen den 30. Nov. und den 28. Dez.

Digitized by Google

gelicis principibus[1] designandos huic disputationi adhibendos esse consulit, quibus victoris iudicium committatur, quam rem civitatis sumptibus sibi curae fore promittit; quae omnia utrinque placuerunt. Verum cum senatus de certo die, quo contendendum sit, ageret, Rothmannus cum suis subterfugere, trepidare et tergiversari coepit dicens, etiamsi adversarios suos manifestis scripturarum veteris et novi testamenti argumentis superaverit, quod futurum certo sciat, adeo tamen mundum a veritatis tramite deflexisse, ut veritatem etiam agnitam agnoscere nolit[2]; alios pontificiis institutis seductos, alios Lutheranicis deliramentis fascinatos aliorumque haereticorum ac schismaticorum placitis dementatos adeo pertinaces suique propositi tenaces esse, ut nullis rationibus et scripturae testimoniis se flecti patiantur; adeo sibi omnes infestos esse, cum veritatem in lucem proferat, ut nullum iudicem pro se pronunciaturum sciat; tutius itaque se suam causam non hominum iudicio, quod quaestu et favore transversum rapitur, sed supremo iudici decidendam commissurum. Disputatio ergo, quam senatus et plerique alii expectabant, Rothmannistarum metu intercidit[3].

*p. 412. *Quaedam mulierculae[4] non tam audaces quam temerariae eodem 4. die Ianuarii hora tertia pomeridiana consules ipsos, qui de more quibusvis sui copiam in foro fecerant, satis confidenter adeunt per oratricem suam postulantes, ut Fabricius, homo ignotus, alienigena, Westphalicae linguae ignarus, peregrino idiomate sibilans, temerarius, fatuus maloque spiritu agitatus, ab officio suo moveatur, Rothmannus vero, vir prudens,

[1]) H. Dorp fügt hinzu: „und stedten."

[2]) Aehnlich H. Dorp: „... das sie wol wisten, wie sie auch sagten, das inen niemand zufallen wurde." Er fügt dann hinzu: „wie das eim erbarn Radt und der gantzen Stad bewust ist, und beweist sich zwar selbs aus beider teil schrifften, die das mal uberantwort wurden und noch furhanden sein."

[3]) Von einer nochmaligen nach dem 10. Februar 1534 gegen die Wiedertäufer beabsichtigten Disputation einiger „gelerter heren unde studenten ..., under welckeren gewest her Herman Kothe, vortides cappellain gewest to Sunte Lamberde, ein frommer, gelerter christe," berichtet D. Lilie S. 220 f. Doch ist sonst darüber Nichts überliefert. Zu Herm. Kothe vgl. die Anmerkung F. Runge's in seiner Ausgabe des D. Lilie a. a. O.

[4]) Das Folgende ist nur durch Kerss. bekannt.

Digitized by Google

patrio sermone disertus, pius ac omnium disciplinarum genere instructus, substituatur; se eam gratiam precibus ad Deum fusis pensaturas. Ad haec consules: Ne his negotiis se praeter femineum decus misceant, ad muliebrem sexum haec non pertinere; Fabricium non nisi disputatione victum removendum, neque Rothmannum nisi victorem recipiendum esse; verecundiae igitur et feminei pudoris memores penates suos revisant et familiae suae prospiciant; sibi curae fore, ne respublica negligatur. Quo responso mulierculae exacerbatae: „Vos," inquiunt, „non estis consules, qui, quod utile est reipublicae, non consulitis; vos non estis patres patriae, qui patriam negligitis; imo vos deteriores estis homicidis, qui non solum corpora, verum etiam animas cibo suo defraudatis ac verbi Dei fame et inedia crudeliter occiditis." Haec similiaque verba effundentes recedunt.

Die autem quinta Ianuarii eaedem mulierculae adscitis sex 5. Jan.
vestalibus Transfluvianis, quas saturitas et rerum copia effrenas et profugas fecerat quaeque cum habitu omnem pudorem exuerant[1], totum[a] senatorium ordinem in curia coactum adoriuntur eumque de recipiendo Rothmanno in templum Lambertinum multis verbis inquietant. Sed earum postulatio benigne non est exaudita, quare digressum senatorii ordinis benignioris responsi causa opperiuntur. Verum cum consules soluto consilio secederent neque de recipiendo Rothmanno senatus sententiam a mulierculis rogati mutarent, illae pudore protinus verso in furorem variis convitiis ipsos per plateas insectantur infandasque contumelias in ipsos totumque senatorium ordinem tantis clamoribus evomunt, ut multi passim ex aedibus suis ad spectaculum *istud inusitatum accurrerent, ferociam impudentiamque * p. 413.
feminarum admirarentur, maxime earum, quae per annos aliquot conclusae psalmos Davidicos cantillare, cum Deo colloqui et mansuetiorem vitam agere didicerant. Et cum quidam mitioribus verbis eas ab intemperantia linguae coercere niterentur, illae, quibus frons iam perierat, acrius femineo more incalescentes

a) *Ms.:* totumque.

[1]) Den Austritt von Nonnen aus dem Ueberwasserkloster zeigt die Aebtissin dem Bischof in einem weiter unten auch von Kerss. mitgeteilten Schreiben vom 10. Januar an.

Digitized by Google

„Vos," inquiunt, „prius fuistis evangelici nostrique negotii strenui promotores, nunc mutata sententia transformati iterum in papistas Hassiacum Deum administrante Fabricio devorastis, verbum Dei oppressistis neque passi estis illud vulgari. Brevi vos istius impietatis poenitebit, brevi poenas vestris factis dignas estis daturi. Recedite in malam crucem nunquam vivi redituri! Ha, ha, ha, ha, vos papistae! Ha, ha, ha, ha, vos deivori!" Nullus est fere modus convitiandi; quicquid suggerit furor, expuunt. Patientius tamen hanc verborum iniuriam consules pertulissent, nisi insuper excrementa vaccarum, porcorum et equorum passim in plateis reperta in ipsos coniecissent. Sic impune consules totumque senatum ludificabantur.

Warendorpenses interea obedientiae, quam superioribus suis scriptis[1] promiserant principi, immemores accito concionatore seditioso omnia magis magisque exemplo suae metropolis innovant. Atque hic concionator maiorem partem non solum civium, verum etiam paganorum circumfusorum ad se allicit et ita sua doctrina afficit, ut contemptis suis parochis infantes huc baptizandos deferrent neque matrimonia legitima esse censerent, quae concionator Warendorpicus non iungeret[2]. Princeps itaque inusitato hoc agricolarum concursu offensus in haec verba 7.
(17.) Jan. Ianuarii scribit[3]: Se aliquoties Warendorpenses familiariter admonuisse, ut ab omni religionis novatione sibi temperarent et catholicae ecclesiae ritus exosculerentur moribusque maiorum suorum tutius insisterent. Sed nunc se experiri ipsos praeter spem ab obedientia in rebellionem prolabi. Ne igitur ipsis ali-
*p. 414. quid *deterius contingat, concionatorem aut abigant aut inobedientiae nomine secum paciscantur iubet[4].

---

[1]) Vergl. oben S. 457 den Brief Warendorfs an den Bischof vom 2. Dez. 1533. — [2]) Dafs das von Bauern aus dem Amte Sassenberg geschah, klagt der Hofmeister Friedrich v. Twist dem Bischof in einem Schreiben vom 9. Jan. (Orig. im St.-A. M., gedr. bei L. Keller: G. d. W. S. 304).

[3]) Vielmehr am 17. Januar aus Iburg. Konzept im St.-A. M.

[4]) Im Schreiben: „... uns aen vertoch vor alsulcke juwe selffwillige, verbodden und freventlige handelonge und ungehorsam bote und affdracht to doin ... up dat wy in ander wege tegen juw to trachten nicht georsaket werden." Der Richter Joh. Wale ist dann mit einigen Warendorfer Bürgern in Sassenberg gewesen, um durch Vermittlung Johann's v. Büren

Digitized by Google

Coesfeldienses etiam adversus fidem suam principi addictam[1] concionatores novos iterum admittunt. Quare princeps 13. Ianuarii ad ipsos in haec verba scribit[2]: Se ante menses aliquot 13. Jan. serio postulasse, ut concionatores novos non solum non admittant, verum etiam eos urbe pellant. Se tamen nunc tandem re ipsa comperiri ipsos admonitionem suam contemnere et superiori novationi magis magisque non sine magno et magistratus et plebis malo indies insistere. Se itaque iterum iubere, ut superioribus scriptis pareant, ignotos et seditiosos concionatores urbe eiiciant. Si vero illud ab ipsis impetrari non possit, eam se inobedientiam pro merito vindicaturum. Inde, cum minus parerent, circa 20. diem Ianuarii mandat princeps suis praefectis, ut 20. Jan. cives eius urbis, qui capita seditiosae doctrinae fuerant, diligenter observent et, si muros egressi fuerint, capiant captosque tanquam seditiosos in carcerem abducant[3].

---

und des Hofmeisters Friedrich v. Twist die Gnade des Bischofs anzurufen. Beide berichten darauf am 21. Jan. den Warendorfer Abgesandten (Kopie im St.-A. M.), dafs sie „by s. f. g. dar up nycht vel gnediges bescheides erlangen konen. Doch nychtzdeweyniger so vern de van Warendorp geneigt und gemeynt, sick erer ungehorsamer, uprorischer myshandelong halven in gnade und ungnade s. f. g. to ergeven, doch myt dem bescheyde, dat de unschuldigen der wegen aen faer unde schaden, avers de rechtschuldigen to geborliger straffe staen zollen, alsdan mag s. f. g. myt ennen handels erlyden; wo avers des nycht, wyll s. f. g. de sake der tyt bevallen syn laten."

[1]) Vgl. oben S. 434f. — [2]) Aus Bevergern. Konzept im St.-A. M.

[3]) Ein dahin gehender Befehl des Bischofs scheint nicht erhalten zu sein, doch bezieht sich darauf ein Schreiben des Joest v. Voerden und Berthold v. Bueren zu Ahaus an den Bischof vom 24. Januar (Orig. im St.-A. M.), in dem es weiter heifst: „... Wanner e. f. g. de van Coesfelde to straven gedechte und e. f. g. de stadt mydt listicheide gelich de van Dulmen in to nemen weren geneiget, wolde wy darynne alle kunschup mydt mugeliger flyth und arbeidt nith sparen und uns dar anne beflytigen. Wante, g. f. u. h., es ist tho besorgen, zo der angezeigeden eyner angetastet und hantfest gemacket, werden sich de ander bynnen der stadt entholden." Der Bischof antwortet darauf am 25. Jan. aus Iburg (Konzept im St.-A. M.): „... dat wy deshalven also eyn guit gefallen hebben; begeren ock, dat gy juw upt heymligeste dar umme beflitigen willen, unde zo gy unser edder unser negstgesettener amptlude heimlich bihulp dar to bederveden, gy uns dat weten laten." — Ueber die Verhältnisse in Coesfeld, wo sich der Rat doch gegen die Predikanten wehrte, sind wir etwas

Digitized by Google

Senatus inde Monasteriensis de componendis civium moti-
8. Jan. bus et suis partibus confirmandis sollicitus 8. Ianuarii coit. Et cum de pellendis concionatoribus iterum ageretur, Henricus Redekerus, pellio et tribunus plebis, quem in Telgetica captivitate peram cellarii[1] quingentis florenis munitam expugnasse captivamque secum abduxisse fama fuit[2], in senatum et maxime in

---

genauer unterrichtet durch das im St.-A. M. befindliche, bisher ungedruckte Bekenntnis des damals gefangen genommenen Coesfelder Bürgers Lubbert Wydouw's, das der Amtmann Dietrich Cloet am 14. Febr. dem Bischofe einschickte. Er gesteht, „wu he selff derde, nemptlich myt Berndt Wichartz und eynen gnant dat vedderken eynen predicanten genompt her Herman Bispinck van Munster gehalt durch ansynnen und beger des werdes in der halven manen Hinrich Kopperslegers, Joist Stothues, Egbert Schonlake und anderer, de ... den dren vorg. tergelt gedaen und umb den vorg. predicanten t'halen na Munster geferdiget, welckern predicanten vorg. Wydouw, zo en de raidt dar nicht gestaden en wolde, wedderumb uth Coisfelde gebracht. Dar na is eyn ander predicante selffs in Coisfelde ungeeischet gekomen, den de vorg. werdt in der halven manen ersten an sick genomen und eyn nacht geherberget, und de ander nacht Tonies Velthues, de derde nacht eyner genant de hanschenmecker und aldo denselvigen predicanten in zeligen Berndt Schulten huis gebracht, dar he noch itzige dage wonhafftich." Nachdem er dann „als raetgevers und capiteyns, den predicanten to underholden," die Coesfelder Bürger Lambert Balsers und dessen Bruder, Peter Swerinck, Berndt Velthues, Thonies Velthues, Johann Bockholt und Laurentius Snyder namhaft gemacht hat, bekennt er schliefslich, „dat he van dem sacramente nicht en holde mer, dan van eynen anderen stuck broitz, wanner dat wordt und de gelove daer nicht by en synt; glofft oick nicht, dat dat sacrament in sylver eder golde beslotten will syn. Oick gelofft he nicht, dat de hilligen macht hebn eder konen vor eynen menschen bidden; und gelofft oick nicht, dat dat hillige olie dem menschen to der salicheith batlich sy; he en werde dan better underrichtet." — Gleichzeitig mit der Uebersendung dieses Geständnisses konnte D. Cloet dem Bischof melden: „wu de predicant, de dar lange geprediket hefft, oick uth Coesfelt verloepen sy."

[1]) Melchior v. Bueren. — [2]) Kerss. erwähnt das sehr bald weiter unten noch einmal. Bestätigt wird das Gerücht durch die von mir in der Zeitschr. 51 (1893) S. 97 ff. veröffentlichten tagebuchartigen Notizen. Nur heifst es dort von Redeker, „das er myt des marschalcks (Gerh. Morrien) taschen befameth" gewesen sei. Die Unbeliebtheit Melchior's v. Bueren und Adolf's v. Bodelschwingk bei der Einwohnerschaft Münsters hat Kerss. wiederholt berichtet. S. Bd. 1 S. 343 u. 345.

Digitized by Google

Wyckium, syndicum civitatis, debacchatus est, quod is esset multarum seditionum rerumque novarum auctor. Ad quem doctor: „Abi," inquit, „bone vir, domum et custodi peram!" Hinc inter ipsos vehemens logomachia exoritur et quasi anniculi haedi sibi mutuo insultant. Sed consules istam contentionem intercipiunt. Inde sedatius de civili utilitate consultant atque quosdam concionatores praeter Rothmannum plebis favore tutum repugnantibus etiam quibusvis urbe exigendos esse decernunt, et si illud successerit, Rothmannum quoque ipsum, omnium seditiosorum coriphaeum, facilius posse pelli existimant.

*Rothmannistae vero [1], utpote Cloprisius, Rollius, Stralenius atque Moersanus [2], nihil sibi tale metuentes hoc sedulo agunt monendo, hortando, rogando, persuadendo, obiurgando, ut suae factionis satellites et matronas divites dementent et eo inducant, ut vel omnia vendant et precium in commune conferant vel ad concionatorum sedes deferant. Neminem enim foederis et aeternae salutis participem esse posse affirmant, qui non toti mundo renunciantes putris corporis ornamenta abiiciant vel in pauperum confratrum et sustentationem concionatorum erogent. „Vae, vae," inquiunt, „Monasterio superbienti! Vae, vae vobis, qui aurum, argentum, gemmas et candida raraque capitis pepla ornatus gratia geritis! Maledicti estis, qui pluris corporis, quam animae ornamentum facitis! Exuite itaque veterem hominem cum omnibus concupiscentiis suis et induite novam armaturam!" His concionibus melle et aceto contemperatis effectum est, ut non solum inferioris sortis homines, verum etiam honoratiores commoverentur. Nam Christiani Wordemanni, viri senatorii uxor, a Rothmanno 11. Ianuarii rebaptizata est, quam redeuntem domum 11. Jan.

*p. 415.

[1]) Inzwischen war am 5. Januar durch die Abgesandten des Jan Matthys, durch Bartelemeus Boekebinder und Willem de Cuiper die Wiedertaufe in Münster eingeführt worden. Die Predikanten hatten sich taufen lassen und übernahmen selbst, nachdem die Holländer bereits am 7. Jan. weiter gezogen waren, das Amt als Täufer. Zur Sache s. die von C. A. Cornelius: M. A. II. S. 232 angeführten Quellen. Dieser entscheidende Wendepunkt in der Geschichte Münsters ist von Kerss. vollständig unberührt gelassen, obgleich er die hauptsächlichsten der einschlägigen Quellen kannte und sie im weiteren Verlauf seiner Darstellung mehrfach verwertet hat. Vgl. dazu die Einleitung. — [2]) Staprade.

Digitized by Google

maritus re per famulam cognita ita in nova fide confirmavit, ut vix repere, nedum incedere posset. Atque eodem die 7 virgines Aegidiani coenobii et aliquot Transfluviani plurimique alii magni nominis cives a Rothmanno retinguntur. Quaedam etiam matronae annulos suos, cingula bullis argenteis et fibulis aureis decorata aliaque ornamenta ad aedes Rothmanni deferunt, sed a maritis fustibus minisque coactae ea reposcunt. Quaedam sese subducentes aedes aliorum concionatorum subeunt, vina bibunt clanculumque docentur persuadentes interim maritis se negotiis ad rem domesticam augendam pertinentibus foris occupatas fuisse. Quod cum a quibusdam proderetur, mariti non solum ipsas domum reversas pugnis et fustibus excipiunt, verum etiam concionatoribus, nisi a consuetudine suarum uxorum sibi temperent, dira minantur.

*p. 416. *Ida vero de Mervelt, Transfluviani coenobii archivestalis, suas virgines praeter generis sui verecundiam atque professionis suae institutum a levibus hominibus seduci principi his verbis

10. Jan. 10. Ianuarii queritur[1]: Se quidem cum maiore virginum parte[2] Dei praesidio iuxta regulae suae institutum vixisse neque ullam aut religionis aut ceremoniarum novationem, ut superiori principis scripto satisfieret, hactenus admisisse; verum nunc quasdam praeter omnem suam expectationem sui instituti et professionis oblitas habitum commutasse, coenobio excessisse, seditiosorum in urbe conciones audivisse, apud profanos cives sese continere neque ad obedientiam revocari se pati, nisi sibi egredi concionesque audire et pro suo arbitratu redire permittatur. Cum autem haec votis monasticis et suae professioni episcopalique obedientiae plane adversentur, se *praeter*mittere[a] non posse, quin ista principi magno quidem dolore animi significet. Se enim non libenter de virginibus suis queri, si salvo honore et professione sua praetermittere liceret suisque viribus omnia in pristinum statum commode restituere posset. Verum cum istis

[a]) *Ms.:* permittere.

[1]) Orig. im St.-A. M. Abgedr. bei J. Niesert: U.-B. I[1]. S. 234 f.

[2]) Im Schreiben: „... hebbe wy uns unser personen halven, oick noch etzliche junfferen myt uns ..."

Digitized by Google

malis neque possit neque audeat sine principis auctoritate mederi, se proinde suppliciter petere, ut sua ope et consilio sibi succurrat et scriptis suis significet, quid cum istis, quae excesserunt et in posterum exire in animo habent, agendum esse consulat, ne quid forte a se agatur, quo princeps offendatur.

Ad haec princeps 16. Ianuarii rescribit[1], ne eas virgines, (18.) Jan.
quae contumaciter regulae suae iugum excusserunt, in coetum aliarum recipiat[2], ne earum exemplo et impunitate[3] aliae quoque similem rebellionem et professionis suae praevaricationem moliantur aut maioris seditionis inter obedientes sint auctores. Ad haec archivestalis 28. Ianuarii[4]: Se neque precibus neque (24.) Jan.
obtestationibus neque lachrimis neque minis a coenobii egressu virgines potuisse coercere et remorari. Et cum maior earum pars habitum iam mutaverit, si prin*cipis consilium sequatur *p. 417.
ac rebelles penitus excludat neque eas recipiat, aut recentis motus causam aut, si pudicitiae forte naufragium facerent, non solum consanguineorum, sed quorumlibet[5] acerrima adversus se obloquia concitaret. Quae omnia altius principi expendenda relinquat.

Ad quae princeps 26. Ianuarii respondet[6], ut rebellium 26. Jan.
virginum parentibus et agnatis ad se accitis rem omnem explicet, quod si illi eas ab errore vago ad saniorem mentem et professionis suae vota revocare non possint, eas illorum tutelae et potestati restituat, ut illas secum ad penates suos abducant, ne pristinum coenobii decus violetur.

Senatus inde Monasteriensis superiori suo decreto satis-

---

[1]) Vielmehr am 18. Januar aus Iburg. Konzept im St.-A. M.

[2]) „bes so lange gy des unse wyder bevell vernommen."

[3]) Dieser Satz ist eigene Zuthat Kerss.'s. Im Schreiben des Bischofs heifst es weiter: „... und juw mit anderen juweren gehorsamen junfferen luth unsen vorigen schrifften yn guder eynicheit und fredde bynnen cloisters entholden."

[4]) Vielmehr am 24. Januar. Orig. im St.-A. M. Abgedruckt bei J. Niesert: U.-B. I[1]. S. 250 ff. Im Eingange des Schreibens rechtfertigt sich die Aebtissin darüber, dafs sie die ersten Spuren der im Kloster eingerissenen Unordnung dem Bischofe nicht gleich angezeigt habe.

[5]) „by eren frunden und magen inlendisch und uthlendisch."

[6]) Aus Iburg. Konzept im St.-A. M.

Digitized by Google

facturus Kloprisium, Stralenium ac Vinnium[1] per ministros suos
15. Jan. 15. Ianuarii urbe educi iubet. Magna vero retinctorum multitudo tanti faciens senatum, quanti senatus principem, eosdem per aliam portam quasi cum triumpho in senatus perpetuam ignominiam in urbem reducit[2]. Quae res per saevissimos motus reipublicae interitum praesagiebat. Nihil enim illi periculosius est, quam legitimo imperio non parere, quod fenestram privatae auctoritati, quae omnis mali in republica mater est, patefacit.

Haec ubi princeps facta esse accepit, labentis reipublicae vicem doluit, quam cum neque salutaribus suis monitis neque familiaribus scriptis neque arestis iurisque actionibus ab impiis coeptis retrahere posset, ne quid, quod ad suorum salutem et incolumitatem pertineat, omisisse videatur, edicto publico per
23. Jan. totam dioecesin 23. Ianuarii promulgato oppidanos ab impia sua factione deterrere et ad sanam mentem revocare voluit. Edicti sententia haec est[3]:

„Nos Franciscus, Dei gratia episcopus Monasteriensis et Osnaburgensis, ecclesiae Mindensis administrator etc., notum facimus, quod indubitanter comperimur damnatam, vetitam sedi-
*p. 418. tiosamque *factionem atque anabaptisticam doctrinam per quos-

---

[1]) Sie hatten am 5. Januar zugleich mit Rothmann, Roll, Staprade und mehreren Anderen durch die Abgesandten des Jan Matthys die Wiedertaufe empfangen (vergl. Knipperdolling's Bekenntnis vom 20. Jan. 1536 [M. G.-Q. II, 403]), und ihnen war, wie Vinne im October 1534 gesteht (M. G.-Q. II, 272), neben Rothmann und Roll das Amt als Täufer zugefallen.

[2]) Eine nochmalige Ausweisung der Predikanten am 15. Januar erwähnt von den Schriftstellern nur Kerss. Bestätigt wird sein Bericht durch den einleitenden Passus des oben teilweise wiedergegebenen Briefes der Aebtissin von Ueberwasser an den Bischof vom 24. Jan., in dem es heifst, der Ungehorsam der Jungfern sei dem Bischof deshalb nicht sofort angezeigt, „dan wy hoppeden steides von dagen tho dagen, dewyle den predicanten de stadt Munster verbodden werth, de handel szolde sych hebben vermyndert, gestellet und in sych solvest gedeleth." — Der Wortlaut bei Kerss. klingt hier an den bei H. Dorp an, der da, wo er von der Ausweisung der Predikanten im Sommer 1533 erzählt, sagt (Bl. C 2v): „Denn als man sie zu einem thor hinaus triebe, furt sie ... der Teuffel zum andern thor wider erein."

[3]) Dieses Edikt hat sich bis jetzt noch nicht wieder auffinden lassen. Es ist nur durch Kerss. bekannt.

Digitized by Google

dam impostores et legitime non vocatos concionatores, Bernardum Rothmannum, Henricum Rollium, Ioannem Kloprisium, Hermannum Strapadium, Dionisium Vinnium, Godefridum Stralenium et eorum satellites sparsam et in civitate nostra Monasteriensi cum aliis multis periculosis et mali exempli novationibus coepisse radicesque egisse. Quod summo animi dolore accepimus; unde, si hoc malum impune grassari permiserimus, non solum nobis caesareae maiestatis et totius imperii indignationem, verum etiam dioecesi nostrae et subditis perpetuam discordiam et irrecuperabilem iacturam, sed perniciem potius cumulabimus. Itaque, ut subditi nostri ab ista doctrina seditionem spirante deterreantur et in christianae concordiae amabili vinculo contineantur, ad consules, senatum, tribunos et mechanicorum praefectos civitatis nostrae Monasteriensis saepius et serio quidem scripsimus familiariter orantes, ut seditiosam hanc doctrinam et perniciosum errorem urbe profligent neque ullo modo intra moenia patiantur attestantibus multis scriptis. Nihilominus tamen hoc damnatum schisma latius quotidie per urbem serpere et dilatari comperimur. Ut autem huic malo salutaribus remediis ac poenis, sicut principem decet, occurramus, igitur his scriptis concionatoribus supra dictis ac omnibus singulisque civitatis nostrae civibus ac incolis, qui concionatores istos defendunt, tuentur, receptant, ferunt ac tolerant manifeste vel clanculum, quive, ne tales concionatores propter impietatem et inobedientiam a magistratu apprehendantur meritisque suppliciis afficiantur, intercedunt, securitatem, libertatem, defensionem publicam tutumque commeatum renunciamus ac adimimus. Praecipimus itaque omnibus et singulis nostris satrapis, praefectis, iudicibus, ministris ac subditis, ut iam dictos inobedientes rebelles, factiosos et seditiosos cum omnibus suis bonis, ubicunque fuerint et deprehendi possint, arrestent et intercipiant, personas istas capiant, captas magistratui tradant, *ut iuxta caesareum edictum ac imperii recessus legitimis poenis subiiciantur, ne nos nostrique subditi imperii indignationem cumulemus. Haec serio praecipimus et volumus, ut nostri praefecti et subditi, si poenam et indignationem evitare velint, haec fideliter exequantur. In testimonium nostrae voluntatis signum nostrum subiecto

*p. 419.

Digitized by Google

spatio impressimus. Datum 1534, die Veneris post festum Fabiani et Sebastiani Martyrum.“

Hoc principis edictum quam oppidanos moverit, sequentis temporis res gestae satis edocent. Nam ipso die Conversionis
25. Jan. D. Pauli, 25. Ianuarii, Rothmannus ab octava ad decimam in templo Servatiano concionem habuit, in qua, cum non solum retinctos suaeque factionis homines, verum etiam evangelicos atque catholicos praeter opinionem suam conspiceret, epilogo concionis colophonis vice addidit: margaritas porcis non esse proiiciendas, sed electis suoque catalogo[1] inscriptis. Neque post illud tempus publice, sed privatim in aedibus quorundam civium concionatus est[2]. Crescente autem anabaptistarum numero[3] ita, ut una domus eos non caperet, in singulis parochiis coeperunt esse domus, in quibus Rothmannistae vel concionem audirent vel certis temporibus retingerentur, quae nullis patebant nisi vel retinctis vel iis, qui certo indicio pyloro fidem fecerant se retingi velle. Habebant enim certa signa tam vocalia quam muta, quibus se mutuo in magna etiam hominum colluvie agnoscebant; quae si prodita fuerant, alia prioribus substituebantur[4].

---

[1]) Dafs Rothmann alle seine Anhänger schriftlich aufzeichnete, berichtet auch Bischof Franz in seinem Schreiben an Philipp von Hessen vom 21. Jan. 1534 aus Liesborn (Orig. im St.-A. Marburg; gedr. M. G.-Q. II, 217 f., wo jedoch irrtümlich der 20. Jan. als Datum gegeben ist).

[2]) So berichtet auch H. Gresbeck (M. G.-Q. II, 12): „Dieser pape (Rothmann) hadde die dope mit den ersten in der stadt heimlicken gehalden und plag ock heimlick in sein huis tho predeken und hadde so voele volckes heimlicken gedoept von mans, frawen und megden.“ Klopriſs sagt aus (J. Niesert: U.-S. I. S. 123): „Item sie deufften in Bernhardus huse.“

[3]) Schon am 13. Jan. hat sich nach einer Randbemerkung in einem Verhöre Johann's v. Leiden die Zahl der Wiedergetauften auf 1400 belaufen. Siehe M. G.-Q. II, 417.

[4]) Ueber die Begrüfsungsformen der Wiedertäufer unter einander gesteht Regeward (J. Niesert: U.-S. I. S. 26): „Dan wan eyner dem anderen beyegende, sprack de eyne: „Gods frede sy myt jw;“ de ander: „Amen!“ Hebn syck oick namals vor den munt plegen t'kussen.“ Aehnlich lautet der Bericht H. Gresbeck's, der aber diese Art der Begrüfsung auf die Begegnung der Männer unter einander beschränkt. Als Erkennungszeichen der wiedergetauften Frauen führt er deren besondere Kopftracht an (M. G.-Q. II, 12 f.). — Ueber andere wiedertäuferische Zeichen bekennt Klopriſs (J. Niesert a. a. O. S. 111), es „wurde in der stat Munster ein

Digitized by Google

Hinc circa horam septimam vespertinam diei 28. Ianuarii 28. Jan.
retincti nescio quo spiritu agitati sursum deorsumque per urbem catenis platearum omnibus conclusis armati cursitant nocturnasque vigilias disponunt. Nostri[1] vero extrema sibi metuentes, quid in animo habeant ignari aedes suas egredi non audent, quas tamen intus ita muniunt, ne facilis sit irruptio. Suspicamur enim non levibus argumentis ducti in nostrum exitium arma ista parari[2]; quae tamen Deus omnipo*tens a cervicibus *p. 420

zeichen gegeven, darauf etliche buechstaben stunden, nemlich: d. w. w. f.: das wort wart fleisch ...“ Im Verlaufe des Verhörs erklärt er weiter (a. a. O. S. 124): „Und das ist ein lepgen doechs gewesen, daruff ein stucke silvers genehet gewesen mit diesen buchstaben: d. w. w. f. ..., und sulch zeichen forten sie an iren helsen zu erkentnifs irer sect und glosen.“ Vgl. dazu H. Gresbeck (M. G.-Q. II, 27 f.), der auch von dem Wechseln der Zeichen spricht. — Ueber die Zeremonien bei der Wiedertaufe s. die Aussagen Kloprifs' a. a. O. S. 113 f. und Vinne's M. G.-Q. II, 273 Nr. 11.

[1]) Hier also giebt sich Kerss. als Augenzeugen zu erkennen. Von hier an bis zum 27. Februar ist seine Darstellung der Erinnerung an eigene Erlebnisse entnommen. Aber Kerss. schrieb erst über 30 Jahre nach den erzählten Ereignissen (vgl. die Einleitung); und so wertvoll auch seine oft ins Einzelne gehenden und auf eigener Anschauung beruhenden Berichte sind, so halten sie sich doch nicht frei von manchen Ungenauigkeiten und Unrichtigkeiten. — Als eine wichtige, gleichzeitige Quelle kommen für diese Zeit die tagebuchartigen Notizen in Betracht, die ich in der Ztschr. 51 (1893) S. 97 ff. veröffentlicht habe.

[2]) Den eigentlichen Grund der Zusammenrottung des Volkes erfahren wir aus dem „Tagebuch“ a. a. O. S. 98. Man hatte gehört, dafs der Bischof die gesammte Ritterschaft zu sich nach Wolbeck entboten hatte, und man war berichtet worden, „dat de borgermestere und etliche van sick myt den heren van capittell und den erffmannen verbunden und des eyns geworden weren, dat se vor der Horster porten wolden laten stroe foren und dat ansticken; de wyle de borgere dar na leipen, wolden se unsen g. h. eyne porten oppen und de borgere so verraden.“ — In der That hatte der Bischof von Iburg aus am 26. Dezember 1533 der Ritterschaft seiner Stifter Münster und Osnabrück befohlen, sich zum Kriegsdienste bereit zu halten, und auch den Amtleuten entsprechende Weisung erteilt (s. L. Keller: G. d. W. S. 241). Für den 8. Jan. 1534 hatte er eine landständische Beratung nach Rheine anberaumt (Verschreibung der Städte dazu aus Bevergern vom 26. Dez. 1533 im St.-A. M., Landtags-Akten 1532—1537). Aber wir wissen Nichts über die Verhandlungen daselbst, und weiteren ernsten Vorbereitungen des Bischofs gegen Münster begegnen wir erst im Februar (s. weiter unten).

Digitized by Google

29. Jan. nostris clementer avertit. Hi sic armati in diem sequentem clausis interim portis civitatis consistunt. Dum autem haec aguntur, duo viri peregrino et inusitato habitu amicti adsunt, qui circa diem 13. Ianuarii Monasterium venerant et apud Knipperdollingum diversabantur ac Enoch et Helias vulgo esse existimabantur[1], quorum alter, Ioannes Bockelson Leydanus, postea sceptra urbis invasit, alter vero, Ioannes Matthisson, in initio obsidionis circa festum Paschae ante portam Ludgerianam ab hostibus occisus fuit, cuius relictam uxorem Leydanus duxit[2]. Hi singularem sanctitatem simulantes in aedibus Knipperdollingi cum Rothmanno, Rollio, Kloprisio, Strapadio, Vinnio ac Stralenio de rebus praesentibus consultant suggerentes interim armatis, quid fieri velint. Et cum inter se dissentirent aliis urbem fece impiorum purgandam esse volentibus, aliis vero diem dominicae ultionis nondum adesse asserentibus, proinde impiorum caedem prorogandam esse et in diem Domini differendam. Verum cum sibi certo persuaderent duos istos prophetas esse et coelitus emissos quibusque inconsultis nihil sibi agendum sit, decretum illorum expectant. Hi vero post multa suspiria et meditationes nondum tempus esse purgandi aream respondent; plures prius Domino lucrifaciendos et iam lucrificatos coelesti doctrina, non quidem in impiorum templis idololatria foetentibus, sed privatis

---

[1]) Vgl. dazu das Bekenntnis Jakob's von Osnabrück bei J. Niesert: U.-S. I. S. 156.

[2]) Den 13. Jan. als Tag der Ankunft Johann's v. Leiden in Münster entnimmt Kerss. richtig den Bekenntnissen Johann's (J. Niesert: U.-S. I. S. 176 und M. G.-Q. II, 371). Doch war sein Begleiter nicht Jan Matthys, sondern Gert tom Cloister, was Kerss. derselben Quelle hätte entnehmen können. — Jan Matthys traf erst nach dem grofsen Aufruhre vom 9. Febr. in der Stadt ein (vgl. Knipperdolling's letztes Geständnis M. G.-Q. II, 410). — Zu Johann v. Leiden s. oben S. 412f. Anm. — Für das Folgende ist aus den sonstigen Quellen kein Beleg beizubringen, auch wenn wir Gert tom Cloister an die Stelle des Jan Matthys setzen. Ob und in wie weit Rothmann und die übrigen Predikanten den Abgesandten des Matthys Widerstand entgegenstellten, wissen wir nicht. Nur Kerss. hat oben berichtet, dafs Rothmann noch am 25. Jan. zu St. Servatii predigte, obgleich die Kirchen in den Artikeln, die Johann v. Leiden überbrachte, verboten waren. Vergl. oben S. 449 Artikel 3 und Johann's Bekenntnisse bei J. Niesert a. a. O. S. 176 und M. G.-Q. II, 371.

Digitized by Google

christianorum aedibus confirmandos esse; nondum itaque impiorum sanguine manus suas contaminent, ne et ipsi Patrem coelestem sibi offensum reddant; diem Domini propemodum adfuturum expectent, qui purgaturus sit aream suam ab omni impietate. His vocibus tanquam a numinibus quibusdam profectis acquiescunt. Quare circa horam quartam 29. Ianuarii armati digrediuntur penatesque suos repetunt, atque ita motus ille quievit. 29. Jan.

Ex his senatus propositum suum de pellendis concionatoribus anabaptisticis saevorum motuum causam esse animadvertit, *cum illi praesidio suorum freti pelli non velint. Ut igitur se suosque cives quotidiano caedis metu liberet, cui impliciti tenebantur, die 30. Ianuarii convocatis tribunis et mechanicorum magistris non iam de exigendis urbe Rothmannistis, sed de pace intra moenia quoquo modo retinenda consultant. Post diutinam autem ultro citroque habitam consultationem placuit tandem[1], ut omni sollicita suspicione sublata nemo civium seu incolarum sibi quicquam adversi a suo concive metuat neque alius alium laedat bonisve exuat, sed familiariter et pacifice mutuo vivant, nemo alium convitiis aut amarulentis verbis lacessat, nemo alium in sua fide turbet; fides sit libera et pro cuiuscunque conscientiae instinctu arbitraria, donec Deus religionis et fidei unitatem per Spiritum suum sanctum clementer largiatur. Praeterea violantes hoc edictum publicae pacis gratia datum legitimis poenis afficiendos esse decernitur. Cum hoc edictum per totam urbem a lictoribus iubente senatu publicaretur, Rothmannistae erigunt cristas atque in sinu gaudent se eo rem perduxisse, ut consternato iam senatu impune omnia agant. Hactenus ignorati ac in aedibus passim delitescentes nunc prodeunt capitaque attollunt et certo sibi persuadent coelestis Patris nutu evenire haec omnia. *p. 421. 30. Jan.

Princeps interea concilium Woltbecae 2. Februarii peragendum indicit, in quo convocatis statibus dioecesis de religionis causa aliisque rebus necessariis et ad utilitatem patriae perti- 2. Febr.

---

[1]) Die Uebereinkunft ist wörtlich aufgenommen in dem „Tagebuch“ a. a. O. S. 99.

Digitized by Google

nentibus maturo consilio agant[1]. Huc Monasterienses *miserunt*[a] Casparum Iudefeldum, consulem, Ioannem Wyckium, syndicum seditiosum, Henricum Redekerum, quem in Telgetica expeditione peram Melchioris de Buren quingentis aureis bene munitam expugnasse ferunt[2], et Tilanum quendam bombardarum praefectum[3], iaculandi peritissimum, cyclopem oblongum et proceritate terribilem, cui alterum claudere oculum iaculatorum more non fuit necesse (monoculus enim erat), qui famam egregii consulis et omnium iudicio boni viri Eberwini Drosthenii suggestione
*p. 422. Knipperdollingi lacerare conatus fuerat, sed ad palinodiam *adactus in publico iudicio omnia recantavit; hoc nomine inter bonos male audivit[4]. Hos cum princeps legatos reipublicae Monasteriensis adesse intelligeret, ad colloquium suum eos non admisit, sed a se tanquam indignos repulit. Per consiliarios autem suos consuli, quem bonum virum esse accepit, nunciat se in isto concilio non de rebus levibus, sed publicis seriisque et ad incolumitatem patriae salutemque animarum pertinentibus acturum fuisse, quibus seditiosos et infames istos, quos secum adduxerit, interesse non velit. Nihil itaque in hoc conventu actum est[5]. Princeps enim infamium seditiosorumque praesentia plurimum offensus subito recessit, ne sibi a vicinis Monasteriensibus aliquid mali eveniat.

Rothmannus liberius iam nomini suo satisfacturus a concitando motu sibi non temperat. Nam flammas a vestalibus

[a]) *fehlt im Ms.*

[1]) Akten über diesen Landtag sind nicht aufzufinden. Nach dem „Tagebuch" fand er am 5. Februar statt. — [2]) S. oben S. 470.

[3]) Wohl identisch mit dem von H. Gresbeck S. 166 unter den Münsterschen wiedertäuferischen Bürgern angeführten „Meister Tile Bussenschutte." Sonst ist über ihn nichts bekannt.

[4]) Das „Tagebuch" nennt von den zum Landtag Abgeordneten nur Redeker. Es fügt hinzu, dafs man nur seinetwillen, „de myt des marschalcks taschen befameth," am 31. Januar freies Geleit für die Gesandten erbat, das der Bischof auch bewilligte, dabei aber bemerkend, er könne sich nicht „genoigsam entsynnen, wat orsake de van Munster dar to bewegen mochte, szo doch van oldingh nue gewontlick, upn gemeynen lantdage geleidz to gesynnen."

[5]) Nach dem „Tagebuch" a. a. O. wäre auf diesem Landtage nur über die Türkensteuer verhandelt und darüber eine Einigung erzielt worden.

Digitized by Google

quibusdam Transfluvianis conceptas exuscitandas esse existimat, ne iam insitus evangelii sui fervor languescat. Ideo assumptis quibusdam collegis suis coenobium 6. Februarii ingreditur con- 6. Febr.
cionemque de matrimonii laude habet et virginitatis ergastula, quibus ea contra naturam concluditur, miris orationis arietibus effringit virginesque ad propagationem generis humani, a qua non magnopere abhorrebant, excitare visus est. Inde, ut ex stultis prorsus insanas faceret, persuadet illis turrim cum tota coenobii structura universisque habitatoribus illius hora duodecima noctis sequentis diei ruinam daturam[1]. Hanc rem non solum a quibusdam prophetis in urbe praesentibus[2], verum etiam a Patre sibi divinitus revelatam esse. Quo oraculo non tam consternantur virgines quam laetantur, quarum spiritus libidine flagrans a monastica vita abhorrebat; iam enim commodam occasionem excutiendi iugum sibi oblatam esse arbitrabantur. Quare sub sequentis diei auroram omnia fere bona efferunt; quae 7. Febr.

---

[1]) Von dieser Prophezeiung des Einsturzes des Klosters zu Ueberwasser berichtet speziell noch das „Bichtboeck“ und weiter der Brief des P. Plateanus. Im „Bichtboeck“ (Mscr. VII, 1603 im St.-A. M.) heifst es Bl. 51v:

„De jufferen tho Averwater hebben van ehm versthain,
Dat ehr kloister soll up en secker tiedt vergain;
Dat soll geschein binnen 8 offt 14 dagen.
Dat wehren averst und blieben alle lagen.
Wat ehm des nachtes heft gedrömet,
Dat heft er sich des dages för ein prophetie gerömet.“

Bl. 54:

„Sin propheteren heft he den jufferen tho Averwather darum gedain,
Dat de jufferen solden uth ehren orden und kloister gain.“

P. Plateanus Bl. C 4v schreibt: „Coenobium ... Bernardus Rotman archanabaptista sabbato quodam cum suis prophetis ingressus certiores facit virgines, eadem nocte, quae esset futura inter sabbatum et dominicum diem, locum illum divinitus subvertendum ...; fugerent itaque, si quae essent, quae se salvas vellent.“ — Vgl. auch Kerss.'s Jugendgedicht S. 20, bei D. Gerdes: Scrin. antiq. II1. S. 392 f.

[2]) Auch nach H. Gresbeck S. 13 predigten die Propheten und Predikanten „durch die gantze stat her und haben die iunfferen in den cloisters wies gemacht, die cloisters wolden versincken, dat sie sick solden laten doepen.“ Ebenso läfst Joh. Fabricius Bolandus: Motus Monast. Bl. G 4v Rothmann nicht nur den Einsturz des Ueberwasser-, sondern auch den des Aegidiiklosters verkündigen.

Digitized by Google

cum nusquam tutiori custodia conservari putarent, quam apud Rothmannum, virum Dei, ad aedes itaque illius magnam eorum partem deferunt[1]. Neque ipsae sese coenobio, sed partim Rothmanni, partim aliorum civium aedibus crediderunt. Ida vero
*p. 423. *de Mervelt, archivestalis, Ludgera de Linteloen ac Sophia de Langen aetate et iudicio reliquis excellentiores omnia ista a Rothmanno in suum quaestum conficta esse sentiunt ideoque obtestationibus et lachrimis multis abiturientes retinere conantur, sed frustra. Sic enim per Rothmannum dementantur, sic fascinantur, ut praeter generis sui decus virgineumque pudorem contempto voto mutatoque habitu instar amentium per plateas decurrerent nec moneri paterentur. Proinde hae tres Domino Deo sese committunt et locum habitumque voti sui in quemlibet fati eventum paratae non deserunt[2]. Cum haec fabula in vulgus spargeretur,

---

[1]) Joh. Fabricius Bolandus a. a. O.:

„Pars non usque adeo timido fugit agmine raptis
Nocte bonis portans haec, Rothmanne, tibi,
Seu fuit haec sexus miseri formido, per astus
Seu de composito res ea gesta fuit.
Non ingrata quidem pravae sunt munera sectae
Talia nympharum, quas ut et illa cupit,
Nec dubium, quin his meritas persolvere grates
Formosis studuit pro pietate satis."

[2]) Die Namen der standhaften Jungfern überliefert nur Kerss. — Das „Bichtboeck" a. a. O. Bl. 54 sagt:

„Da he ehne sine falsche prophetic heft gegeven
Da sint se oick nich länger in ehren stait und kloister gebleven.
Se hebben nah ehres gotloisen propheten willen gedain,
Se blieven nich alle in ehren orden stain.
Etliche sindt uth ehren kloister und ueth der stadt gedreven
Und sint nochtans in ehren orden und state gebleven.
Velle waren van fleschlicker begerte dull
Und waren derhalven des uprorischen handels vull.
Se weren van groiter unkuischeit sehr verbaset,
Darum hebben se uth ehren kloister nah unkuischen kerls geraset."

P. Plateanus a. a. O.: „Trepidatum est anxie inter pavidas puellas. Iuniores omnes sarcinulas colligere et fuga evadere tam propinquum interitum properant. Vetulae quaedam et primores virgines vanitate spreta insanorum prophetarum perstiterunt in coenobio ... Permansit monasterium permanetque in hodiernum usque diem. Virgines vero, quae diffugerant, ab ana-

Digitized by Google

dici non potest, quanta hominum multitudo per totam noctem insomnis ruinam illam opperiatur[1]. At ubi tempus ruinae oraculo prophetico designatum iam instaret, nihil praeter nycticoracis supra urbem volantis vocem audivere. Hoc ergo vaticinium falsum fuisse hodierna etiam dies declarat. Ne autem Rothmannus existimationis suae naufragium falsa ista praedictione faceret, exemplo Ionae se tuetur[2], qui mandato divino Ninivitis eversionem praedixerat, quae non evenit; neque tamen ideo ipsum prophetam falsum putandum esse, cum talia prophetarum oracula conditionem semper includant, scilicet nisi egerint poenitentiam. Virginibus quidem exitium inevitabile impendisse; sed cum serio poenituerint, Deum Patrem hoc malum clementer avertisse.

Ubi vero Rollius falso hoc oraculo Rothmanni auctoritatem apud multos levari intelligeret, in morem corybantium enthusiasmo correptus furiose per plateas discursans horrendis vociferationibus ac insanis boatibus impios ac charactere foederis non signatos ad poenitentiam vocat[3]. Diem enim Domini instare clamitat. Quo astu et nova rerum facie superioris Rothmanni oraculi oblivionem inducit plurimosque ab anabaptismo alieniores redditos revocat. Hunc autem furorem toxico retinctis immitti fama fuit; illud enim Rothmannus parentum suorum artibus

---

baptistis hospitio exceptae re vera sunt subversae. Pleraeque enim rebaptizatae sunt." — Zu den ausgetretenen Nonnen gehörte auch die Tochter Johann's v. d. Recke. Ueber den vergeblichen Versuch, sie zur Umkehr zu bewegen, vgl. weiter unten.

[1]) H. Gresbeck a. a. O.: „... die luide sint gan stain und hebben die cloisters und kercken angesehn und weren der in wachten und wolden dat grote mirackel und wunder ansehen ..." P. Plateanus a. a. O. hat die Nachricht: „Senatus et excubias disposuit, ne fraude aliqua igne iniecto furiosi oraculum suum verum facerent."

[2]) Jon. cap. 3. — [3]) Auch nach H. Dorp Bl. D 2 ist Roll der Anfänger des Bufsrufs. Aber bei ihm wird der Ruf in Zusammenhang gebracht mit dem unbeständigen Verhalten der Predikanten, die zuerst eine Disputation mit ihren Gegnern provoziert, sich dann aber wieder zurückgezogen hatten (vgl. oben S. 465 f.). — Schon C. A. Cornelius: M. A. II. S. 340 macht jedoch darauf aufmerksam, dafs die Wiedertäuferbekenntnisse von einem Bufsruf Roll's Nichts wissen. Derselbe wird auch in keiner der sonstigen Quellen erwähnt.

Digitized by Google

edoctus[1] in lignea lagena a se baptizatis miscuisse dicebatur[2].
*p. 424. *Ex eadem Rothmanni lagena cum Georgii Montani sarcinatoris
8. Febr. filia bibisset, simili furore percita 8. Februarii circa horam secundam pomeridianam in aedibus Bernardi Swerthemii sub fornice in magno hominum utriusque sexus coetu mira dicacitate concionatur, de qua superius in capite de ostentis dictum est[3].

Eodem die Knipperdollingus ac Ioannes Bokelson, propheta Leydanus, circa horam tertiam a meridie omnes propemodum vicos urbis percurrentes superioris vitae emendationem luctifico et terribili clamore postulant. Nihil enim praeter poenitentiam! poenitentiam! poenitentiam! denudatis capitibus oculisque in coelum defixis clamitant[4]. Quidam vero nostrum luctifici eiulatus tristisque vocis, quae Hyerosolymitanum praedixerunt excidium, memores huius quoque reipublicae ruinam lachrimantes praesagiunt. Et cum quidam inusitatam corybantium insaniam

---

[1]) Vgl. Bd. 1 S. 160. Schon in seinem Jugendgedichte sagt Kerss. (S. 8, bei D. Gerdes: Scrin. antiq. II[2]. S. 382):

„Pravus uterque parens, sed foedis ille parentem
Carminibus solus superavit gnatus utrumque."

[2]) Dieses Gerücht erwähnt auch Joh. Fabricius Bolandus: Motus Monast. Bl. G 2:

„Fama fuit potus, mistis quos fecerit herbis,
Hunc ipsum populis contribuisse suis
Omnibus et tantum semel infudisse furorem,
Horrida iam peterent praeter ut arma nihil."

Es bot Anlafs, Johann v. Leiden in den Verhören mehrfach danach auszufragen. In seiner Antwort auf die ihm auf Veranlassung des Erzbischofs von Köln vorgelegten Fragen sagt er aus (J. Niesert: U.-S. I. S. 185): „Item wette nicht van Bernharts teverie oder vergifft, hebben ock in keine vlaschen gerocken oder dar uth gedruncken." Aehnlich äufsert er sich am 25. Juli 1535 (s. M. G.-Q. II, 375), und am 20. Jan. 1536 (s. ebd. S. 401) gesteht er: „Von Bernardus Rotmans verbotten kunsten und tzauberei have er nihe gehort, dan das sulchs sein fiant sechte."

[3]) Vgl. Bd. 1 S. 124, wo sich Kerss. deutlich als Augenzeuge zu erkennen giebt. — [4]) In Johann's v. Leiden Bekenntnis vom 25. Juli 1535 (M. G.-Q. II, 371) heifst es, es sei „Knipperdollingh in doller gestalt (dat dan ongeverlich XIIII dage geduirt) roependе geworden „betert u, betert u!" und so vort tot Johannen van Leiden geloepen, die oich so roependе geworden, und dat allet uit bedrongh oers harten und beswerongh oers gemoetz." Knipperdolling's Bufsruf ist auch im Geständnis Jakob's von Osnabrück erwähnt (s. J. Niesert: U.-S. I. S. 155).

Digitized by Google

passim per plateas deriderent, „Vae, vae, vae vobis," inquiunt, „vae, vae vobis, qui nos divino spiritu agitatos deridetis, qui salutaris poenitentiae vocem non admittitis, qui foedus nostrum contemnitis; agite poenitentiam, resipiscite, ne ultionem Patris coelestis in vos provocetis!" Inde cum ad forum reverterentur, ibi in totius populi conspectu ex omnibus fere angulis urbis rei novitate coacti in mutuos amplexus mutuaque oscula proruunt. Cum autem furor desaeviret et pristina mentis integritas paulatim illis rediret, Georgius Montanus, sarcinator, cuius filia paulo ante concionata fuerat, novo furore afflatus abiecto capitis tegmine palmisque in coelum sublevatis continuo accurrit. „Suspicite, viri fratres, suspicite capitaque vestra nunc attollite," clamat, „Deum gloriosum in nubibus coeli coruscantem vexillumque victoriae dextra ferientem video! Vae vobis impiis, qui in malo pertinaces estis! Resipiscite, resipiscite! Patrem coelestem cum multis angelorum millibus dira vobis minitantem in sublimi conspicio. Vae, vae vobis impiis! Agite poenitentiam, agite poenitentiam! Dies ille Domini magnus et terribilis adest. Resipiscite, *resipiscite! Aeternae damnationis poena et cruciatus nullo *p. 425. tempore finiendus vos manet, qui Christum ex Maria humanam carnem assumpsisse creditis[1]. Resipiscite, resipiscite! Deus iamiam purgaturus est aream suam et paleas inextinguibili igne exuret. Agite poenitentiam, et si divinam ultionem vitare velitis, characterem foederis nostri sumite!" Quibus gestibus haec aliaque multa proclamaverit, dici vix potest; nunc enim saxis insultat seseque saltu quasi volaturus effert et palmis elatis plaudit, nunc caput frequenti rotatu concutit, nunc oculos ad coelum attollit, nunc deprimit, nunc luget, nunc humi in forma crucis procumbit et in caeno sese volutat; ut paucis dicam, singulis vocibus habitu corporis sui inservit. Cum autem nos, quotquot aderamus iuvenum more, insuetis vociferationibus obstupefacti coelum diligentius intueremur, nihil eorum, quae retincti viderant, nec aliam quam usitatam coeli faciem animadvertimus. Itaque ad voluptatem corybantes isti a circumfusa iuventute in

[1]) Dieser Glaube war bei den Wiedertäufern verworfen. Vergl. die „Münsterschen Artikel" (bei Kerss. oben S. 450 Nr. 12, im Geständnis Jakob's von Osnabrück, bei J. Cochlaeus und im „Eide" a. a. O. Nr. 10).

Digitized by Google

foro delusi simul sese cum Knipperdollingo ad aedes suas subducunt. Ibi Knipperdollingus novo, sed mitiori quam prius furoris genere exagitatus in angulo aedium suarum foribus patentibus ad parietem conversus cum Patre coelesti nobis videntibus et audientibus se loqui simulat et plurima ad popularem intelligentiam non accommodata nec iusta serie cohaerentia, sed more furiosorum abrupta nunc manifeste loquitur, nunc clanculum mussitat. Tandem defatigatus in intimas domus suae latebras spumivomo ore se recipiens isti spectaculo finem imponit.

Quidam etiam homo obesus staturaque oblongus, in Scotia natus, huc forte fortuna delatus, qui, cum pauper esset, vicatim sibi victum quaerebat, hic subornatus et pecunia a flagitiosis conductus est, ut nocturno tempore per plateas poenitentiam clamitaret. Cum esset caecus, ne caeno platearum sese pollueret, altos pedibus perones aptat; hinc quasi anabaptistico oestro
*p. 426. afflatus cursitat, poenitentiam clamitat *coelumque admirandam et terribilem faciem ostentare vociferatur atque ita multos ad nocturnum spectaculum provocat eademque frequenter iterat. Tandem cum ad plateam regiam devenisset coelumque iamiam casurum edita voce ingeminaret, ipse ibi in magnum mollis luti cumulum prolapsus subito obticuit neque post illud tempus ad similem fabulam peragendam ullis pollicitis quantumvis eximiis induci potuit.

Iodocus quoque Calenburgus eodem spiritu agitatus concitato equo insidens sursum deorsumque per vicos fertur et coelum ruiturum nunciat ac admiranda se videre multasque myriades angelorum se prospicere clamitat. Hinc mulier quaedam non absimili furore concitata per omnes urbis vicos cursitans tantis clamoribus ad resipiscentiam omnes invitat, ut prorsus raucesceret nec vocem ullam amplius edere posset. Ne tamen spiritus suggestioni desit, nolam ovium a tergo cyngulo annectit, quae tremulo cursu agitata sine intermissione sonat atque ita hominum ora passim in se convertit et, quod voce negatur, nutibus et signis perficit. Praeterea mulier quaedam de Tymmermannssche[1] poenitentiam et resipiscentiam per vicos clamitat; regem

[1]) Aus dem Geständnis Jakob's von Osnabrück (J. Niesert: U.-S. I. S. 155), wo es dann weiter heiſst: „Deſsglichen sy von vielen andern, so den geist gehadt, also wie vorg. uſsgeruffen umb penitenz zu thun."

Digitized by Google

enim Syonis iamiam coelitus descensurum Hyerosolymamque instauraturum.

Hoc novo insaniendi astu plurimi cives territi primum in dubitationem suae religionis sunt adducti ambiguaeque fidei esse coeperunt, quos Rothmannus sua blandiloquentia aggreditur et iam nutantes facile prostravit inque suam sententiam pertraxit atque ita suorum numerum auxit, ut iam non clanculum, sed palam excussis et effractis omnium magistratuum frenis repagulisque ad imperium urbis contenderent. Nono enim Februarii 9. Febr. circa horam octavam ante meridiem[1] ultra quingenti infestis armis instructi forum curiamque vicinam, in qua omnis generis armorum copia fuerat, occupant, ut vel nobis occisis vel pulsis soli urbe potirentur. Ubi vero haec sanguinaria retinctorum consilia nobis proderentur, quidam senatorii ordinis *continuo *p. 427.

[1]) Dasselbe Datum und dieselbe Tageszeit für die Zusammenrottung des Volkes vor dem Rathause bietet das „Tagebuch" a. a. O. S. 101 und giebt als Grund des Aufruhrs an, „dat dar den morgen eyn man van Dorpmunde were yn de stadt gekommen, de den borgeren tydonge gebracht, wu dat dar ym felde 3000 knechte versammelt weren und wolden in de stadt." — Am 3. Febr. hatte der Bischof aus Wolbeck den Amtleuten den Befehl erteilt, alle der Wiedertäuferei Verdächtigen zu verhaften, und am gleichen Tage gebot er der Ritterschaft, die Amtleute dabei zu unterstützen. Am 8. Februar ordnete er an, dafs die Amtleute schriftliche Verzeichnisse der Wiedertäufer aufsetzen und ihm zuschicken sollten (s. L. Keller: G. d. W. S. 306). — Ueber die Unruhen des 9. bis 11. Febr. fliefsen die Quellen reichlicher. Neben dem „Tagebuch" ist besonders Rothmann's Darstellung in der „Beschlufsrede" seiner Schrift „Eyne Restitution" (s. P. Bahlmann: Bibl. 1534 Nr. 5) zu beachten, von wiedertäuferischer Seite dann weiter das letzte Kapitel des von C. A. Cornelius (M. G.-Q. II, 445 ff.) unter dem Titel „Münsterische Apologie" veröffentlichten „Bekentones des globens und lebens der gemein Christe zu Monster" (s. P. Bahlmann ebd. 1534 Nr. 4). Unter den Geschichtsschreibern kommt neben H. Dorp, L. Hortensius, C. Heresbach und Joh. Fabricius Bolandus besonders H. Gresbeck in Betracht, und einzelne Notizen liefern die Wiedertäuferbekenntnisse, die Münstersche Bischofschronik (M. G.-Q. I, 330), das „Bichtboeck" und ein Brief des Drosten Evert v. d. Recke zu Hamm an Herzog Johann von Cleve (M. G.-Q. II, 218 ff.). — Zu Kerss.'s Darstellung hier vgl. auch die in seinem Jugendgedicht S. 22 ff. (bei D. Gerdes a. a. O. S. 394 ff.). Er hat hier manche Züge aus dem Gedichte herüber genommen und die Nachrichten über seine eigenen Erlebnisse besonders durch Zuthaten aus Joh. Fabricius Bolandus vermehrt.

Digitized by Google

per lictores cives non retinctos tam evangelicos quam catholicos[1] pariter ad coemiterium Transfluvianum, quod Alpha praeterluit, convocant. Praerepto enim a retinctis foro commodior urbis locus nostris non fuit vel ad repellendam vim vel ad tuendum sese. Nostri itaque subito tanta copia armati confluunt, ut forensem illam turbam et numero et armatorum potentia facile superarent[2]. Quidam tamen illorum, qui aedes suas propter retinctorum vicinitatem armati non auderent egredi, arma sua per famulas praelongis vestibus tecta ad coemiterium deferri mandant, quarum quaedam ab exploratoribus proditae et interceptae ad carcerem sub pal*um* numellari*um*[a] noctivagis nebulonibus paratum ita armatae cum intolerabilibus convitiis deducuntur. Inter quas fuit Assola, ornatissimi et doctissimi viri Ioannis Weslingi, medicinarum doctoris expertissimi, hospitis mei famula, quae, cum in forum ab anabaptistis protracta et multis convitiis exagitata fuisset, tandem quorundam intercessione, quibus inserviverat, haec sola, sed spoliata armis carcerem effugit.

Cum vero forenses retincti se impares Transfluvianis viribus esse per exploratores acciperent, improvisam et inopinatam irruptionem metuentes primum sacellum Michaeli sacrum, turrim Lambertinam, curiam et omnes foro propinquas aedes tormentis et missilibus implent; ipsum etiam forum scamnis, sedilibus e templo Lambertino raptis, vasis, tabulis, lapidibus et ruderibus subito undique convectis et comportatis ita muniunt et per modica extructae munitionis intervalla crebris bombardis ita distinguunt, ut instructissimi exercitus impressionem non formidarent. Claves quoque omnium portarum urbis clausae prioribus mutatis custodibus suae factioni custodiendas commit-

[a]) *Ms.:* sub palo numellario.

---

[1]) „Als de godtlosen dat vornommen hebben," sagt Rothmann in der „Restitution" (Ausgabe von A. Knaake S. 108), „hebben se sick mit mönniken unde papen up Averwaters kerckhoff unde de umliggenden straten vorsammelet." — [2]) Auch Rothmann läſst „de godtlozen wal veer mael so starck na den fleissche, als de Christen" sein („Restitution" a. a. O. S. 109). Joh. Fabricius Bolandus Bl. G 5v sagt: „Haec (sc. fera secta) aliis triplo minor est."

Digitized by Google

tunt, ne peregrino robore in urbem admisso nostri se firment [1]. Ex his omnibus nostri facile animadvertunt, quid retincti moliantur quidve in animo habeant. Proinde ut suarum quoque re*rum rationem ineant suaeque saluti consulant, ne inopinantes * p. 428. opprimantur, omnibus ad coemiterium plateis seu accessibus contra hostilem irruptionem bombardas maiores opponunt, turres templi dominici et eam, quae iuxta pomerium a nocturnis larvis seu spectris nomen habet [2], ad arcendum retinctorum impetum armatis civibus firmant, pontes ligneos, ne facilis ad coemiterium occiduamque urbis partem sit aditus, rescindunt praeter arctum ponticulum, quo ex campo dominico et orientali urbis parte declivi via per turriculam a speculo nomen habentem in coemiterium Transfluvianum descenditur [3]. Hanc tamen turriculam ponticulumque validis praesidiis et sclopetariis chirobombardisque muniunt. Sed cum non satis sibi esse putarent domestico pollere robore, nisi etiam externis viribus et consiliis (si forte opus sit) se firment, ideo singulari diligentia desudatum est, ut claves alicuius portae urbis sine magna clade consequantur. Quas cum ab exploratoribus Ioannem Paleum [4], virum senatorium, ac Conradum Covordicum, qui retinctorum causam fovere dicebantur, detinere nunciaretur, missis itaque aliquot armatis non solum hos duos, apud quos claves Marianae portae deprehendunt, verum etiam Vinnium ac Stralenium, concionatores anabaptisticos, aliosque eius farinae homines capiunt turrique Transfluviani templi firmioribus utrinque valvis munitae includunt [5]. Mirantur

---

[1]) Im „Tagebuch" a. a. O. S. 101: „Und mydler tydt leipen de borgere na den porten und kedden posten, dat de togeslotten worden ..."

[2]) Gemeint ist der Buddenturm. S. Bd. 1 S. 25.

[3]) H. Gresbeck S. 15 berichtet, dafs alle Brücken abgebrochen wurden. Die Erhaltung der Brücke beim Spiegelturm erwähnt er nicht. Vgl. dazu Joh. Fabricius Bolandus a. a. O.

[4]) Verschrieben für Palcum.

[5]) Im „Tagebuch" S. 102 heifst es: „... synt se (de frommen borgere) gegaen na Unser Leven Vrouwen porten, dar se Johann Palcken raithman myt synen sonne uper porten gefunden by dren haeckbussen, de se gefullet und na Unser Leven Vrouwen kerckhoff gestalt heddn. Dar se ock pryvanden by gefunden, so hebn se denselven Palcke myt synen sonne unde de drey haeckbussen gebracht to Overwater upn kerckhoff und van en genommen de slottell to Unser Leven Vrouwen porten." Als Gefangene

Digitized by Google

autem omnes boni anabaptismum etiam in senatum irrepsisse, iamque plures senatorii ordinis viri a nostris in anabaptistici favoris suspicionem non falso rapiuntur, qui tamen se candidos et innocentes esse fingebant. Raptis itaque clavibus et Palco Covordicoque, earum custodibus, in carcerem coniectis portae Marianae et Iudefeldanae valida praesidia continuo, ne quid mora obsit, imponunt. Aliarum vero portarum omnium ius nostris praereptum in retinctorum fuerat arbitrio.

Hunc motum et grave urbis discrimen quidam civium primates senatum suspectum habentes principi per literas subito
*p. 429. sig*nificant[1] consilium auxiliumque contra retinctos poscentes; se enim impetu in ipsos facto omnibus molestiis nunc tandem finem imposituros et rempublicam a perpetuo motu semel erepturos. Princeps ubi haec intellexisset, se laboranti civitati bonisque civibus, qui coercendae seditionis semper auctores fuerint, neque consilio neque auxilio etiam supra vires suas defuturum rescribit. Ne autem propositum suum multis patescat, quod gerendae rei plurimum saepe obesse solet, literas ad Hermannum Tylbechium, praecipuum et superiorem ex patriciis consulem, quem factiosum non esse existimat, in haec verba mittit[2]: Cum civile dissidium et intestinam seditionem in urbe Monasteriensi a retinctis concitatam esse intelligat ita, ut cives sint in armis totaque civitas effero exardescat motu et horrenda san-

---

nennt das „Tagebuch“ dann S. 103 neben Palck, Vinne und Stralen noch Johan Konnynck, Hinrick, den doetgrever (to Overwater) und Johan Ernst Steynbicker.

[1]) Die Briefe sind nicht mehr nachweisbar. Das „Tagebuch“ läfst S. 102 aufser an den Bischof auch an „etliche amptlude um hulpe und troist geschicket“ werden. E. v. d. Recke schreibt dem Herzog von Cleve (M. G.-Q. II, 219), dafs ein dringendes Hülfsgesuch an Theod. v. Merveldt, Drosten zu Wolbeck, abgegangen sei.

[2]) Von diesem Briefe, der verloren zu sein scheint, erfahren wir sonst nur noch aus dem „Bichtboeck,“ wo es Bl. 9 heifst:

„Usser gnedige först und herr hadde Tilbek enen breef gesandt,
Des de verrader Tilbek för de gemeinheit nich was bekandt.
De vörste hadde em doen wetten und schrieffen,
Siene gnade woll de stadt Monster by ehren rechte laten blieven;
He solde siner gnaden de porten apen halden,
Sin gnade wolde by denen frommen luden syn haest unde balde.“

Digitized by Google

guinis effusio sit metuenda, nisi retinctorum vis, qui priores arma sumpserunt civilemque concordiam aliquoties dissolverunt, coerceatur, se proinde petere, ut sibi cum mediocri equitatu venienti citra ullam urbani privilegii derogationis suspicionem porta aperiatur; se civitatis iura et reipublicae Monasteriensis libertatem in minimo non violaturum, incrementis potius aucturum, se pacificos et insontes cives contra rebellium insultum defensurum factiosorumque conatus repressurum, se urbem ab imminente clade, ne totam secum dioecesin in exitium praecipitet, liberaturum. Consul has principis literas in omnium civium totiusque reipublicae perniciem supprimit neque de more senatui, tribunis et mechanicorum praesidibus eas examinandas offert, quod sanguinem cognatum non esse fundendum consulat vel potius quod sibi suisque, id est retinctis, interitum metuat. Ideo cum retinctis parum, nostris vero multum praesidii superesse animadverteret, omnes suos conatus omnesque ingenii vires intendit, ut caninam, discordem, simulatam et civibus exitialem concordiam introducat.

Retincti cum viribus suis diffiderent, ad armorum copiam confugiunt, quibus se in terrorem Transfluvianorum, quantum *possunt, firmant. Proinde aliquot armatos et biiuges equos ma- *p. 430.
iores bombardas adferendi causa ad armamentarium apud portam Aegidianam situm emittunt atque tres stationarios milites iuxta coemiterium Aegidianum in eo loco, quo per viculum[1] ad campum dominicum itur, custodiae diurnae gratia collocant. Quae res cum nostris proderetur, protinus quinquaginta vi repetitum bombardas armant, quos a coemiterio per longas ambages Bispinckhovianae immunitatis hostibus obviam mittunt. Interea Ioannes Weslingus medicus et Wintercampius, acerrimi anabaptismi hostes, quos ego globis ferreis corio obductus in usum eorum armatus sequebar, compendium quaerentes a coemiterio Transfluviano per campum dominicum viculumque supra dictum ad Aegidianam plateam properant, ut suis sese coniungant. Qui cum praeter spem et imprudentes in stationarios inciderent, in ipso pavore animos sumunt (neque enim retrocedere audebant), verbis acrioribus non aliter stationarios compellant, ac si exer-

[1]) Die Pferdegasse.

Digitized by Google

citum sequentem habeant. Illi subito adventu et clamore nostro territi sese in fugam coniiciunt suisque in foro hostem adesse renunciant, horrorem armatorum praedicant et multa vero acerbiora, quae metus suggessit, affingunt continuoque armatos in praesidium suorum mittendos esse clamitant. Dum haec aguntur, quinquaginta a nostris emissi per ponticulum lapideum[1] progressi, ubi et publica est forica et stabularii apud domum Cappenbergensium equos suos aquantur, adsunt ac prope Aegidianum coemiterium hostibus duas bombardas habentibus occurrunt, qui a nostris hostilem impressionem sentientes per viculum transversum ibi vicinum ad forum fugitant ac trepidationem conduplicant. In eo motu equus unam bombardam trahens ibi forte traiectus procubuit, alteram vero nostri custodibus abactis eripiunt retortoque equo avehunt. Retincti vero catervatim sine certa tamen acie foro effusi nostros eminus missilibus frustra
*p. 431. prosequuntur. *Ego autem adhuc puer tali crabronum susurro ac tormentorum bombis non assuetus, sed anabaptistarum minis territus in coemiterio Aegidiano post craneorum repositorium me subduxi ibique delitui et motu posito meticulosus iterum prorepsi ac ad nostros reversus ipsos una cum bombarda incolumes ad coemiterium rediisse comperi.

Inde de rebus praesentibus a nostris accurate consultatum est. Omnium quidem votis irruptio in forensem turbam placuit, ut omnibus controversiis finis tandem imponatur, ne novus motus in posterum sit metuendus; sed qua ratione commodissime et sine clade magna id fieri queat, dubitatum est aliis, ut aperto Marte undique in forenses iam consternatos metu impetus fiat, consulentibus, aliis vero suadentibus, ut ex omnibus plateis ad forum vergentibus vineae agantur ac per maiores bombardas munitionibus forensibus deturbatis hostibusque depulsis expugnatio tentetur. Sed cum utrumque multo sanguine et vulneribus visum esset constaturum, quibusdam placuit, ut vineis actis ex omnibus quidem plateis quanto fieri possit apparatu bellico simulata impressione, sed frequentibus iaculis impetantur atque assiduo labore ita defatigentur, ut nullum ipsis respirandi

[1]) Es ist die Aabrücke am Bispinghof. Vgl. dazu A. Tibus: Die Stadt Münster (Münster 1882) S. 193 ff.

Digitized by Google

tempus relinquatur. Dum autem sic pugnae sint intenti, recens exercitus perruptis nobilium canonicorum et civium arcuatis aedibus transverso impetu praeter spem et expectationem in forum irruat; eam fore victoriam minus sanguinolentam. Hoc consilium plerique visi sunt approbare, verum cum ad eam rem conficiendam maiore exercitu opus esse putarent, Ioannem Wechlerum et Hyeronimum Busschium et alios quosdam cives sub noctem in pagos circumfusos paganos in praesidium excitatum ablegant, qui Theodorici a Mervelt, satrapae Woltbecensium, auctoritate freti ministrisque illius stipati pagatim crepitantia in curribus aera concutiunt agricolasque in auxilium vocant[1]. Cum autem nox instaret, vigiliae nocturnae utrinque disponuntur, *utrinque symbola vocalia dantur, nostris „Christus," retinctis *p. 432. „Pater." Neque nostris symbola muta desunt. Straminea enim serta in armis gestant, quae etiam tanquam innocentiae signa ex omnibus irretinctorum aedibus suspendi iubentur, ne in futura irruptione per errorem forte in aedes innocentis civis impetus fiat[2]. Inde retincti calumniandi occasione sumpta nos vero Deo neglecto spem et fiduciam nostram in stramineos deos collocare, hos invocare, ab his auxilium expectare passim per plateas plenis buccis vociferantur.

Utrinque sic in armis Alpha interluente, hi in orientali, illi vero in occidua parte urbis in diem sequentem fremebundi consistunt. Interea Transfluviani per noctem sibi mutuo animos

---

[1]) Aus Joh. Fabricius Bolandus: Motus Monast., wo es Bl. G 6v heifst:

„Mitteris in pagos, Hieronyme Busce, propinquos,
Et tibi Vuechlerus fidus ab urbe comes.
Illico per varios in equis currentibus agros
Civibus hei cassam sollicitatis opem.
Namque quater centum noctu ratione colonos
Cogitis ingenti rauca per aera citi."

[2]) Ebenso berichtet Kerss. schon in seinem Jugendgedicht. Klopriſs bekennt (J. Niesert: U.-S. I. S. 129): „Do sie zu Achterwater waren, do hetten die alten Christen in Munster sich mit stroe gezeichnet." „Als de Christen," sagt Rothmann („Restitution" a. a. O. S. 109), „sick tho der slacht gerustet hedden, hebben se van strō eine lōze gemacket, syck und ōhre hūser darmede vortekent, der meininge, wat also nicht getekent en were, wolden se dan ummebrengen unde plunderen." Vgl. auch H. Gresbeck S. 17.

Digitized by Google

augent et ad acriter pugnandum[a] se invicem inflammant. Hassicus ille quoque ecclesiastes Fabricius ipsos circuit ac fortitudinis constantiaeque exemplis propositum confirmat; sed precatur, ut, quantum fieri queat, a cognato et civili sanguine sibi temperent et post ademptam victoriam papistas, omnis seditionis et urbani motus auctores, nunquam in pristinum dignitatis sive auctoritatis locum restitui patiantur.

At ex adverso Bernhardus Rothmannus, Ioannes Bokelson Leydanus atque Ioannes Matthisson[1], prophetae forenses, retinctos animant victoriam in suis manibus esse persuadentes; Patrem enim coelestem suos foederis signo notatos contra omnem impiorum insultum defensurum. Plurimae quoque anabaptistarum feminae Patrem precaturae domum pistorum in foro piscario ingrediuntur atque ibi totam noctem nunc tacite verbisque non intellectis intra se murmurant, nunc elatis vocibus Patrem invocant; nullaque fit Filii mentio. Nunc pro christianis suis fratribus forum occupantibus precantur, ut vires animosque adversus hostes et verbi sui oppressores suggerat, nunc pro impiis, id est nobis, ut aliam mentem clementer largiatur. Quaedam etiam oestro percitae ab aliis discurrentes saxis platea*rum in-
*p. 433. sultant, manus iactant creberrimeque plodunt, capita concutiunt, coelum intuentur et Patrem cum omni coelesti militia et innumerabili angelorum multitudine in nubibus coeli consistere iamiamque descensum in terram moliri horrendis vocibus clamitant. Inde ad coetum suum reversae psalmos a Luthero in vernaculam linguam transfusos cantillant. Neque huic sexui aberant viri

[a]) *Ms.*: pugnandam.

[1]) Wie schon oben S. 478, erwähnt Kerss. auch hier das Eingreifen des Jan Matthys an ganz unrichtiger Stelle. Das Geständnis Knipperdolling's vom 21. Jan. 1536 (M. G.-Q. II, 410) läfst keinen Zweifel darüber, dafs Jan Matthys erst nach dem Aufruhr vom 9. bis 11. Februar in Münster ankam. Die Nachricht von demselben erhielt er auf der Reise nach Münster zu Deventer, wo er hörte, „irer brueder wer ein grofs deil erslagen." „Derhalb," heifst es weiter, „hait Johan Mathis den knecht vurhin zu Munster gesant und ist zu Deventer bleven. Darnach haven sie den diener wider ghen Deventer gesant und Johan Mathis lassen holen sampt siner huisfrawen."

Digitized by Google

eadem insania correpti et a mulieribus forte dementati. Armati vero in foro psalmos sine intermissione canunt. His studiis totam noctem utrinque transigunt. Exorta vero luce matutina Knipperdollingus effrenatis furiis iterum agitatus cum per omnes 10. Febr. vicos urbis instar amentis ac furiosi vitae superioris poenitentiam clamans percurrisset[1], tandem circa horam septimam eadem poenitentiae voce etiam Transfluvianos ausus est incessere[2]. „Agite poenitentiam," clamat, „vos impii, agite poenitentiam, resipiscite, resipiscite! Ira enim Dei capitibus vestris impendet. O Pater, o Pater! Eradicatio, eradicatio!" Fuisset a Casparo Iudefeldo, fratre veterino, transfossus, nisi quidam intervenientes ipsum eripuissent et captum in turrim coniecissent, ubi miro boatu cum reliquis ecclesiastis et retinctis viginti quinque ibi conclusis se ad ravim usque exercuit[3]. Deinde circa horam octavam innumerabilis pene paganorum multitudo suo more armata adest

---

[1]) Vgl. dazu das „Tagebuch" a. a. O. S. 102, nach dem Knipperdolling „vell unstuers myt ropen gedreven: „O vader, o vader, o vader! Bettert juw, bettert juw! Doet bote, doet bote!" Und dar neist geropen: „Bidde, bidde, bidde!" Hefft dat gemeyne volck myt erer wer tor erden gefallen myt entdeckeden hoveden und gebedet und dan wedder upgestaen. Hefft deselve Berndt Knypperdollynck sunder underlaet allet wu vorgeschreven wedder angeropen ..."

[2]) Rothmann giebt dafür den Grund an. Er sagt („Restitution" a.a.O. S. 108): „Item Godt gaff sinen dener dem propheten getüchnisse, wert sake, dat de Christen den godlotze dat hövet böden, solden se de flucht annemen; dar na worth der Christen ein gedreven, dem se am mesten doch viandt weren, mit namen Bernd Knypperdölling, de muste sunder weher tho den godtlozen intreden, en bothe und penitentie verkündigen, offte Godt wolde se straffen. So ifs et gescheen, und den hebben se ock gevencklick angeholden."

[3]) Die Gefangennahme Knipperdolling's ist sonst noch erwähnt im „Tagebuch" a. a. O. S. 104, in der Münsterschen Bischofschronik (M. G.-Q. II, 330) und bei H. Gresbeck S. 15. Dieser läfst mit Knipp. zugleich „noch vif of secs ander burgers, die wiederdoeper weren," gefangen genommen werden. Vgl. auch oben S. 489. Man habe sie „gesat in unser lieven Frawen kerchtornen. Knipperdollingk lagh in dem torn und riep glich wie die ossen plegen tho ropen. Und riepen: „O Vader, o Vader, gief, gief, straef die gotlosen!" Zu dem lesten, so haben sie mehr reutter up der straten reiden gehoirt. Do schwiegen sie stil in dem torn und riepen nicht mehr und meinden, mein g. h. von Monster wer selber in die stat gekhomen."

Digitized by Google

nostrumque exercitum non parum auget. Addidit et nostris animos satrapae Woltbecani nobiliumque canonicorum cum equitibus et ruricolis nocturnus adventus[1], et maxime cum principem ipsum cum instructo equitatu adfuturum intelligerent. Nobiles ibi canonici[2] atque satrapa continuo praesidium et operam suam adversus rebelles consulibus offerunt. Ad quae Hermannus Tylbechius gratiis actis respondet: Se in civitate sua peregrino auxilio ad pacem conciliandam non egere; eam rem per se sine sanguine et acerbiore motu conficere posse. Illi tamen catastrophen fabulae expectare maluerunt.

Retincti vero desperantes praesidium rebus suis diffidere incipiunt. Itaque Kippenbrochium atque Suedarthonem[3] legationis obeundae causa ad nostros mittunt, qui publica fide a
*p. 434. nostris ad *colloquium admissi primum suos vehementer purgant, quod arma non in suos concives, sed exercitii gratia sumpserint, ut, si quando opus foret, ea in hostes externos expeditius converterent. Se quoque in proximos pagos frumenti causa expe-

---

[1]) Nach dem „Tagebuch" a. a. O. S. 103 traf der Drost Dietrich v. Merveldt um Mitternacht vor Münster ein. Es berichtet weiter, dafs der Bürgermeister Judefeld zunächst gegen den Einlafs der Ankömmlinge protestierte. Er verlangte Zusage, dafs der Bischof die Stadt bei ihren alten Privilegien belasse, den Friedensvertrag vom Februar 1533 aufrecht erhalte und sich nur gegen die Wiedertäufer wende. Erst als das zugestanden war, liefs man den Drosten in die Stadt. — H. Gresbeck S. 15 giebt die Zahl der Einziehenden auf „twe oft dry dusent buren und ein deil reutters tho perde" an. Nach ihm, sowie nach Rothmann: Restitution a. a. O. S. 104 wurde das Liebfrauen- und das Jüdefelder Thor offen gehalten. Vgl. auch den Brief Evert's v. d. Recke an den Herzog von Cleve (M. G.-Q. II, 219).

[2]) Das „Tagebuch" a. a. O. macht von ihnen den Domscholaster Rotger Schmising und den Domkellner Melchior v. Bueren namhaft. Letzterer ist auch in der Münsterschen Bischofschronik (M. G.-Q. I, 330) erwähnt.

[3]) Die Namen der Unterhändler sind nur von Kerss. überliefert. Nach dem „Tagebuch" a. a. O. fanden zweimal Friedensunterhandlungen Statt, zuerst am Abend des 9. Febr., wobei die Wiedertäufer ihren Gegnern vorstellten, wenn sie wirklich auf die Hülfe des Bischofs und der Amtleute rechneten, „dat se dat wall bedechten; dat wolde en und eren kinderen so wall overkommen, alse den, de upn marckede weren." Da diese Verhandlungen zunächst scheiterten, wurden am folgenden Tage neue angeknüpft, die am 11. Februar zum Ziele führten.

Digitized by Google

ditionem interdum facturos fuisse, cum obsidionem sibi ab episcopo metuant; eam vero a Transfluvianis armatis in detrimentum urbis impeditam esse. Ipsos secessionem et partes fecisse, ipsos pacem et fidem suspectam habuisse; se quidem priores arma induisse, sed meminerint, uti priores se hostes declaraverint. Sed utut sit, cum intelligant ipsos episcopum contra suos concives praeter meritum et officium vocasse atque in urbem cum equitatu suo hostili intromissuros, se illis altius hanc rem expendendam obtrudere; et quid inde secuturum sit, penitius intra se cogitent, si hostis intra muros recipiatur, quae sit futura reipublicae facies, si duro servitutis iugo ac tyrannide civium commoda opprimantur, quae libertas, quod ius, quod privilegium superesse possit. Hoc quoque secum aestiment atque incorrupto animi iudicio ponderent libertate semel amissa nullam unquam spem eius recuperandae reliquam fore. Se quidem iugulis suis, quos secum ferant, omnia pendere posse, sed ipsi hoc agant, in hoc laborent, ne maiorum suorum vestigiis sint indigni neve ab illorum virtute et pietate degenerent neque proditione hac, dum sibi incommodare conentur, suos liberos, suos nepotes totamque posteritatem futurae reipublicae in perpetuam servitutem praecipitent. Si opes divitiasque caducas liberis suis relicturi sint, saltem hereditatem et possessionem inaestimabilem neque auro neque gemmis conferendam, libertatem nempe, sine invidia, cum possint, relinquant. Secum animo volvant milvinam pacem muri ranaeque non solum fuisse exitialem, verum etiam imperium paludis transtulisse[1]. Cognoscant pacem synceram et utilem non esse, quae sanguinis et servitutis mercede comparatur. Proinde concordiam, quae minoris constet, se suosque, quorum legatione fungantur, ex animo suadere.

Haec ubi dixissent et a nostris digressi fuisssent, nostri super hac re consultant aliis hoc, aliis vero illud consulentibus. *Hermannus Tylbechius[2] consul: Sibi non videri, inquit, iniqua, *p. 435.

[1]) Vgl. die Fabel „De muribus et ranis“ in „Aesopi Phrygis et vita ex Maximo Planude desumpta et fabellae iucundissimae.“ Salingiaci. Ioannes Soter excudebat. 1538.

[2]) Das entscheidende Eingreifen Tilbeck's erwähnt kurz H. Gresbeck S. 16, ausführlicher und im Sinne, in dem es auch Kerss. schildert,

Digitized by Google

quae a forensibus legatis sint proposita. Nam principe in urbem admisso ipsum omnia suo arbitrio non sine gravi civitatis incommodo et libertatis interitu (quo iam diu affectaverit) acturum. Quid futurum existiment, si eum intra moenia recipiant, qui cives indignis modis afflixerit, eorum bona aresto interceperit, ipsos captivitatibus terruerit, iudiciis peregrinis contra privilegia urbis involverit, commeatum intercluserit atque extrema adversus rempublicam nostram, ut a verbo Dei secessionem faceret, susceperit? Neque se hoc consulere et approbare, ut civilem sanguinem mutuo fundant et alter in alterum hostiliter irruat, pater filium et filius patrem, fratres reliquique et consanguinitate et affinitate iuncti vulneribus mutuis se conficiant. Sibi proinde utilius videri et cum pietate christiana congruere, ut sine externo et potentiori quidem sequestro dissidium hoc componatur et concordia, quacunque ratione fieri queat, concilietur. Quae sententia quidem consulis multis displicuit, cum per eam ad alios motus futuros relinquatur materia et mutua suspicione perpetuoque metu urbs implicita teneatur. Tamen cum ex animo visus est ista dicere et Caspar Iudefeldus, alter consulum, ea quasi bene et salubriter dicta approbaret, nemo tantae auctoritatis consulibus ausus fuit contradicere. Responsum est igitur legatis: Transfluvianos a christiana concordia, si bonis conditionibus iniri queat, non abhorrere. Deliguntur itaque utrinque sequestri, quibus tota res decidenda committitur. Datis igitur et acceptis utrinque obsidibus[1] captivisque utrinque relaxatis omnis controversia ita tollitur, ut negotium fidei utrinque

---

der Brief Evert's v. d. Recke an den Herzog von Cleve (M. G.-Q. II, 219). Tilbeck's Verhalten ist immer schwankend gewesen. Vgl. oben S. 490 f. An einer späteren Stelle (S. 31) sagt H. Gresbeck, Tilbeck hätte „dem bischop von Monster geholpen, dat de ruetters und bueren weren in die stat gekhomen, und viel do up dat leste dem bischop af und hielde do mit den wiederdoepers."

[1]) Die Namen der Geiseln überliefert uns nur das „Tagebuch" a.a.O. S. 104 f.: Die Partei der Wiedertäufer will „vam kerckhove vor giselers keysen de erberen und ersamen heren Wilbrant Ploniefs, borgermester, Hermenn Herden, kemner, Johan Kerckerinck upn Bispinckhave und Evert Ocken. Dar to hebn de upn kerckhove weren gekoren vor giselere Claefs Stripe, Claefs Snyder, Berndt Pickert und Evert Gestemer."

Digitized by Google

relinquatur liberum et arbitrarium; credat quisquam, quid et quantum velit, modo manus contineat; neminem enim in sua fide et possessione turbandum, in reliquis magistratui parendum esse[1].

His ita actis nobiles canonici et Woltbecanus satrapa cum lachrimis et gemitibus urbe excedunt[2] testanturque palam hanc concordiam perniciosae discordiae, hanc pacem horrendi belli et *eversionis totius patriae seminarium fore. Pagani vero futurae *p. 436. calamitatis non praescii, cum se cervisia a senatu data refecissent, uxores suas domi in maerore relictas quasi post longam militiam cum gaudio revisunt. Inde utrinque omnes repetentes penates suos digrediuntur bombardasque in exitium mutuum paratas et instructas in vacuas auras exonerant, unde tota urbs terribili quasi tonitru concussa contremiscit. Princeps quoque ipse, qui iam non procul ab urbe cum equitatu suo aberat, de concordia inita certior factus lachrimas effudit et indignabundus equo reflexo recessit[3].

Retinctis e foro digressis magna feminarum multitudo munitiones a viris suis destitutas ingressa admirabili rabie et inusitata mania exagitatur[4]. Non potest maior Baccharum, Thya-

---

[1]) Der Vertrag, der in den meisten Quellen kurz und ohne Datumsangabe erwähnt wird, kam nach dem „Tagebuch" a. a. O. am 11. Februar zu Stande. Im Wortlaute schliefst er sich genau an das Uebereinkommen vom 30. Januar an (s. oben S. 479).

[2]) Der Abzug des Drosten mit seinem Heere und den Bauern fand nach dem „Tagebuch" und nach dem Briefe Evert's v. d. Recke a. a. O. bereits vor Abschluſs des Vertrages Statt. Es ist auch wahrscheinlich, daſs dieser Abzug als Vorbedingung für weitere Friedensunterhandlungen gefordert wurde. Vgl. auch C. Heresbach: Historia (Ausgabe von K. W. Bouterwek [Elberfeld 1866] S. 14.) Er fügt hinzu: „Non deerant, qui affirmarent episcopalis cohortis praefectum evangelico zelo permotum ultro retrocessisse," ein Gerücht, für das in den sonstigen Quellen kein Anhalt zu finden ist. — [3]) Vgl. dazu den Bericht H. Gresbeck's S. 16 f. und C. Heresbach's a. a. O.

[4]) Im Folgenden wiederholt Kerss. zum Teil die schon oben S. 494 gegebene Schilderung von dem Gebahren der Frauen. Vergl. dazu auch Joh. Fabricius Bolandus: Motus Monast. Bl. G 8v. Bei Rothmann: Restitution a. a. O. S. 109 heiſst es über das Verhalten der wiedertäuferischen Masse gleich nach dem getroffenen Uebereinkommen vom 11. Febr.:

Digitized by Google

dum, Maenadum, Mimallonidum, Aedonidum Tryateridumque in ipsis Bacchi sacrificiis insania ab ethnicis effingi, quam harum feminarum. Nihil est aspectu terribilius, nihil sordidius, nihil stultius nihilque ridiculum magis. Ita sunt dementatae, ita lymphatae, ita phrenesi concitatae, ut ipsas poeticas furias propemodum exuperent. Quaedam enim passis capillis, quaedam solutis et laxis vestibus, quaedam fluentibus peplis per forum satis inverecunde cursitant, quaedam saltibus insanis quasi volaturae et iuvante furore sese efferunt; quaedam supina facie in terram corruunt brachiisque explicatis crucis formam exprimunt; quaedam resupino vultu coelum intuentur manibusque extensis Patrem invocant; quaedam stantes palmas complicatas crebris plausibus ad sydera tollunt; quaedam iacentes in molli luto sese volutant, quaedam in genua provolutae vociferantur, quaedam scintillantibus oculis fremunt, quaedam plenis labris spumant, quaedam concussis capitibus dentibus frementibus minas, quaedam pectora plangentes luctum prae se ferunt; quaedam lachrimantur, quaedam rident. At nos illarum insaniam et furorem non tam risimus, quam luximus. Ut autem diversis corporum motibus, ita quoque diversis clamoribus sese fatigant. Omnes quidem Patrem, sed nulla Filium invocat; hae exitium nobis
*p. 437. precantur a Patre, illae vero salutem, *hae nobis cladem, illae autem clementiam et misericordiam, hae caecitatem, illae illustrationem nobis optant, ut foederis signo notemur et sub eodem duce militemus. Hae Patrem cum multis angelorum millibus se videre et virgam apprehensam in impiorum perniciem quassare, illae Patrem coelitus descendere causamque suam iudicaturum clamant. Hae Patrem invocant, ut se sanctamque suam civitatem, novam scilicet Hyerosolymam, clementer tueatur; illae sanguinem pluere falso somniant et pepla sanguineis guttis nobis conspersa[1] ostentant diras increpationes adiungentes. „Vos,“

„De Christen sprungen von fröuden, wo se alltiid gedaen hadden; er angesichte worden vorstalt in golt varve, ock de stene up den marckte. Eth propheterde allent, wat dar was, ock de kinder van seven jaren. Wy achten, dat grotter froude up erden kortes nicht geschein en sy. De godtlosen spreken, se rasen, se sint vull wins.“

[1]) Ueber den Blutregen vergl. auch die Bekenntnisse Jakob's von Osnabrück bei J. Niesert: U.-S. I. S. 165 und Joh. Fabricius Bo-

Digitized by Google

inquiunt, „impii, cur in impietate vestra diutius sordescitis? Nunc tempus est poenitentiae! Securis arborum radicibus admota est. Resipiscite, resipiscite! Nondum Patrem vobis infensum excidiumque et internecionem extremam minari agnoscitis?“ Se quoque videre affirmant ingentem caerulei et subnigri coloris ignem[1] coelitus delabi totamque urbem operire tamque spissum esse, ut visum non transmittat; per ipsum tamen solem tanta claritate suos radios transmittere, ut omnium hominum ora in foro stantium deaurata esse existimarentur, et supra ignem virum albo equo insidentem gladiumque in interitum impiorum, impoenitentium et verbum Dei aspernantium quatientem[2]. Sed horum omnium nemo nostrum quicquam vidit. Adeo diabolus eorum oculos praestrinxit et fascinavit, ut se videre arbitrarentur, quae non viderunt, audire, quae non audierunt, et intelligere, quae non intellexerunt. Domus est iuxta forum, quae deauratum gallum ventorum indicem in summo culmine ferebat. Hic modico flatu interdum conversus solis radios exceptos tanto fulgore in oculos spectantium reverberavit

---

landus: Motus Monast. Bl. G 8 u. H 1. — P. Plateanus erzählt Bl. C 5: „Vestes quoque consuerant lineas sanguineisque gladiis pinxerant; iis in concionem tanquam coelo demissis proditurі fuerant pseudoprophetae ad terrorem mentiendumque plebi. Id quoque re prolata a femina, quae cum ceteris vestes confecerat, discussum est.“

[1]) Dieses und das Folgende fast wörtlich aus dem Bekenntnisse Jakob's von Osnabrück (a. a. O. S. 155 f.), wo hinzugefügt ist: „und solichs ist zwei mall gescheen.“ Von feurigen Wolken „um und över de stad, dat de Christen up den marckte gemeindet hedden, de domhüser unde umher de hüser in der stadt hedden gebrandt“ spricht auch Rothmann: Restitution a. a. O. S. 109. Vergl. dazu Joh. Fabricius Bolandus a. a. O. Bl. H 7v. Von der Auslegung des Feuers als eines solchen, in dem die Gegner der Wiedertäufer umkommen sollten, berichtet J. Kloprifs (Geständnis bei J. Niesert a. a. O. S. 129) und H. Gresbeck S. 16 f.

[2]) Rothmann führt in der „Restitution“ a. a. O. S. 108 noch andere Gesichte an: „Eth worth gesehen ein man mit einer gulden kronen, de hadde ein swerdt in der rechten handt und ein roide in der anderen. Noch worth gesehen eyns mans belde in der lucht, dat hadde beide hande vul blodes, dat eth daruth dröp. Item noch worth ein wyt perdt in der lucht gesehen, dar sick thom latesten ein ruyter up sadt.“ Von allen den Wunderzeichen hat das „Tagebuch“ Nichts. Kerss. hat einzelne derselben bereits in das 9. Kapitel seiner Einleitung aufgenommen. Vgl. Bd. 1 S. 123 f.

Digitized by Google

aciemque oculorum ita hebetavit et praestrinxit, ut pepla candida sanguineis maculis conspersa putarentur. Hunc etiam deaurati galli splendorem eximium subita repercussione radiorum solarium factum intuentes coeli portas aperiri existimant. Proinde ad repentinam hanc radiorum coruscationem continuo simul omnes pari impetu insultant[1] horrendisque clamoribus coelum implent pariterque complicatis manibus et in altum extensis sine
*p. 438. intermissione vociferan*tur: „O Pater, o Pater, o Rex inclyte Syonis, parce tuo populo!“ Atque hic femineus clamor et incondita vociferatio ita paulatim augetur, ita intenditur, ita multiplicatur, ut mille porcorum simul grunnientium voces te audire putes. Tandem quidam civium fascinum et illusionem istam sentiens gallum deauratum tormento deturbavit et deiecit; inde omnis motus subito quievit et feminae pudore confusae sese subducunt.

Inde Tylbechius consul cum tota familia a Rothmanno retingitur[2].

Canina hac pace interpositis vadibus facta et femineo hoc terribili motu plerique boni et opulentiores cives territi ac consternati urbe excedunt. Concordiam enim initam non fore diu-
12. Febr. turnam animadvertunt. Supellectilia quoque 12. Februarii[3]

---

[1]) Eine ähnliche Erzählung von der Anbetung eines in der Sonne leuchtenden Wetterhahnes, weil man meinte, „der Vader sette up dem huis,“ findet sich bei H. Gresbeck S. 25 f. Auch er verlegt das Ereignis in die Zeit „ehr dat belech von Monster is gekhomen.“ Vgl. auch D. Lilie S. 222.

[2]) „Vort da na“ (nämlich nach dem friedlichen Abkommen) „de erste nacht leiten sich voelle mannen und frouwen und zunderlinx de borgemester Tielbecke mit alle sinen huisgesinde doepen“ schreibt auch Evert v. d. Recke an den Herzog von Cleve (M. G.-Q. II, 220). Tilbeck selbst stellt freilich in einem gleich weiter unten von Kerss. angeführten Brief an den Bischof in Abrede, dafs er getauft worden sei.

[3]) Das „Tagebuch“ S. 105 läfst die Massenflucht der Gegner der Wiedertäufer ausdrücklich bereits am 11. Febr. beginnen, bevor noch die friedliche Uebereinkunft getroffen war. Es hätte sich, führt es an, das Gerücht verbreitet, „wu dat de rait myt olderluden und mesterluden gesloeten und ock derwegen to raide weren, we sick nicht wolde laten doepen, de solde tor stunt den aventh de stadt rumen, oft men solde en doitslaen. Des fruchten halven ys densolven dach velle volcks uth der stadt gewecken ...“ „Und als nu de raidt angemercket,“ fährt das „Tagebuch“ fort,

Digitized by Google

plenis plaustris praeter annonam et arma evehunt. Nam cum obsidionem sibi metuerent, arctissima ea custodia intra moenia coercent adeo, ut ne similagineum quidem panem efferri patiantur[1]. Cum enim Hercules Hervordianus, meus contubernalis et in re literaria commilito, frequentibus his civium motibus deterritus abituriret, maxime cum in superiori motu quidam literarum studiosus per tempora capitis telo transactus occubuerit nec ad parentes redierit[2], sibi proinde metuens ad suos redire festinat. Et cum sarcinulae librorum suorum duos exigui ponderis panes triticeos addidisset, quibus famem, si forte in itinere opus esset, sedaret, progredimur ad portam Horsthanam. Ibi continuo custodes armati nos apprehendunt et scrutantur, repertis autem panibus ab egressu nos arcent, donec eos in urbem retulerimus. At nos in conspectu frementium custodum ventribus nostris eos committere maluimus. Ubi vero panes absumpsissemus, rogamus, liceatne nunc egredi. „Itote," inquiunt, „vos verberones in malam crucem nunquam redituri!" Ego cum commilitonem in viam deduxissem, per portam Mauritianam in urbem revertor; per eandem enim, qua exivimus, redire non putabam mihi utile fore. Non tamen tam fuerunt custodes portarum oculati, quin a feminis sub pelliceis vestibus supra lineas

---

„dat malck so seeren uth toich, hebben se eynen receſs geslotten ..." — Auch nach Rothmann: Restitution a. a. O. S. 109 beginnt die Auswanderung am 11. Februar und dauert fort bis zum 27. Febr. — H. Dorp Bl. D 3v setzt die Zeit unbestimmt „umb die Fastnacht" an und bringt die Flucht der „Reichen" in Zusammenhang mit dem groſsen Zuzug aus den benachbarten Orten nach Münster hin.

[1]) So auch das „Tagebuch" a. a. O.: „... men hefft eynen jderen dat syne volgen lathen, uth gescheiden wat sick an privande droech moste men in der stadt laten, und solix hefft men den borgeren gegunt beſs to dem sondage Invocavit" (22. Febr.). — Uebereinstimmend schreibt auch P. Plateanus a. a. O. Bl. C 1v: „... plurimi civium sponte exulatum abierunt. His primum res suas exportare permissum, nisi si quid esculentum aut poculentum esset. Horum enim adeo nihil efferri sunt passi, ut mulieribus quibusdam, quae agmen infantium partim ferebant in ulnis, partim ad manus trahebant, vascula cervisiae plena ... adimerent ipsorumque e manibus infantium panes triticeos ... raperent."

[2]) „Auch schossen sie," berichtet H. Dorp Bl. D 2v, „einen jungen von Burgstenforde auff dem Speicher hofe zu tode."

Digitized by Google

subuculas suillarum carnium succidias[a] contectas efferentibus
*p. 439. fallerentur. *Hanc tamen fraudem Sundermannus pellio, cum una earum supra modum intumesceret, indecenti contactu primus deprehendit. Hinc diverbii loco satis inhoneste et scurriliter feminas lardum supra cunnos gestare per totam urbem fama sparsit; unde circumspectiores redditi omnia supellectilia sive in arculis sive vasis conclusa, nisi a dominis subito explicentur, intra ipsas portas vi excutiunt, lectos funibus constrictos evolvunt gladiisque scrutantur. Haec omnia non legitimi magistratus, sed prophetarum Rothmanni, Knipperdollingi et Kibbenbrochii auctoritate peraguntur, ex quibus, quanta religione superioris concordiae foedera a retinctis conserventur, videre licet.

Lantgravius cum inter episcopum et urbem iterum controversiam exortam esse acciperet, legatos suos ad principem nostrum mittit, qui eam quoque, ut superiorem, interciperent interceptamque componerent[1]. Quibus princeps respondet, cum

[a]) *Ms.:* succiduas.

[1]) Von einer Gesandtschaft des Landgrafen an den Bischof zur Friedensvermittlung um diese Zeit fehlt in den Akten jede Spur. Sie ist auch nicht wahrscheinlich. Die letzte hessische Gesandtschaft an den Bischof, von der wir wissen, war die des Alexander v. d. Thann im October 1533 (vgl. oben S. 435 Anm. 2). Es folgte dann der auch von Kerss. (s. oben S. 454 ff.) mitgeteilte Briefwechsel des Bischofs und des Landgrafen im November über die Absendung der hessischen Prediger nach Münster. Weiter haben wir ein Beglaubigungsschreiben des Bischofs vom 2. Dez. für Johann v. Bueren als Gesandten nach Kassel. Die Antwort auf dessen Werbung liegt uns in dem Briefe des Landgrafen vom 24. Dezember vor (abgedr. bei C. A. Cornelius: M. A. II. S. 375 ff.), in dem derselbe dem Bischofe Rat und Hülfe verspricht, im Falle die Münsterer ihren Landesherrn in weltlichen Dingen beschweren und im Ungehorsam verharren würden. Aber er fügt hinzu: „So aber e. l. sie der religion halben angreiffen wolt, kont ich e. l. nit helffen.“ Am Schlufs des Briefes heifst es: „Darneben ist auch mein freuntlich bit, e. l. wolle dissen fastelawent (15.—17. Febr. 1534) bei mir zu Cassel kommen; wil ich mich mit e. l. allerlei e. l. und mich betreffen underreden. Und e. l. wolle ye nit ufsen bleiben ...“ Nachdem der Bischof dann bereits am 21. Jan. 1534 dem Landgrafen das Ueberhandnehmen der Wiedertäufer in Münster angezeigt und um Rat und Beistand gebeten hatte (s. M. G.-Q. II, 217 f.), lehnt er zunächst am 5., dann am 13. Febr. die geplante Zusammenkunft in Kassel ab. Am 26. Febr.

Digitized by Google

Monasterienses solennia pacis foedera sibi suisque non ita commoda per Lantgravium icta temere excusserint, nulla alia pacta ipsos in posterum servaturos.

Eberwinus Droste[1] cum Ioanne filio suo nec non Hermannus Schenckinck, iudex urbis, 12. Februarii principi pro vero referunt Hermannum Tylbechium, consulem, cum tota sua familia rebaptizatum esse, atque maiorem civium partem in eandem haeresin certatim incidisse, innocentes vero salutis suae discrimina effugientes cum coniugibus liberisque suis urbe excessisse et passim in oppidis pagisque vel inter sanguine sibi iunctos vel ignotos magno cum rerum suarum dispendio considere miseramque vitam agere; ipsos enim vel mortem oppetere vel extremam paupertatem perpeti malle, quam anabaptismo se contaminare et aeternae salutis naufragium facere. Se igitur pro illis in communi hac calamitate consilium, consolationem, praesidium auxiliumque a principe suppliciter implorare, ne diuturnum sit hoc exilium, sed priori libertati clementer restituantur. Ad quae princeps: Sibi istam civium calamitatem et anabaptistarum contumaciam ex animo displicere et nunc primum se intelligere, cur consules se sequestrem non admiserint, cur suam opem et consilium oblatum excusserint, *cur portis fere propinquum se excluserint concordiamque simulatam et discordem conciliaverint; se autem extremis suis viribus per gratiam Dei effecturum, ut boni cives se sibi curae esse intelligant et experiantur. Ne autem princeps sine consilio cleri primarii 12. Febr. *p. 440.

---

meldet er, dafs er sich „mit der eyll ... in rustunge und kegenwher" habe stellen müssen; dennoch hoffe er am 10. März in Arolsen den Landgrafen zu treffen. Doch schon am 1. März berichtet er wieder, dafs er nicht kommen könne, da die Wiedertäufer in Münster Zuzug erwarteten, den er verhindern möchte. Nochmals meldet er sich am 5. März zu einer persönlichen Zusammenkunft mit dem Landgrafen auf den 11. März in Böke im Paderborn'schen an. (Sämtliche Akten im Original im St.-A. Marburg.) Die Zusammenkunft fand Statt (vgl. das Hülfsgesuch des Bischofs bei Köln [St.-A. M. M. L. A. 518/19 III. fol. 253]), und weiter ist noch im März eine hessische Gesandtschaft an den Bischof nachweisbar. Der Gesandte Johann Nordeck kehrt am 21. März nach Kassel zurück und berichtet besonders über das Schicksal Joh. v. d. Wieck's (s. weiter unten).

[1]) Das Folgende ist nur von Kerss. überliefert.

Digitized by Google

in publica hac causa et miseranda rerum facie quicquam aggrediatur, proinde haec omnia sibi serio deliberanda per literas proponit, ut secum, quid in hac re opus sit facto, consultent. Eodemque die dioecesis praefectis satrapisque omnibus per scripta edicit[1], ut eos, qui anabaptisma aversati Monasterio excesserunt atque in pagis oppidisque passim per dioecesin fusi sese contineant, tueantur ac defendant tutumque ipsis commeatum suo nomine largiantur, sed anabaptistas comprehendant carceribusque constringant meritisque suppliciis et poenis subiiciant.

Eodem die virgines quaedam nobiles, sed vestales coenobii Aegidiani nec non Transfluviani philosophicae ac monasticae vitae pertaesae habitum votumque sui ordinis excutientes[2] coniugii capistrum subolis praetextu affectare videbantur non intelligentes, quantis molestiis, miseriis et calamitatibus ea vita infestetur. Parentes autem earum arcuatis curribus more nobilium huc advecti ad se eas blandis verbis revocare et ab hac impia vivendi ratione subducere moliuntur. Illarum vero quaedam „Redite," inquiunt, „domum neque nostri causa solliciti estote. Vos non estis parentes nostri, qui neglecto parentum officio in hunc locum mortis nos coniecistis, qui nos perpetuis flammis urendas tradidistis. Nos vitam honestam nobis et Deo acceptam eligimus. Redite ita cum bona pace domum[3]!" Quaedam etiam avehendae a parentum curribus a quibusdam subornatis retinctis vi rapiuntur, quibus vim gratam fuisse ferunt. Quaedam pudicitia adhuc integra parentum fletibus commotae salutaribus admonitionibus acquiescunt ideoque anabaptisticae, hoc est monstrosae libidini subtrahuntur. Multae quoque aliorum coenobiorum virgines hac grata occasione fruuntur[a].

[a]) *Ms.:* in hac grata occasione fruuntur.

[1]) Nicht mehr nachweisbar. Ein Befehl des Bischofs an die Amtleute, alle der Wiedertäuferei Verdächtigen zu verhaften, war bereits am 3. Febr. aus Wolbeck ergangen. Vgl. oben S. 487 Anm.

[2]) Das ist zuerst, wie Kerss. selbst berichtete, bereits früher geschehen. Vgl. oben S. 472 ff., wo auch der Brief, in dem der Bischof am 26. Januar der Aebtissin befiehlt, den Eltern und Verwandten der abtrünnigen Jungfern Mitteilung von dem Geschehenen zu machen.

[3]) Vgl. dazu die Anmerk. zu dem Berichte, den Kerss. bald weiter unten über die Familie Johann's v. d. Recke giebt.

Digitized by Google

Interim Monasterienses, ne ferientur, munitiones Schonefletae, arcis nobilium canonicorum in ripa Amasis extructae atque a Melchiore de Buren cellario habitatae, 15. Februarii 15. Febr.
*nocturna impressione tentare decreverant omniaque ad rem *p. 441.
conficiendam furtim apparantur[1]. Quae res cum ipsis proderetur, adversus futuram vim bombardis pulvereque tormentario ab episcopo subito petitis sese firmant[a]. Sed mutato forte consilio aliave causa intercedente expeditionem animo conceptam non suscipiunt. Profuerunt tamen huic arci non parum bellorum minae; ita enim tumultuario labore munitur, ut mediocrem impressionem sine magno incommodo sufferre possit.

Hermannus Tylbechius et Caspar Iudefeldus, consules, cum se furoris anabaptistici apud principem suspectos esse redditos sentirent, purgandi se causa haec ad principem 16. Februarii 16. Febr.
scribunt[2]: Sibi anabaptisma in urbe Monasteriensi coeptum aliosque mali exempli motus semper displicuisse seque adversus ea consiliis suis et ingenii viribus, quantum potuerint, pugnasse. Anabaptisma tamen contra suum mandatum, consensum et voluntatem primum irrepsisse, inde contra omnia huius anni consilia et propositum, cum illud citra sanguinis effusionem reprimere animus fuerit, praevaluisse. Se proinde tanquam innoxios ab omnis flagitii suspicione purgatos esse principemque rogare, ne quicquam mali de se suspicaretur; se enim nullius motus et schismatis esse auctores, sed repressores potius; ac, si opus sit, se ad pleniorem excusationem admittat neque benevolum et pristinum benignitatis animum a se alienet, sed, quid sibi sperandum sit, clementer respondeat.

Schedula Tilbechii literis superioribus inclusa: „Quod vulgaris fama me cum tota familia retinctum esse spargit[3], a veritate alienissimum est. Ubicunque autem princeps velit, me coram Deo, toto mundo atque omnibus hominibus ab isto crimine purgabo. Ne ergo animum priorem a me deflectas, precor.“

[a]) *Ms.:* firmat.

[1]) Der beabsichtigte Ueberfall ist nur von Kerss. überliefert.
[2]) Nicht mehr nachweislich. — [3]) Vgl. oben S. 502.

Digitized by Google

17. Febr. Ad haec princeps 17. Februarii[1]: „Vestram excusationem, vos neque anabaptismi, qui nunc in urbe invaluit, neque ullius mali exempli motus auctores fuisse, accepimus et intelleximus, unde non minimum animi dolorem accepimus. Nec dubitamus,
*p. 442. si ab initio seditiosos repressissetis *neque ipsis nimium indulsissetis, tardiores illos ad haec designanda fuisse neque nos neque vos ipsos tantis molestiis involveretis. Sed utut sit, scripta vestra et purgationem vestram penitius ad animum revocabimus mentemque nostram suo tempore latius declarabimus."

20. Febr. Ad haec consules 20. Februarii[2]: Cum se de anabaptismo et aliis mali exempli motibus in urbe Monasteriensi conceptis et concitatis superioribus scriptis apud principem excusaverint, sperasse se benignum responsum consecuturos fuisse, cum verissimum sit se his semper restitisse multisque laboribus et vigiliis contendisse, ne scelerata ista factio in Monasteriensem rempublicam irreperet, sed se in hunc usque diem operam illam frustra insumpsisse. Si igitur praeter meritum innoxiis nulliusque criminis consciis pericula sibi sint metuenda, se rogare, ut liberam securitatem per omnes principis regiones commeandi consequantur, ne forte a satrapis praefectisque impetantur et obruantur. Quid autem horum facturus sit, benigne respondeat.

Dum haec aguntur, Rothmannus, ne feriaretur, prophetarum monitu et Knipperdollingi impulsu ad suae factionis homines, qui passim in civitatibus propinquis, Osnaburgae, Zuzati, Hammonae, Wesaliae, Coesfeldiae, Warendorpiae, Alenae, Dulmaniae, Schopingae atque aliis locis metu supplicii latitaverant, quos ipse non aliter atque dux aliquis militiae suae inauctoratos milites noverat, scribit[3]: A Deo Patre prophetas duos ad se Monasterium missos, qui insigni pietate et vitae sanctimonia

---

[1]) Nicht mehr nachweislich. — [2]) Nicht mehr nachweislich.

[3]) Kerss. verbindet hier den Bericht H. Dorp's Bl. D 3 mit dem des Lambert Hortensius: Tumult. anabapt. (Ausgabe von Amsterdam 1636 S. 16). S. die Einleitung. — Von den Schreiben selbst, deren Inhalt Kerss. mehr mit Anlehnung an L. Hortensius als an H. Dorp wiedergiebt, scheint keines erhalten zu sein. Unter den beschickten Städten werden Ahlen und Schöppingen nur von Kerss. genannt. — Um dieselbe Zeit, Mitte Februar, fand die Aussendung Jakob's von Osnabrück in die Jülichschen Lande statt. Quellen und Literatur darüber s. oben S. 448 Anm.

Digitized by Google

sint illustres verbumque Dei pure et sine ulla humanae fecis admixtione incredibili quadam facundia atque suavitate doceant. Si proinde saluti suae consulere velint, cum uxoribus liberisque relictis opibus terrenis ad se veniant, novam suam Hyerosolimam et Syona *templumque Salomonis verum ac aeterni Dei *p. 443. cultum explosa omni idolomania in eo secum instaurent. Ipsos praeter coelestem thesaurum satis opum habituros. Haec ubi fama urbes et pagos passim pervagaretur, tanta undique hominum copia novitate nominis et rerum inflammata accurrit, ut egressorum civium iacturam non solum pensaret, sed et superaret.

Huc igitur viri cum uxoribus liberisque, huc viduae, huc virgines, huc mulieres relictis domi maritis suis, huc mariti absque coniugibus advolant; huc nobiles atque ignobiles commeant, huc milites et pagani coeunt, huc ex Hollandia et Frisia, ex Brabantia circumfusisque provinciis, oppidis pagisque quam plurimis confluunt. Huc Henricus Krechtingus, Schopingensis gogravius, cum uxore liberisque contendit[1] magnam istius oppidi multitudinem civium secum adducens. Qui cum aliquot plaustris bene onustis in itinere, cum unum abesset miliare ab urbe, prope tabernam meritoriam a saliceto denominatam a Ioanne Sendano, Nortwoldiensi gogravio, 14. Februarii interceptus 14. Febr. temeritatis suae dedisset poenas, nisi filius suus in ipsa impressione capientium manus elapsus centum retinctos in praesidium ex urbe subito accersivisset patremque carceris custodibus gra-

[1]) Diese Nachrichten über Heinrich Krechting bietet nur Kerss. Uebrigens war Heinrich Krechting schon in Schöppingen mit Johann v. Leiden persönlich bekannt geworden. Johann sagt aus, „... wie er dan ock to Schoppingen in der nacht gedrungen, so Henrich Krechtingen magt kranck gewesen, de solde he dopen, und solde gesunt werden“ (M. G.-Q. II, 417 f.). — Heinrich Krechting wurde später Kanzler des Königs. Sein Bruder Bernhard giebt im Verhöre vom 25. Juli 1535 an (M. G.-Q. II, 381), er sei, seiner Meinung nach, entkommen. So sagt auch H. Gresbeck S. 36: „Derselve cantzler hadde dat leven beholden.“ Am 7. Mai 1536 werden vom Bischof Franz den nachgelassenen Kindern Heinrich's die konfiszierten Güter u. s. w. ihres Vaters aus Gnaden wieder überlassen, mit Ausnahme des Wohnhauses in Schöppingen und dessen, was vom Bischofe aus dem Nachlasse bereits an Andere vergeben worden war (Urkunde bei J. Niesert: U.-S. I. S. 231 ff.). — Ueber das weitere Schicksal Heinrich Krechting's s. S. 512 ff. Anm.

Digitized by Google

viter ea nocte vulneratis ipsoque Ioanne Sendano fuga sibi consulente e vinculis eripuisset. Hic cum in urbem venisset, nostras aedes praecipuo foco commodioribusque cubiculis raptis sibi facit plus quam communes. Huc Hermannus Regewart,
17. Febr. pastor Warendorpiensis, 17. Februarii multos secum adducit[1]; huc dominus Bernardus Krechtingus[2], Gilthusianorum parochus, magna cum paroecianorum copia, huc Petrus Sweringus Coesfeldianus[3] cum uxore, pecuniis (fuit enim dives) et eiusdem oppidi civibus non paucis, huc Wernerus Scheiffort nobilis[4],

---

[1]) Ueber seine bisherige Wirksamkeit in Warendorf vgl. oben S. 397 ff. Als Tag seiner Ankunft in Münster erwähnt er selbst in seinem Geständnisse (J. Niesert: U.-S. I. S. 26) den 17. Febr. 1534. Er giebt weiter an, „dat Hynricus Maren eyn halff jar bynnen Warendorp uth begerten des raedts gewest, dar sulvest umtrent dertich gedopt, darna schrifft gekregen, dat he myt sampt den gedopten bynnen Munster komen solde." Auf ernstliches Ansprechen dieser Getauften hin sei er, Regewart, dann auch nach Münster gezogen.

[2]) Bernhard Krechting, Heinrich's Bruder, war vielmehr schon im Jahre 1533 in Münster. In seinem Bekenntnisse vom 25. Juli 1535 (M. G.-Q. II, 379 f.) sagt er aus, er sei Hausgeistlicher beim Grafen von Bentheim gewesen, habe dann in der Grafschaft ein Pfarramt (zu Gildehaus) erlangt, das er aber habe aufgeben müssen, „so sine predicait minem g. h. van Gelre niet en gefeil." Vor der Verfolgung habe er zu Münster Sicherheit gesucht und sich da „einfoldigh und nae dem wort Gaetz holden wellen und also III verdel iairs dair binnen gegangen und sich geins predichens wellen onderwinden. Dairna is ein disputation des wederdoeps halven aldair enstanden" (Aug. 1533), „und asdoe is hy voir einen predicant verordent, dat hy doe annemen und niet weigeren moeste."

[3]) Vergl. über ihn das oben S. 470 Anm. angeführte Bekenntnis des Coesfelder Bürgers Lubbert Wydouw vom 14. Februar.

[4]) Auch hier ist Kerss. chronologisch ungenau. Werner Scheiffert von Merode nämlich ist nach einem Briefe der Clevischen Kriegsräte vom 16. Mai 1534 an den Herzog Johann (M. G.-Q. II, 233 f.) erst an Christi Himmelfahrt (14. Mai) „in die stat Munster gelauffen und hat zwei perde und darzu sin kleider, die in guter achtung, hinder sich gelassen." „Es hat," fügt der Brief dann hinzu, „des iederman, der ine gekant, ein grofs verwunderen." Scheiffert ist am 5. Dez. 1534 wieder aus Münster entflohen, wurde aber gefangen genommen. Sein Bekenntnis vom 11. Dez., das Kerss. weiter unten benutzt, erwähnt Zeit und Art seines Ueberlaufs nach Münster nicht. Ueber ihn vgl. auch J. Habets: De Wederdoopers te Maastricht (Roermond 1877) S. 228 ff.

Digitized by Google

huc Ioannis[a] de Recke Dremstenfurdici uxor deserto marito adest neque satis sibi esse putavit duas filias suas, Transfluviani coenobii vestales, hac impietate imbui, nisi et tertiam natu minimam, quanquam Conrado de *Doerloe desponsatam, imo seipsam * p. 444. perdendam adduceret[1].

Circa haec eadem tempora Ioannes Matthisson propheta in omnem effusus libidinem retinctos utriusque sexus in aedes Knipperdollingi satis amplas nocturno tempore clam convocat[2].

[a]) *Ms.:* Joannes.

[1]) Die übrigen Quellen sprechen nur von einer Tochter Johann's v. d. Recke, die Nonne im Ueberwasserkloster gewesen sei. Am ausführlichsten berichtet P. Plateanus a. a. O. Bl. C 4v u. C 5: „Erat autem inter eas quaedam Dorothea nomine, nobili et vetere familia orta. Ad hanc domum reducendam pater Iohan von der Reck, cum eas turbas audisset, uxorem misit et alteram filiam virginem. Quibus etiam ipsis mens a pseudoprophetis excantata est, et rebaptizatae manserunt Monasterii. Senex tandem frustra diu expectatas sequitur multisque precibus et blandimentis colloquio earum vix impetrato ita infit uxor: „Iohan von der Reck, si baptizari vis, ad nos accede; sin aliter es animatus, tu meus maritus non es.“ Et filiae „Nec noster,“ inquiunt, „es pater.“ Itaque infelix a suis spretus et reiectus animo confusus multumque lachrymans solus domum rediit.“ — Ueber die Taufe gesteht Knipperdolling am 21. Jan. 1536 (M. G.-Q. II, 409): „Die van der Recke was irstlich in Rotmans huifs, und dar wart ir und iren doechtern das wort vurgehalten. Die eine dochter fiel irst uf ire knee und entfingh die dof, dar nach die ander, und zum lesten die moder. Knipperdollinck nam sie darnach VIII oder IX dage in sin huifs.“ — Nach D. Lilie S. 224 ist die Mutter „mit eren dochteren in Munster gekomen und wolde erhe dochter, de se to Overwater im cloister hadde, heimesoken; dan se is binnen Munster mit den dochteren gebleven unde leten sick tosamende dopen ...“ — Am 3. Juli 1535 stellten Johann v. d. Recke zu Steinfurt der Aeltere, Johann v. d. Recke der Jüngere, Gert v. d. Recke und Dietrich v. Galen dem Bischofe einen Revers aus, worin sie sich mit 6000 Gulden für die begnadigte Mutter und die begnadigten Schwestern Dorothea, Anna und Margaretha v. d. Recke verbürgten (Konzept im St.-A. M.). Doch fiel Anna v. d. Recke schon sehr bald wieder dem Anabaptismus zu (vgl. L. Keller in der „Westdeutschen Ztschr.“ Jahrg. 1 [Trier 1882] S. 457). — Ueber die Hinneigung Johann's v. d. Recke zum evangelischen Glauben s. Herm. Hamelmann S. 1309 f. Vgl. auch C. u. O. v. d. Recke: Gesch. der Herren v. d. Recke (Breslau 1878) S. 160 ff.

[2]) In keiner Quelle, selbst nicht in den Schriften der heftigsten Gegner der Wiedertäufer, findet sich für die im Folgenden von Kerss. er-

Digitized by Google

Quo cum convenissent, ibi propheta stans sub aeneis candelabris in media domo a trabe dependentibus, quibus tres cerei ardentes superimpositi fuerunt, circumfusam in orbem multitudinem docet et multorum circumstantium tectos ignes prophetico suo spiritu exuscitat et inardescere fecit. Inde cap. 1. Geneseos subiungit. Ubi vero haec verba recitasset: „Crescite et multiplicamini et replete terram[1]," cereos ardentes extinguit. Quae tunc per noctem istam flagitia promiscue sine verecundia et pudore sint commissa, propheta in sinu puellae satis inverecunde deprehensus declaravit. Hanc rem igneum baptisma appellabant. Neque haec falsa esse credideris. Nam cum ignei baptismatis passim per urbem fieret mentio nec tamen quisquam, quid esset, intelligeret, mulier quaedam a Weslingo, hospite meo, unius siliginis precio illud explorandi causa conducta est. Quae cognito retinctorum symbolo pylorum fefellit et clam se in istas aedes ingessit omniaque vidit nobisque narravit.

Ioannes Wyckius, syndicus urbis, quem plerique multorum motuum et urbanae potissimum rebellionis adversus principem et clerum auctorem esse affirmabant, proceres ac opulentiores excessisse, homines vero leves et inutiles successisse ipsis conspiciens de hac republica actum esse animadvertit neque eam seditiosis consiliis perditam pristinae dignitati se restituere posse putavit. Ideo se quoque subduxit[2]. Verum cum omnibus a

---

wähnte Feuertaufe des Jan Matthys irgend ein Anhalt. Das Gerücht von solchen Zusammenkünften und dem Treiben dabei mag verbreitet gewesen sein, ebenso wie man von der Verabreichung von Zaubertränken durch Rothmann redete (s. oben S. 484). Schon C. A. Cornelius (M. G.-Q. Einl. S. 51) tadelte scharf die Leichtgläubigkeit und Kritiklosigkeit, mit der Kerss. hier auf die blofse Aussage einer gedungenen alten Frau hin den Inhalt des Gerüchtes als Wahrheit hinstellt.

[1]) Genes. 1, 28. — [2]) Wann v. d. Wieck Münster verliefs, ist aus den Quellen nicht zu ersehen. Am 20. Februar aber wufste der Rat von Münster, dafs sein Syndikus gefangen von Bevergern nach Iburg geführt worden sei. Ueber die letzten Schicksale v. d. Wieck's sind nur kurze Nachrichten erhalten. Nach H. Dorp, der aber die Flucht falsch nach dem 27. Febr. ansetzt, ist er „erbermlich um sein leben bracht" worden (s. Bl. D 4v; vgl. auch Bl. E 1). Ebenso kurz berichtet Dietrich von Hamburg Bl. A 2 und A. Corvinus: Acta etc. Bl. A 4v. Ausführlicher sind Kerss. und Herm. Hamelmann S. 1207 f. Doch kennen wir ihre Quellen nicht

Digitized by Google

principe circumquaque per dioecesin praefectis, satrapis ac gograviis diligens viarum observatio serio demandata esset, ne Wyckius elaberetur, captus itaque primum Bevergernam, inde Iburgum, tandem Vastenovam deductus Eberardi Moringi, ibidem satrapae, fideli custodiae committitur. Senatus syndicum suum captum accipiens pro *eius liberatione apud principem suppli- *p. 445.
cibus scriptis 20. Februarii emissis instat, cum anabaptismo, 20. Febr.

---

mehr, die sich einander ergänzen. Weiter haben wir in der Biographie v. d. Wieck's durch Th. v. Hase beachtenswerte Nachrichten („Bibliotheca Bremensis" Classis 2 fasc. 1 [Bremae 1718] S. 164 ff.), die auf die Erzählung eines bei der Gefangennahme des Syndikus Beteiligten zurückgehen. Es ist der Bericht eines Bremer Bürgers Hermann Kreffting. Alle folgenden Notizen und den Text der Relation Kreffting's verdanke ich der Güte des Herrn Archivar Dr. W. v. Bippen in Bremen. Herm. Kreffting, geb. 1528, gest. 1607, war der Erste seines Geschlechtes, der sich in Bremen niederliefs, wo sein Sohn Heinrich, gest. 1611, als Bürgermeister und Staatsmann eine hochangesehene Stellung einnahm. Die Denkwürdigkeiten seiner Familie, die er etwa 1590 für seine Kinder aufzeichnete, beruhen durchweg auf mündlichen Erzählungen seines Vaters Heinrich (nicht, wie Th. v. Hase sagt, Engelbert, denn dieser war der Grofsvater Hermann's), des Grafen von Sandwell. Zur Grafschaft Sandwell vgl. A. Tibus: Gründungsgesch. (Münster 1885) S. 308. — Das Manuscript Herm. Kreffting's ist im Original, wie es scheint, verloren, doch sind in Bremen zwei Abschriften aus dem Ende des vorigen oder Anfang dieses Jahrhunderts, die beide nach dem Original gemacht zu sein scheinen, oder nach einer von dem Enkel des Verfassers gefertigten Kopie des Originals. Die hierhergehörige Stelle lautet: „Underdefs droog sick de fall to, dat de Bremer syndicus doctor Wyk genand dorch dat stifft Münster reisede; de quam in ener harberge mit den Münsterschen wigelbischopp to disputeren und quemen also hart an einander, dat doctor Wyk gefangen und up dat hus to Horstmar gebracht wurd. Aldo brochte de wigelbischopp eine klage so hoch by dem bischopp und domcapittel an, dat se an mynen vader en mandat schickeden, dat he den doctor als einen ketter scholde laten verbrennen, worjegen he an den bischup was gereden und darjegen geprotestert, ock synen denst opgesecht, worto he den orsake hadde, dat en generalmandat an alle amtlüde was gesand, dat se alle, so Lutherischer lehre anhängig, solden gefenklich intehn und na dem hus Bevergeerden senden. Mittlerwyle leten de dompapen den doctor Wyk den kopp by nachte affschlahen und wart in dem walle up dem huse Horsthmar begraven." — Th. v. Hase hält sich genau an diesen Bericht, irrt sich aber, wie in der Angabe des Namens des Grafen, so auch in der Bestimmung der Zeit, die er irrtümlich in den November 1533 ansetzte. — Herm. Hamelmann, der die

Digitized by Google

qui vires et incrementum (pro dolor) in civitate sumpserit, addictus non fuerit[1]. Princeps Wyckium non ut anabaptismo addictum, sed ut seditiosum captum esse respondet[2]. Male enim principem habebat Wyckium clero catholicisque omnibus infensum seditiosis suis consiliis senatum urbis contra se semper animasse. Tanto enim odio in clerum flagrabat, ut etiam falsa persuasione seductus adversus ipsum et episcopum multa consuleret, quae tamen in civium et senatus tandem perniciem praeter spem et opinionem suam redundabant. Ipse sua eloquentia et iuris scientia confisus usitatis et veteribus abolitis inusitata et nova reduxit ac non solum in senatu, verum etiam in plebe aemulationem movit, partes fecit, factiones dissidiaque concitavit. Ipse suo exemplo docüit mercenariam illam iurisprudentiam in curiam admissam nihil nisi conspirationes, sedi-

---

Gefangennahme v. d. Wieck's in die Nähe des Schlosses Vörden versetzt, berichtet auch von dem besonderen Anteil einiger Domherren an der Verurteilung und Tötung des Syndikus. Seinen Tod aber erlitt v. d. Wieck in Fürstenau. Vgl. weiter unten. — Der Gograf Heinrich Kreffting entfloh nach Münster, ward dort der Wiedertäuferei anhängig und entkam nach Ueberwältigung der Stadt zunächst nach Oldenburg und dann nach Goedens in Ostfriesland, wo er nach der Angabe des Krefftingschen Stammbaumes 1580 gestorben ist. Nach weiterer gütiger Mitteilung des Herrn W. v. Bippen identifizierte die Familientradition Kreffting mit Krechting, wie sie auch den Namen des Geschlechtes von einem Schlofs Krechting bei Wesel ableitet. Schon Herr v. Bippen sprach die Vermutung aus, dafs Heinrich Krechting, der Münstersche Wiedertäufer, seinen Namen später in Kreffting abgewandelt habe. Die Vermutung wird unterstützt durch die Nachrichten, die L. Keller in der „Westdeutschen Zeitschrift" Jahrg. 1 (Trier 1882) S. 433 ff. über die weiteren Schicksale Heinrich Krechting's veröffentlichte, der nach seinem Entkommen aus Münster sich zunächst nach Lingen wandte und sich dann im Oldenburgischen „zum Führer der ganzen münsterischen Richtung des Täufertums aufwarf und in den nordwestdeutschen Gegenden Jahre hindurch der Mittelpunkt der Parteibestrebungen gewesen ist."

[1]) Orig. des Briefes im St.-A. M. Abgedr. bei J. Niesert: U.-B. I[1]. S. 236. Es heifst dort: „... dewyle dan desolve unse sindicus des handels der wedderdoepe, so sick leyder in unse stadt erhaven, to gyner tidt anhengich, dan steitz dar entegen gewest ..." Der Brief giebt auch Bevergern und Iburg als Orte der Gefangenschaft v. d. Wieck's an.

[2]) Irgend eine schriftliche Aeufserung des Bischofs über sein Vorgehen gegen v. d. Wieck liegt nicht mehr vor.

Digitized by Google

tiones et inimicitias inter subditos parere. Hic docuit levem ob causam et de lana saepe caprina contendendum esse, et opulentiam ex sudore et visceribus civium parandam. Expedit ergo reipublicae nullum mercenarium patronum, qui servilem illam et mercenariam iurisprudentiam exerceat eamque prostituat et in quaestu habeat, in curiam admittendum esse. Ille enim insatiabili avaritia excaecatus divina et humana pariter lucri gratia miscet, omnia iudicia et leges in sua libidine habet, iustitiam polluit et malis exemplis etiam inter posteros evertit; ille in consilium adhibitus non aliter lites, quam miles bellum suadet, nam lites pendere diu vindemia magna est. Ita enim callidis verborum anfractibus, ita versutis ambagibus vivos omnes ad suam molam deducit, ut ne lympha quidem alienis supersit. Hoc genus aucupum quidvis praeter quietem civibus precatur, civem adversus civem venali interdum lingua incitat, interdum scriptis suis omni calumniarum lascivia refertis irritat suisque persuasionibus vaferrimis in mutuam perniciem armat, unde magnarum saepe calamitatum homines isti mercenarii in republica sunt auctores. Chilo enim eam rempublicam *optimam * p. 446.
esse pronunciavit, quae maxime leges, minime autem rhetores audiat[1]. Arcendi igitur sunt tales homines non solum a curia et consiliis, verum etiam a civitatibus et rebuspublicis. Nam quemadmodum ubi multi sunt medici, ibi multi morbi grassantur, ita quoque ubi multi sunt iurisperiti lucri gratia sacrosanctam iurisprudentiam turpiter prostituentes, ibi multas lites esse credibile est.

Post dies aliquot cum Moringus temporis fallendi causa in alveolo cum captivo luderet, nuncius cum literis et carnifice celeriter a principe missus intervenit. Moringus lectis literis, unde doctorem decollandum esse intelligit, subito expalluit. Cum vero doctor, ecquid ita istis literis exterreatur, sciscitaretur, satrapa ingemuit neque verbum ullum proloqui potuit. Doctor instat causamque palloris ipse quoque perculsus sibique male metuens inquirit. Ibi Moringus: „Domine doctor," inquit, „de tua vita agitur; princeps misso spiculatore te protinus obtruncandum esse iubet," simulque literas ipsi legendas exhibet. Qui-

[1]) Plutarch: Convivium septem sapientum. 154, F.

Digitized by Google

bus lectis protinus terrore attonitus et stupefactus nullum membrorum movit. Inde ubi cor excusso primo pavore iterum palpitare coepisset et membris pristina vis reddita fuisset, in lachrimas erumpens gravibus suspiriis et querimoniis vitam, eloquentiam et fastum suum deploravit, culpavit et damnavit ac, quanquam principem clerumque offenderit, se tamen non clam occidendum, sed publico iudicio sistendum et condemnandum esse proclamat. Quod enim senatum contra principem et clerum animaverit, quod Smalcaldicum foedus suscipiendum esse consuluerit aliaque multa suaserit, evangelicam libertatem postulasse, quam adversus satanicam cohortem cum vitae etiam discrimine propugnandam cum syndicatu susceperit. Moringus sermonem interrumpens, ne in se culpam necis transferat, precatur; se enim ad mandati episcopalis executionem iurisiurandi religione astringi, se principis scriptis obsequi oportere. Ad quae Wyckius: Satrapam Deo potius quam homini impia iubenti obtemperaturum; cogitet se rationem huius furtivae et calamitosae caedis cum
*p. 447. suo episcopo non homini, sed Deo, iusto *iudici, redditurum. Frustra autem haec verba effundit, frustra imparatus verborum multitudine paratos remoratur. Adest enim mandatum principis non temere iubentis, adest carnifex ad stringendum gladium instructus, adest parochus, conscientiae tristis consolator. Solus Wyckius imparatus subterfugia necis quaeritat, parochum aversatur et contemnit, sibi vim fieri queritur. Ubi vero querimonias et lamenta nihil sibi prodesse nullamque spem evadendi superesse videt, necessitati parendum esse iudicat. Committens itaque Deo animam spreto sacerdote flexis genibus manibusque complicatis erectam cervicem carnifici incidendam praebet. Cadaver autem in vallo sepelitur[1]. •

[1]) Auch die Zeit, wann v. d. Wieck in Fürstenau ums Leben kam, steht nicht fest. Aber schon am 21. März schreibt Joh. Nordeck dem Landgrafen Philipp in einem Bericht über seine Sendung an den Bischof Franz (Orig. im St.-A. Marburg), er sei heute nach Kassel zurückgekehrt. Dr. Wieck's wegen habe er die Antwort empfangen, „das s. f. g. das bescheen anpringen bey eigener botschaft wolt beantworten." Er fährt fort: „Und zeige e. f. g. dabeneben an, das ich von meinem g. junckern von Bevern so vil vermerckt, das zu besorgen, doctor Wieck sei nit noch im leben." Die Bestätigung dafür, dafs v. d. Wieck heimlich, und

Digitized by Google

Caspar vero Iudefeldus, consul, etsi principem negligentia regendi offensum sibi habeat, liberius tamen urbe et anabaptistis, quos serio aversabatur, relictis Hammonam concessit[1]. At Hermannus Tylbechius mentem suam non celans diutius, sed eam ex umbra in solem producens totum se anabaptismo dedit atque in urbe manet.

---

zwar in Fürstenau, hingerichtet wurde, giebt uns ein Brief des Herzogs Ernst von Braunschweig-Lüneburg an den Kurfürsten Johann Friedrich von Sachsen vom 11. Mai, in dem es heifst (M. G.-Q. II, 232): „Es ist der frum doctor Vick vam bischopf boslich erwurget wurden. Dan wie woel man aigentlich weis, daes er einen zu der Fastenaw haimlig had laessen daes haubd abslahen, so had er doch mainem bruder und mir gescribben, das er aus drubsal gestorben und zich alsso ergremt habbe“ (vergl. dazu den Bericht Herm. Hamelmann's S. 1208). „Man sagget hier,“ schreibt der Herzog weiter, „und ist ruchtig, das mans van den scharfrichtern gehoert, das er nichtz gebeten, doen ursach im zuvor melden, vorummche man in gedechte zu doten. Darauf sael man im geantwort habben, er sich da mit nicht bekümmer; hedde er den doet nicht wordient, man wurden in nicht doten. Und ist warlig hoch erbarmlig, daes der frum, erliche mahen ... alfso iemmerlig unvorclagt und alfso in geheim seins lebens beraubt. Ich zweivelle nicht, der almechtige Got wirtz rechen und dem bischopf seins vorhabbens zu schanden machen.“ — Herm. Hamelmann a. a. O. beschliefst seinen Bericht über v. d. Wieck's Ende mit den Worten: „Fama quoque referebat, episcopum illius facti valde poenituisse et semper conquestum fuisse id dumherorum Monasteriensium instinctu factum.“ — Der Eindruck des Verfahrens des Bischofs gegen v. d. Wieck hat lange nachgewirkt. Vgl. den Brief des Kurfürsten Johann Friedrich von Sachsen vom 20. Sept. 1534 an den Bischof Franz (bei L. Keller: G. d. W. S. 321), in welchem dem Bischofe jede fernere Hülfe versagt wird, falls er keinen Unterschied mache zwischen den Anhängern der Wiedertaufe und denen des Evangeliums, „wie sich dann solchs aus der bescheenen handlung, die sich mit doctor Wicken seliger zugetragen, wol erzaigt hat.“ — Auch gegen die einstigen Begleiter v. d. Wieck's auf dem Schmalkaldischen Bundestag zu Höxter (s. Bd. 1 S. 305), gegen Schroderken und Ummegrove, richtete sich die Verfolgung des Bischofs. In dem oben citierten Gesandtschaftsbericht meldet Joh. Nordeck weiter: „Und warlich, uff des cappittels angeben wirdt einem der abgewichenen burger Caspar Schrorick“ (so statt Schroderken) „genant hart nachgestelt umb deswillen, das er mit doctor Wieck uff tage zu Hoxer bei e. f. g. gewesen.“ Aus einem Briefe Joh. Ummegrove's an den Bischof vom 5. Mai 1534 (Orig. im St.-A. M.) ersehen wir, dafs Ummegrove das freie Geleit aufgekündigt war.

[1]) Durch Vermittlung der Kurfürsten von Köln und von Sachsen erlangte er später die Gnade des Bischofs wieder. S. weiter unten.

Digitized by Google

Quidam factiosorum in omnem effusi libidinem tanta intemperantia bacchanalia celebrant, ut non solum helluando, potando et crapulando sese fatigarent, verum etiam varios ludos et spectacula in contemptum et ludibrium catholicorum publice exhiberent[1]. Quendam enim verberonem ementito morbo gementem in lectum currui impositum collocant, ad cuius pedes alius quidam scurra sacerdotis veste stolaque personatus sedere fingitur altera aspergillum, altera vero manu librum sustinens et vitreis perspicillis nares constringens multa inepta obscura voce legit. Hunc currum sex flagriones more equorum copulati per omnes urbis vicos trahunt, quorum duo Franciscanorum, duo Teutonicorum dominorum et reliqui duo Ioannitarum amictu vestiti fuerunt. Aurigam vero personatum episcopum faciunt. Hupertus quoque Ruesscherus, procerus quidam faber ferrarius, nigri monachi amictu vestitus aratro iungitur adhibitis quibus-
*p. 448. dam, qui *per ludum iocumque flagris et scuticis bipedem istum caballum per omnes plateas impellerent. Caspar Borchardi, nasutus quidam nebulo, cuius mater ante annos aliquot, cum in palo numellario ignominiae causa se aliquamdiu spectandam exhibuisset, urbe profligata fuerat, Hiltropiae in pago urbi vicino fasci virgarum incumbens a suae farinae satellitio psalmos boante in publica processione crucibus vexillisque praegestatis et omnibus campanis pulsatis circum coemiterium portatur, quasi reliquias Sanctorum arculae inclusas summa cum veneratione circumgestassent. Taceo hic reliqua nugarum genera a triverberonibus passim exhibita, quae, ne simplices offendantur, silentio praeterire quam publicare praestat.

21. Febr. Hinc Henricus Rollius 21. Februarii a retinctis cum plena auctoritate conscribendi milites, cum obsidionem sibi metuerent, in Hollandiam emittitur. Qui non procul a Traiecto captus pecuniis emunctus anabaptista esse deprehenditur. Itaque igni adiudicatus poenas transfugii ab ecclesia catholica pendit[2].

---

[1]) Das Folgende ist nur von Kerss. berichtet.

[2]) Vgl. oben S. 421 f., wo auch die Literatur über Roll angegeben wurde. Roll begab sich zunächst nach Wesel. Ueber seine Wirksamkeit dort geben die Bekenntnisse der Weseler Wiedertäufer vom Jahre 1535 (abgedruckt von K. W. Bouterweck in der „Zeitschr. d. Bergischen Ge-

Digitized by Google

Princeps propius ad urbem accedens cum instructissimo equitatu altius de rebus futuris et obsidione cum dioecesis proceribus acturus 23. Februarii[1] Telgetum ingreditur et superioris memor captivitatis excubias tam diurnas quam nocturnas diligentiores agit, ne a Monasteriensibus circumveniatur. 23. Febr.

Eodem etiam die[2] comitia novi senatus creandi gratia habita sunt, in quibus Henricus Redeker, tribunus plebis, populum admonuit, cum hactenus senatus ex instinctu carnis sit designatus, nunc suggestione spiritus eundem esse eligendum[3]. Primum ergo suffragatores decem de more in curia tributim deliguntur[4]: ex tribu Martiniana Hermannus Boemer et Andreas Werdenus, coriarius, ex tribu Lambertina Conradus Cruse et Henricus Loeman, alutarius, ex tribu Ludgeriana Bernardus Boentruppe *ac* p 449. Ioannes Lepper, ex tribu Aegidiana Albertus Geisthovell et Ioannes Redeker, ex tribu Mariana Antonius Grotevader, ex Iudefeldana Hermannus Foecke. Hi conclave senatorium ingressi 24 homines non solum abiectissimos, verum etiam sceleratissimos et vix dignos, quibus vel portarum vel carcerum urbis vel pristini senatus equorum canumve custodia committeretur, ad gubernacula civitatis suscipienda eligunt, qui occasu urbis magistratum suum finire cupiebant[5]. Hi postridie, nempe 24. Februarii, diversa inter se officia distribuunt hoc modo: Consules constituuntur Bernardus Knipperdollingus, Gerhardus Kippenbroich, pannicidae; aediles Ioannes Daventriacus, Christianus 24. Febr.

---

schichtsvereins" Bd. 1 [Bonn 1863] S. 360 ff., Separatabdr. S. 81 ff.) einige Aufschlüsse. Zuletzt war er in Maestricht thätig. Vgl. dazu J. Habets a. a. O. S. 104 ff., 133 f., 152 u. 227. Hier ist er am Anfang Sept. 1534 verbrannt, nicht zu Utrecht, wie Kerss. fälschlich angiebt. Die Quellen dafür bei C. A. Cornelius: M. A. II. S. 341.

[1]) Auf den Abend dieses Tages hatte der Bischof am 17. Febr. von Iburg aus die Ritterschaft gerüstet nach Wolbeck entboten (Konzept des Befehls im St.-A. M.). Der Bischof selbst verblieb zunächst noch in Telgte. — [2]) Es war der zur Ratswahl übliche Tag, der erste Montag in den Fasten. — [3]) Das berichtet Kerss. nach Joh. Fabricius Bolandus: Motus Monast. Bl. H 8. — [4]) Ueber die Form bei der Ratswahl und über die Ratsämter s. Bd. 1 S. 105 ff — [5]) H. Gresbeck S. 18 sagt: „Und alle die iene, die sie do in den rait setten, dat weren al mit einanderen wederdoepers, dat sie wolden einerlei luede sein."

Digitized by Google

Woerdeman, butyropolae; praetoris urbani assessores Christianus Kerckerinck, patricius, Henricus Pantes[1] faber ahenarius; oenoprostatae (vini praefecti) Ioannes Palck, faber ferrarius, Henricus Rodde, aurifaber; quaestores seu grutae praefecti Conradus Cruse, Nicolaus Snider; cervisiae praesides Ioannes Ossenbeck, Bernardus Boentruppe, lanio; xenodochii praesides Ioannes Koeninck,
*p. 450. Gerardus Reyninck; *leprosorum praesides Lucas Gruter, Gerardus Pruesse, coriarius; Antonianae domus praesides Stephanus Kopperschleger, oenopola, Hanso ab Borstel alias Menkenus, aurifaber; lateritii operis praefecti Nicolaus Stripe iunior, pannicida, Engelbertus Edinck; eleemosynae praefecti Bernardus Picker, Albertus Geisthovell, pistor; assessores vrigravii Bernardus Olieschleger, Henricus Pothgen, sutor.

Sub hoc magistratu superiori sceleratiore nihil supellectilis nihilque pecuniae efferre, sed quaelibet flagitia quantumvis enormia impune committere licuit. Nam catervatim, quasi scelera inter se partiantur, incredibili amentia et nocendi studio flagrantes 24. Februarii per urbem grassantur. Hi Nitzinganas vestales terrent[2], illi fratres Fontissalientis adoriuntur, hi Geor-

---

[1]) Im Mscr. verschrieben für Henricus Xantus, den Kerss. später als einen der zwölf Aeltesten, dann als einen der Rüstmeister und weiter als einen der Herzöge des Königs aufführte. Die Namensform Pantes ist in einzelne spätere Handschriften übergegangen, während andere die richtige Form haben. In der von C. A. Cornelius: M. A. II. S. 308 ff. veröffentlichten, aus dem 17. Jahrhundert stammenden Zusammenstellung der Münsterschen Ratsherren und Korgenoten, deren angeführte Namen sich sonst auch hier ganz mit den von Kerss. gebotenen decken, ist S 312 neben Kerstien Kerckerinck Henr. Sanctus als Richtherr angegeben.

[2]) Viele Einzelheiten dazu bietet die Niesingschronik (M. G.-Q. II, 430 ff.). Aus ihr geht hervor, dafs Beunruhigungen der Nonnen bereits am 21. und 22. Febr. stattgefunden hatten. Am 24 Febr. wurde ihnen die Wahl gestellt, entweder das Kloster zu räumen, oder sich taufen zu lassen. Am 25. Februar begann die Plünderung. Die Chronik zählt eine Reihe der Kostbarkeiten auf, die geraubt wurden. Sie berichtet auch, wie es durch List gelang, die Wegnahme der Rentbriefe und des wertvollsten Kelches zu verhindern. Sehr lebhaft ist dann die Austreibung der Schwestern am 27. und 28. Februar geschildert, die alle ohne Ausnahme aus Münster weichen mufsten, da sie das Ansinnen, sich taufen zu lassen, standhaft zurückwiesen. Die Chronik führt schliefslich die Namen der 55 ausgewiesenen Schwestern an.

Digitized by Google

gianos invadunt, illi in Ioannitas reliquaque urbis coenobia et sacras aedes impetum faciunt, vestes, pecunias, supellectilia et quaecunque sibi usui futura existimabant diripiunt. Neque a templis sibi temperant; argentum, aurum, pallia sacra, calices ornamentaque omnia in Dei cultum et ministerium dedicata auferunt fiuntque impurissimorum verberonum, scortorum et militum vestitus et stipendia. Nihilque a rapina et depraedatione tutum fuit. Imagines ex superioribus motibus reliquas confringunt aut rasis parietibus deturpant. Sacellum D. Antonio iuxta portam Mauritianam *concecratum ereptis bonis mobilibus de- *p. 451.
moliuntur. Sed nulla vis etsi saepe tentata sacello D. Ludgeri nocere potuit[1].

Inde eodem die[2] circa horam quartam vespertinam Bernardus Mumme verberonum agmen secum ducens aedituum

---

[1]) Als Datum der allgemeinen Plünderung giebt H. Dorp Bl. D 4 den 25. Februar an. Er sagt nur kurz: „Des Mitwochs fallen sie in alle klöster und kirchen, plündern die und nemen daraus gold, sylber, gelt, kleinot, zierat und was sie sonst finden.“ Einzelheiten sind, abgesehen von den schon erwähnten aus dem Niesingskloster, nur noch von der Verwüstung des Domes und von der Zerstörung der Mauritzkirche überliefert. S. gleich weiter unten. Auch das „Tagebuch“ a. a. O. S. 106 begnügt sich mit den kurzen Worten, es wären nach dem Dome „vort alle ander kercken und kloestere spoliert“ worden. Die gleich näher zu besprechende „Ordnung der Wiederteuffer zu Münster“ führt Bl. A 2 (Neudruck in der Ztschr. 17 [1856] S. 242) unter den ausgeraubten Klöstern auch das Ueberwasser- und Aegidiikloster an. — Vgl. auch D. Lilie S. 228 f.

[2]) Dasselbe Datum für die Verwüstung des Domes bietet das „Tagebuch“ a. a. O. S. 106: „Und dessolvigen dags“ (24. Febr.) „ummetrent IIII uren synt de borgere myt erer wher tsamen gekomen upn domhoff und hebn den kosteren ton dome de slottell genommen und dar yn gegaen und de clenodyen, alse kelcke, monstrantien, selveren und golden geszmyde myt gulden kasten dar uth spolierth und alles up dat raithuyfs gebracht.“ H. Dorp Bl. D 4 hat bei seiner kurzen Erwähnung der Domplünderung das Datum des 26. Februar. H. Gresbeck S. 18 führt kein bestimmtes Datum an. Aber er sagt: „Die wiederdoepers ... hebben den custers die sluettel genommen und hebben den doem umbher tho geschloten und haben alle kisten und schape entwe geschlagen und hebben so twe ofte dry dage in doem gelegen und hebben darin gesungen und gesprungen und alle die hilligen entwe geschlagen und hebben die verbrant und so dagh und nacht in dem doem gelegen und haben gedruncken.“ Die Ausplünderung seiner Domkirche am 26. Febr. meldet der Bischof am 27. aus

Digitized by Google

dominici templi adortus claves vi ab illo extorsit. Ibi primum in sacellum D. Virginis aliaque ex ordine irruunt eaque despoliant, frangunt et corrumpunt. Inde templum dominicum omnibus ornamentis ereptis denudant, adyta profanant, altaria aliquot direptis mappis, quibus obtegebantur, diripiunt. Horologium[1], opus artificiosissimum, malleis securibusque pulsant, singulari vero odio et furore baptisterium reliquiarumque repositoria comminuunt. Conclave capitulare ingressi fenestras et sedilia insignibus dominorum magna arte elaborata dissecant. Imagines D. Virginis ac Ioannis Baptistae a Francone monacho artificiosissime in tabulis duabus depictas in usum foricarum perforant easque supra fossam interiorem urbis iuxta Iudaeorum coemiterium pro excubias agentibus collocant. Sybillarum effigies admiranda arte expressas et circum chorum forinsecus per certa intervalla dispositas eruunt. Imagines patrio marmori incisas

---

Telgte dem Erzbischofe von Köln und dem Herzog von Cleve (Konzept im St.-A. M.). Die Verwüstung wird eben mehrere Tage angehalten haben. In der Proposition auf dem Landtage zu Hiltrup vom 17. März läfst der Bischof den Ständen sagen (St.-A. M., Landtagsakten 1532—37), der Dom sei „... also verwoestet, datter nu mer nicht als ein lovelich gotzhus und overste kercke dusses lantz, dan ein ungestalt, verdorven gebouw antoschen. Dergeliken all kercken, gotzhuser und cloister in ger. stadt erbarmlich spoliert und versturt, zo dat nu gantz und gar Gotz wort und sacramente nedergelacht und dat wesen dar bynnen mer einen vehischen, dan menschligen leven und wesen to vergliken." Vergl. zur Sache auch L. Keller: G. d. W. S. 195 ff.

[1]) In der folgenden Beschreibung der Vernichtung einzelner Kunstwerke des Domes (vgl. über dieselben das 5. Kapitel der Kerss.'schen Einleitung [Bd. 1 S. 28 ff.] und die dort in den Anmerkungen angeführte Literatur) giebt Kerss. einen Auszug aus dem 1535 erschienenen, von ihm weiter unten noch mehrfach benutzten Flugblatt: „Die Ordnung der Wiedertauffer zu Münster. || Item was sich daselbs nebenzu verloffen hatt, || vonn der zeytt an, alls die Statt || belegert ist worden. ||" (Neudruck in der Zeitschr. 17 [1856] S. 240 ff.) Die in der „Ordnung" gebotenen Nachrichten gehen, wie ich in der Ztschr. 51 (1893) S. 107 ff. weiter ausführte, auf den Bericht des Hermann Ramert zurück, eines gewesenen Anhängers der Wiedertaufe, der am 19. Juni 1534 Münster heimlich verliefs, um die durch Hille Feicken beabsichtigte Ermordung des Bischofs zu verhüten, und sie sind zum grofsen Teil in die Münstersche Bischofschronik übernommen worden (M. G.-Q. I, 332 ff.).

Digitized by Google

raraque arte elaboratas capitibus, brachiis cruribusque confractis mutilant, ligneas vero securibus dissectas in ignem ibi extructum coniiciunt. Simulachra Patrum, Prophetarum, Apostolorum aliorumque Sanctorum columnis parietibusve passim affixa scalis vectibusque admotis deturbant[1], ossa Sanctorum et sacrosanctum Domini corpus pedibus conculcant. Organa ereptis tibiis disturbant, fenestras pictas frangunt et maxime Erici episcopi donum praestantissimum atque amplissimum[2]. Libros intus humano excremento illitos in unum acervum cremandos congerunt; bibliothecam doctissimi viri et poetae gravissimi Rodolphi Langii lucubrationibus et monumentis autographis nondum editis auctam lacerant atque discerpunt[3]. Magnam illam crucem argenteis laminis detractis in cinerem vertunt; sarcophagis episcoporum nobiliumque canonicorum[4] direptis et translatis, fractis nobilitatis *insignibus propugnacula muniunt. His impiis studiis *p. 452. totam noctem sine ullius magistratus metu consumunt.

Interea princeps, cum pertinaciae finem Monasterienses non facerent neque alia ratione ad obedientiam pristinam eos revocare posset, omnia, quae ad iustam militiam et obsidionem

---

[1]) Eine Ausnahme wurde aber mit den Bildnissen David's und Salomon's gemacht. Vgl. M. Röchell's Zusätze (M. G.-Q. III. 232).

[2]) Gemeint ist das Geschenk Bischofs Erich I., Herzogs von Sachsen-Lauenburg. Vgl. dazu die Fortsetzung der Chronik des Arnd Bevergern (M. G.-Q. I, 300) und die Münstersche Bischofschronik (ebendas. S. 325 u. 344). Vgl. auch Bd. 1 S. 38.

Gerardus Koeninck[1] et alii complures sub fornicibus commorantes perfractis muris dominorum habitationes sibi communes faciunt. In horto autem Melchioris a Buren cellarii, ubi postea regia fuerat, bombardas aliasque belli machinas fundunt[2]; pulverem vero tormentarium in templo veteri D. Pauli mola trusatili erecta tundunt[3]; in aliis pluribus locis urbis ex aqua per terram e cellis passim effossam colata et praesidio ignis elixata nitrum conficiunt[4]. Omnia quoque cleri secundarii civiumque egressorum tecta subeuntes abditissima quaeque scrutantur; famuli famulaeque dominis suis pulsis in iisdem domibus, quibus servierant, nunc dominantur dominorumque suorum bonis pro arbitrio quasi suis fruuntur. Quicquid ex superioribus motibus in templis integrum relictum fuerat, disperditur. Libros ex

---

ergänzen, schöpft Kerss. wieder aus den Angaben des Herm. Ramert, die Quelle für die Münstersche Bischofschronik geworden sind und die in dem Flugblatt „Die Ordnung“ eine Ueberarbeitung und teilweise Erweiterung gefunden haben. Manche der von Kerss. gegebenen Notizen finde ich nur in der Chronik, andere wieder nur in der „Ordnung.“ Ich mache das in den folgenden Noten kenntlich und ziehe zur Ergänzung auch noch das Manuscript im St.-A. M. (M. L. A. 518/19 fol. 327ᵃ ff.) heran, aus dem ich das oben oft citierte „Tagebuch“ habe abdrucken lassen. Vgl. meine Bemerkungen in der Ztschr. 51 (1893) S. 107 ff.

[1]) Der Druck der „Ordnung“ giebt die Namen oft sehr entstellt wieder, so heifst es hier: „Und seind dise capithenier Kiebenbrot, Bernhart Knopperdelingk, Claus Schneyder und Bernhart Remmingk.“ Als Letzten unter ihnen nennt die Bischofschronik einen Gert Reminck (Rawinck), und im Manuscript des St.-A. M. heifst er Gert Reyninck.

[2]) „Ordnung“ und Chronik, doch nur die Chronik hat die Notiz, dafs später in dem Hofe des Melchior v. Bueren die Wohnung Johann's v. Leiden gewesen sei (s. darüber weiter unten). Die „Ordnung“ fügt hinzu: „darinnen haben sie aylff stuck gegossen, darunder seind vier schlangen, ein grōfs, ein klein stuck, ein halbe schlangen, das ander steinschlangen und falkanetlen.“ Sie giebt dann (wie ähnlich auch das Manuscript im St.-A. M.) noch an, dafs in demselben Hofe auch noch die meisten Fenster, Bilder, Wappen und Geräte vernichtet wurden.

[3]) Nur in der Chronik erwähnt. Vgl. auch D. Lilie S. 231.

[4]) H. Gresbeck S. 47 berichtet: „Sie hebben dagh und nacht pulver gemacket in der stat und hebben twe oliemollen gehat, dair hebben sie kruit ofte polver up gemacket. Und hedden in den olden doem ein stempelmolle gemacket, dair sie ock pulver up gemacket hebben, dat sie al dat belech krudes genoich hedden.“

Digitized by Google

omnibus templis in campum dominicum congestos cum literis consignatis exurunt, libros vero rationum et acta iudicialium causarum discerpunt ac per vicos disiiciunt[1]. Vitreas fenestras, in quibus aut insignia maiorum aut imagines Patrum Sanctorumque reperiunt, baculis, fustibus et fundis confringunt. Nullas enim Christi crucifixi, Mariae Virginis, Apostolorum aut Martyrum imagines, quas non perdant, ferunt[2]; at diabolorum, Iudaeorum impiorumque tyrannorum icones nulla retinctorum manus violavit. Ossa Sanctorum dissolutis reconditoriis et auro, argento margaritisve, quibus exornata fuerant, raptis per vicos strata indignis modis proterunt[3]. Idolum deiparae Virginis bifrons et deauratis quasi radiis circumdatum in medio templi Transfluviani ex testudine suspensum deturbant[4]; organum in-
*p. 464. signe et no*vum excindunt[5], sedilia, altaria et pulpita omnia templorum urbis comminuunt. Coenobia virginum Transfluvianarum et Aegidianarum depraedantur[6]. In monasterio Georgianorum in quadam cista ex tabulis roboreis non dolatis instar sarcophagi composita duo eucharistiae repositoria deaurata, vulgo monstrantias, quatuor calices, argenteum thuribulum, septem cochlearia et aliquot scyphos argenteos, pateram omnis generis argenteorum numismatum et arculam auro signato refertam deprehendunt[7]. In curia tam publica quam graphiaria discussis seris magnum illud civitatis signum Paulini capitis insculptam effigiem habens collidunt; secreta curiae et per multos annos abdita eruuntur, monumenta privilegiorum, plebiscitorum con-

---

[1]) Zur Vernichtung der Dombibliothek vgl. oben S. 523. Die systematische Verbrennung der Bücher am 15. März erzählt Kerss. weiter unten nach H. Dorp. Dort s. das Nähere.

[2]) Vergl. dazu oben S. 522 f. A. Corvinus schreibt 1536 an G. Spalatin (s. P. Bahlmann: Bibl. 1536 Nr. 4; im Originaldruck Bl. B 1v): „Imaginibus adeo infensi fuere, ut etiam pictarum in parietibus ac fenestris facies, oculos ac ora misere fedarint."

[3]) Nur in der „Ordnung." Ganz ähnlich im Manuscript. Vgl. auch das Bekenntnis des Dionysius Vinne (M. G.-Q. II, 274).

[4]) Das überliefert Kerss. allein. — [5]) Nur in der „Ordnung."

[6]) Nur in der „Ordnung." Aehnlich im Manuscript.

[7]) Nur durch Kerss. überliefert.

Digitized by Google

stitutionumque municipalium lacerant et discerpunt[1]. Episcoporum veterum imagines ornatus et memoriae causa curiae affixas deiiciunt; omnia simulachra et effigies Dei piorumque hominum perdunt et obliterant, ne quicquam eorum pubescentis iuventutis memoriae insideat[2]. Principis insignia episcopali aula dimota in caeno conculcant, fistulas, cytharas, testudines, barbyta, lyras reliquaque musices instrumenta chordis fidibusque obducta, canoris cantus tam figurativi quam plani libellos, fritillos, alveolos, chartas omniaque, quibus temporis taedium pellitur, passim in aedibus reperta dissecant, ne aliis studiis, quam munitionibus firmandis sint occupati et intenti[3].

Haec plus quam cyclopica et contra omnem humanitatem immanitas et belluina retinctorum feritas, qua usi sunt in expellendis civibus, principem, quem tunc Telgeti videram, ad obsidendam urbem maturare cogit. Exercitus itaque pedestres turmasque equitum et agricolarum turbas passim in oppidis pagisque remotioribus collocatas evocat et paulatim urbem propius admovit. Praemissis ergo locorum exploratoribus nec non castrametatoribus, qui loca castris apta desig*narent, die 28., *p. 465.
quae fuit ultima Februarii[4], circa vesperam ex propinquioribus 28. Febr.

---

[1]) Chronik und „Ordnung," doch sind nach der ersteren nur „etliche privilegia," nach der letzteren „die bücher und privilegia alle verprent." In dem Manuscripte ist die Vernichtung des Stadtsiegels nicht besonders erwähnt. Es heifst dort nur: „Item wat men up den raithuse und der schriverie in yenigen slotten konde vinden van segelen und breven, alle gebranth."

[2]) Nur in der „Ordnung." Doch heifst es dort: „und die gemalten will man aufswischen." Ebenso in dem Manuscripte.

[3]) Nur in der „Ordnung," doch ist dort, ebenso im Manuscripte, nicht von der Vernichtung der Musikinstrumente u. s. w. die Rede, sondern es heifst im Anschlufs an die Zerstörung des bischöflichen Wappens: „Auch so ward auff s. g. sall aller harnisch und waffen und was raysig war dargepracht; da mocht ein yeder auff gehen und nemen, was ihme dienstlich war."

[4]) Die Anstalten zu einer regelrechten Belagerung waren wirklich im Laufe des Februar getroffen. Siehe oben S. 477 Anm. 2 u. S. 523 ff. Wie wenig wirksam aber bei dem Mangel an Kriegsleuten, Kriegsgeräten und an Geld die Mafsregeln waren, geht schon daraus hervor, dafs der Bischof mehrfach den Amtleuten seinen Befehl wiederholen mufste, den Zuzug von Knechten nach Münster schärfer zu überwachen. Vergl. die

Digitized by Google

circumquaque oppidis agricolae armati excitantur, qui praevectis in aliquot curribus palis, securibus harpagonibusque primas castrorum munitiones tumultuario labore fodiant. Hi ergo adiunctis ductoribus ex militibus quibusdam, qui ipsos militaria tyrocinia et quae potissimum in hac expeditione opus erant, edocerent, erectis signis militaribus obsidionis principia capessunt. Hos in media nocte dimotis stationibus castrorum assuetis milites sequuntur et munitiones subito labore ab agricolis in nocte illa excitatas occupant. Castra itaque peditum septem locantur [1]:

---

bischöflichen Schreiben vom 24. Febr. und 8. März bei L. Keller: G. d W. S. 308 u. 310 f. Verhandlungen des Landtages zur Begegnung der Gefahr fanden erst am 17. März Statt. Wirksame Hülfe von benachbarten Fürsten traf erst nach dem Tage von Orsoy (26. März) ein. Vgl. dazu und zu der bedenklichen Lage des Bischofs die Ausführungen bei L. Keller a. a. O. S. 243 ff. — Das Datum des 28. Februar für den Beginn der Belagerung entnimmt Kerss. der Angabe H. Dorp's Bl D 4v. Der Bischof selbst schreibt gegen Ende des Jahres 1534 dem Papste Paul III. (s. J. Niesert: U.-S. I. S. 84): „Urbem circiter Calendas Martias anno 1534 obsidere coepimus." Auf den zur Erinnerung an den endlichen Fall Münsters geprägten Siegesmünzen ist als Tag des Anfangs der Belagerung der 1. März angegeben. Ueber die Notiz D. Lilie's, dafs die Stadt bereits am 22. Febr. „berandt" sei, vgl. F. Runge in seiner Ausgabe S. 225. Ungenau ist auch die Angabe in der Flugschrift: „Der gantze handel und geschicht" (s. P. Bahlmann: Bibl. 1536 Nr. 8) Bl. A 1v: „Der bischoff ... hat die stat mit hilff und beystand des Ertzbischoff zu Cöln, des Hertzog zu Cleve und Jülich, fort etlicher anderer fürsten mit heeres krafft zu fufs und zu rofs umbgeben und belegert im anfang des Mertzen."

[1]) Bei der folgenden Aufführung der Lager vor der Stadt verfährt Kerss. wieder ohne Beachtung der Chronologie. Ueber die Zeit der Annahme der einzelnen Hauptleute s. oben S. 525 Anm. 1. Die Bischofschronik S. 331 spricht zunächst von fünf Lagern, dem vor St. Mauritz, dem bei der Enkingmühle, dem Clevischen vor dem Kreuzthor, dem Geldrischen vor dem Jüdefelderthor und dem Oberländischen vor dem Aegidiithor. „Dar korth na quam," fährt sie fort, „ein ander hupen knechte, de worden gelegert iegen dat Fraterhuifs und hete dat nie leger." Die Chronik nennt also das Lager vor dem Ludgerithor nicht. D. Lilie erwähnt S. 226 f., der Bischof sei „mit einem geweldigen veltlegger tom Dickhuse" (Haus Diekburg in der Landgemeinde St. Mauritz) gekommen und habe „dar ock mit der tidt geschuts genoich lathen voren unde worden vor Munster seven geweldige legger van landesknechten geslagen." Er nennt nur das Mauritz-, Geldrische, Meissensche, Oberländische und Clevische Lager. In einem Schreiben des Bischofs vom 4. April aus Wolbeck (Konzept im St.-A. M.),

Digitized by Google

primum inter exusti Mauritiani collegii rudera et favillas, cui Wilkinus Stedingus, etsi totius quoque peditatus dux primarius fuerit, peculiariter praefuit; secundum ante portam Ludgerianam in agro avenario, cuius Ioannes Corytzerus Reynanus moderator fuit; tertium ad portam Aegidianam in loco humiliori et sabuloso iuxta viam publicam, quod a Misnensibus militibus Misnense appellatum fuit, cui Albertus Beltzius praefuit. Qui cum expeditionem primam ad urbem facerent, praedio domini Gerardi de Plettenberch in paroecia Sendenhorsthana sito sine causa, sed singulari nocendi libidine in clerum accensi flammas iniecerunt illudque penitus exusserunt. Hi quoque tantum audaciae sibi arroganter tribuebant, ut, cum urbem eminus intuerentur, non opus esse ad eum viculum expugnandum tantis viribus, machinis et apparatu bellico clamitarent, minori enim se illum negotio et citius subacturos[a], quam panes tepido iure perfusos. Quartum inde amne interluente ad portam Marianam haud ita procul a Telta, amplissimo et fecundissimo prato, quod Hermanni Sittardi ducis imperio paruit; quintum ad portam Iudefeldanam iuxta porcorum aquarium, quod et Geldriacum a militibus et Geldriaco duce primario Egberto Devereno denominatur; sextum ad portam Crucis Clivense appellatur, cuius sceptra Laurentius Horsthanus tenuit; septimum trans amnem ad molam Enickinganam[1] Swerhusius rexit. Septem proinde peditum stationes et castra *circum * p. 466.
urbem disponuntur validisque militum praesidiis firmantur. Hinc
matutino tempore diei primae Martii magistri stipendiariorum 1. März.
equitum pedestres exercitus subsequuntur et in locis propinquioribus urbis, extra iactum tamen urbanorum telorum stabulantur, quorum Fredericus ab Eller cum suis ad septentrionem in Evinckhovio castra collocat, Henricus a Schonebecke ad occasum in Kokelenburgo, Gerardus de Recke ad aquilonem in Hakelen-

[a]) *Ms.:* subacturum.

---

in dem er den Amtleuten befiehlt, Proviant in die Lager zu schaffen, werden Lager „to Enekenckhove, vor de Jodefelt porten, vor Sunte Ilien porten, to Sunte Mauritius, tom Koldenhove" angeführt.

[1]) Zur Enkingmühle vor dem Neubrückenthor, da, wo seit 1884 das städtische Schlachthaus sich befindet, s. A. Tibus: Die Stadt M. S. 24.

Digitized by Google

burgo, Ioannes de Koerte ad orientem in Woesta, Ioannes a Senden ad meridiem iuxta aedes Eberardi Bischopingi prope Geistham, Ioannes vero de Dincklage ad euroaustrum in Lukenbeka ac Koldenhovio[1]. Ita autem equites peditesque castrametantur, ita sunt vicini, ut mutua sibi auxilia necessitate postulante adferre queant. Quaelibet castra aggeribus, fossis, tormentis aliisque rebus necessariis accuratius pedetentim communiunt; vigiliae et excubiae tam diurnae quam nocturnae habentur. Trium quoque dioecesium suarum beneficiarios clientes, quos vasallos vocant, armis equisque bene instructos ad primam diem Martii Telgetum atque Woltbecam princeps convocat, ut stipendiariis sese coniungant eorumque turmas, si forte opus sit, suo robore augeant[2]. Hinc praeter crebras exactiones et tributa, quibus dioecesis in praesidium belli atteritur, quaeque nunc clero, nunc nobilitati, nunc civibus exulantibus, nunc ruricolis, nunc praediis, nunc pecudibus, nunc aratris pendenda imponuntur, in principio Martii ornamenta quoque e templis per totam dioecesim sublata sunt[3], quae tamen pecunia aestimata a paroecianis redimuntur. Unde multi motus passim sunt concitati, maxime in urbibus. Nam cum Boeckholdiani ornamentorum in Dei honorem a piis maioribus suis dedicatorum aestimationem aegrius ferrent, contentio gravis est exorta, in qua Georgius a Deipenbrock ac iudex eius

---

[1]) Die Reiterführer sind dieselben, die Kerss. schon oben S. 524 angab.

[2]) Die Ritterschaft wurde zum 2. März nach Wolbeck, die Münsterschen Erbmänner wurden nach Telgte aufgeboten (Konzept im St.-A. M.).

[3]) Mit Bezugnahme auf die Ausplünderung des Münsterschen Domes erging im Einverständnis mit der Landschaft schon am 27. Februar ein bischöflicher Befehl an die Amtleute (gedr. bei L. Keller: G. d. W. S. 309). Es heifst darin zunächst nur, er wolle die „kercken klenodia to eynes yderen besten ein tytlanck in getruwe verwarunge“ nehmen „befs tor tyth dyt unchristlich uprorisch vornement des gemeynen mans ... gestillet.“ Schon gegen die Ablieferung lehnte man sich an vielen Orten auf. Vgl. aufser dem Berichte des Drosten Joh. Valcke aus Vechta vom 15. März (bei J. Niesert: U.-S. I. S. 22) die Schreiben des Amtmanns Wilhelm v. Ellen zu Assen vom 16. März und des Amtmanns Joh. v. Büren zu Werne vom 4. April (Orig. im St.-A. M.). Gröfser wurde die Erregung, als bald darauf das Ansinnen gestellt wurde, man solle die abgelieferten Kleinodien mit Geld wieder einlösen.

Digitized by Google

oppidi partes principis iubentis defendentes a civibus intercedentibus propemodum fuissent occisi[1].

Ubi Knipperdollingus ac Kibbenbrochus urbem obsidione episcopali undique cinctam esse animadverterent, omnes oppidanos subito *armatorum discursu nonnihil consternatos convocant convocatosque Knipperdollingus sic compellat[2]: „Cum nos non levium neque impiorum papistarum et pseudoevangelicorum iudicium, sed vester omnium incorruptus assensus non sine peculiari Patris coelestis suggestione ad hoc honoris et dignitatis fastigium etiam invitos evexerit, fratres christianissimi et vera Abrahami posteritas, divinae quidem ordinationi reluctati fuissemus, si a Patre munus nobis suorum causa impositum, etsi difficile et ingeniorum nostrorum viribus impar, aversati fuissemus. Maluimus igitur caecorum papistarum et pseudoevangelicorum, quos iam urbe exegimus, quibuslibet conviciis pro libidine sua proscindi, quam dispositioni divinae et maiorum nostrorum moribus adversari. Libenter itaque vestro tamen nomine, quicquid est oneris, nostris humeris imponi passi sumus. Cum hoc enim magistratu ea suscepisse videmur, sine quibus ille recte geri non potest. Non potest autem recte geri, nisi sollicita cura et diligentia pro subditis, ne quid incommodi capiant, vigiletur; quod officium cum ad nos quoque pertinere cognovimus, huc vos convocavimus, maxime in hoc metu publico, ut inopinatam quorundam trepidationem, si quam forte ex subita obsidione hostium impiorum conceperunt, mutua omnium prae- *p. 467.

[1]) Die Unruhen in Bocholt fanden erst im August statt. Wir sind näher darüber unterrichtet durch ein Schreiben der Stadt an die bischöflichen Räte vom 11. August (Orig. im St.-A. M.). Der Rat erklärt sich darin für unschuldig und sagt, der Aufruhr sei durch einige Weiber aus Mifsverständnis veranlafst, da man gemeint habe, die Kleinodien sollten mit Gewalt genommen werden. Der Brief bestätigt, dafs der Drost und der Richter Joh. Isynck in Lebensgefahr gewesen seien; doch hat der Rat „myt groten, swaren arbeit ... die uprorige haesticheit onser burgeren gestuyrt, dat dair awer nyemant geroert off gequesset ys worden.“ Die Kleinodien sollten, wenn es nötig sei, geliefert werden.

[2]) Vgl. auch Kerss.'s Jugendgedicht S. 34 f. (bei D. Gerdes a. a. O. S. 573). Aehnlich läfst Joh. Fabricius Bolandus Bl. L 5 Rothmann vor dem ersten Sturme um Pfingsten zu dem Volke reden.

Digitized by Google

sentia et verborum solatio levemus, deinde cum hoc negotium ad nos pertineat, ut rei gerendae modum communi etiam consilio ineamus ac iis, quas Pater dedit, viribus ac armis adversus hostes nostros utamur. Quod autem ad metum attinet, quis vestrum erit, qui formidabit, quis metuet, cum nullus metus sit in urbe? Eum enim cum flagitiosorum colluvie ferrum in nos assidue acuente urbe fugavimus, domesticam caedem clanculum nobis machinantes profligavimus, simultatem exterminavimus, insidias expulimus, periculum eiecimus; domesticus hostis excessit, unius sumus religionis, unius fidei ac tales, quales nos esse oportet. Nullum igitur intra parietem hostem extimescimus, omnia iam in urbe sunt salva, integra, pacata. Quid igitur metuimus? hostemne mercenarium, impium militem, raptorem, contra Patrem suosque electos ac charactere foederis insignitos arma sumentem, quem foris grassantem, idola colentem, luxu diffluentem, scorta sectantem, omnium vitiorum genere contaminatum prospicimus? At ille metus foris est; inter illum *et nos munitiones sunt. Murus enim satis firmus, vallum praeceps et agger praeruptus, fossae aquarum multitudine profundissimae aliaque propugnacula, imo arma nostra omnem metum a nobis arcent, nisi nostra culpa et ignavia iterum admittatur. Ad haec nihil, quod ad defensionem pertinet, desideratur. Sunt nobis omnis generis arma quam plurima; tanta nobis est bombardarum multitudo, ut non solum propugnacula, castella et aggeres circum urbem per modica etiam intervalla, verum etiam singuli vici et plateae tormentis muniri possint; sunt globi tormentarii; superest plumbum in tectis templorum turriumque, unde fundi queunt. Pulvis nitratus in aliquot etiam annos nobis suppetit, nec nobis sulphur nitrumque deest. Immensas opes auri argentique impius iussu Patris exactus nobis reliquit. Urbs tota frumenti copia omnique commeatu abundat. Haec omnia Pater nobis sine discrimine ullo dedit, haec quasi in sinum nostrum absque sudore nostro effudit. Sola fortitudo et constantia nostra requiritur; dabit cetera Deus! Meditemini enim, cuius negotium agatur cuiusve gloria quaeratur! Cogitate, quis sit dux noster, quis signifer, qui milites, quae causa belli! e diverso, quis sit dux hostium, quis signifer, qui milites, quae

*p. 468.

Digitized by Google

causa armorum! Opponite Patrem coelestem pontifici aut Luthero, opponite Christum obeso episcopo, opponite charactere foederis signatos et viros fortes turbae rasae et effeminatae, opponite verbum Dei, quod nos defendimus, humanis inventis et constitutionibus! Utrius exercitum maioribus pollere viribus existimatis? Hic pudor, illic petulantia; hic vera fides, illic vana opinio et fraus; hic pietas, illic scelus; hic constantia, illic furor; hic honestas et continentia, illic turpitudo et libido; hic aequitas, pietas reliquaeque virtutes, illic iniquitas, impietas omnisque vitiorum proluvies effervescit; hic mens sana, illic amentia et turbata conscientia! Expendite itaque altius, a quo duce nos pendeamus, quis nos adversus ista flagitia armaverit, quis defensionem suscipere iusserit. Nonne, si arma nostra flaccescerent, Pater coelestis tam in nos propter inobedientiam quam illos propter scelera et pertinaciam suam innumeris et immedicabilibus morborum generibus bellum susciperet? Estne igitur satius, sine metu et formidine divinae iussioni parere, quam nos in eandem *cum impiis calamitatem praecipitare? Nostris utitur *p. 469.
armis Pater, ea regit, ea in viscera impiorum disponit. Quem ergo timemus? Pugnent pro episcopo omnes papistae et pseudoevangelici, dum pro nobis pugnat solus Deus! Glorientur hostes in humano praesidio, dum nobis divinum suppetit! Invocent inane Romani imperii nomen, dum Pater coelestis suo auxilio nos non destituit! Episcopusne hos belli sumptus immensos diu sustinebit suisve opibus nostra moenia expugnabit, qui ipse inops et egenus, qui in initio belli multa aureorum millia aliunde mutuatur, qui arces huius dioecesis fere omnes hypothecariis creditoribus obligavit, qui aurum argentumque e templis in extremum praesidium belli gerendi rapuit? Pro illone principes et populi suis impensis induent arma? in illiusne gratiam facultates suas nihil recepturi profundent? milesne mercenarius suis stipendiis militabit, qui non religionis, sed pecuniae gratia nos persequitur? Nonne igitur aerario exhausto dioecesique ad extremam inopiam redacta urbem aut deseret et motis castris diffluet aut signa sequetur? Si vero humanis viribus sit certandum, pro nobis bella parant Frisii, armant se Leodienses, ferrum acuunt Brabanti, sunt in procinctu Hollandi, vigilant pro nobis

Digitized by Google

fratres per universum mundum dissipati, vigilant, quotquot Patris agnitione in ultimis etiam angulis terrae sunt illustrati, quotquot charactere foederis sunt insigniti. O fortunatam rempublicam nostram, quae sub duce coelesti militare armaque circumferre digna est habita, quae pro Dei nomine affligitur! O infelices hostes, qui suis flagitiis Patrem irritant, populum Dei prosequuntur verbumque illius irrident! Quis unquam, quaeso, contra Deum feliciter pugnavit? Nonne paucissimae piorum manus validissimos impiorum exercitus saepe fuderunt? Nos cum meliora signa sequamur, imitemur Apostolos, Prophetas et sanctos Patres Israelis, quos nullius unquam tyranni quantumvis ferocissimi minae terruerunt, qui in medio afflictionum astu victores extiterunt et magnifice triumpharunt! Non nisi per discrimina exemplo populi Israhelitici ad sedes quietas pervenitur; sine metu et confidenter quidem prius certandum est. Nemo enim ante pugnam coronatur. Excussa igitur omni formidine instruite adversus inimicos Dei, adversus hostes nostros arma
*p. 470. vestra! *Res enim hoc postulat, necessitas exigit, Pater iubet atque deposcit. Hoc sacrarium Patris sanctissimum, hanc sedem Dei purissimam, hanc Israelis haereditatem nunquam interituram, firmissimas has munitiones, haec tecta nostra non ruitura vigiliis nocturnis diurnisque defendite, protegite et conservate, vim hostilemque impressionem propulsate, gladios impios a iugulis vestris arcete, liberos, uxores et vosmetipsos a perpetua servitutis miseria vindicate! Haec si feceritis, salutem, immortalem gloriam aeternumque decus vobis cumulabitis. Nos, quamdiu sanguis in venis calet, quamdiu humeri arma gestare, quamdiu lacerti spicula torquere, gladios hastasque vibrare queunt, pro vobis extrema pati non detrectabimus, dummodo nostris vigiliis nostrisque laboribus omne incommodum a vobis vestrisque coniugibus et liberis amoveamus. Ea, imo maiora, quam magistratus noster poscit, Deo duce agemus, quem vos venerari, precari atque implorare decet, ut suum populum ad gloriam nominis sui ab omni incommodo conservet et incolumem tueatur. Nunc autem, quod reliquum est, fratres christianissimi, defensionis a vobis ineatur ratio, designentur viri militari disciplina praecellentes, quorum apud nos non est exiguus numerus, qui militiam nos

Digitized by Google

doceant, nobis praesint, nostri sint duces, centuriones, principales, ne imparatos nos hostis inveniat. Quid horum facturi sitis, accuratius consulite!“

Haec consulis oratio quantum audaciae quantumque animi pavore propemodum consternatis tribuerit, alacris et laeta praeter morem omnium acclamatio satis demonstravit. Hinc, uti iussi sunt a consule, duces, signiferos, centuriones aliosque militiae praefectos, qui sibi in praesenti necessitate praesint, sedata consultatione eligunt[1]. Hi autem, ut vigiliae nocturnae diurnaeque per vices commode peragantur, totam multitudinem primum in centurias, deinde in manipulos distribuunt, quibus etiam senatorii ordinis viri ab excubiis non immunes, ut omnis proditionis suspicio amoveatur, suis vicibus vigilaturi admiscentur[2]. Nemo est in urbe, cui non sit sua functio; singulis suus locus in publica urbis oppugnatione defendendus, quem aut vivi aut mortui teneant, severissime committitur; hostem enim validiorem in una aliqua parte urbis impressionem callide moliri, ut oppidanis in se provocatis *munitiones aliqua in parte defensoribus *p. 471. nudatas superent. Quidam recentibus boum pellibus urnisque coriaceis instructi ad incendium aut suffocandum aut restinguendum ab igniferis forte hostium iaculis tectis illatum deliguntur. Magna quoque armatorum virorum multitudo constituitur, quae infirmiori urbis parti et laborantibus defensoribus, sicubi opus sit, celeriter succurrat. Quibusdam pulverem nitratum subministrandi negotium datur. Pueros iaculandi artificio

[1]) Der Einsetzung von Hauptleuten gleich zu Beginn der Belagerung widerspricht der Bericht H. Gresbeck's S. 54 f. Er erzählt, wie die Wiedertäufer zunächst keine Pfeifen und Trommeln haben wollten, und fügt dann hinzu: „und hedden ock nicht mit den irsten hoptluede.“ Erst als die Propheten und Predikanten nach Zurateziehung des alten Testamentes Pfeifen und Trommeln zuliefsen, wurden „hopt und befelchluede“ ernannt. — [2]) Die Beteiligung der Ratsmitglieder an der Wacht berichtet auch H. Gresbeck S. 21 f. Auch wurden nach ihm vom Rate sechs „weldemeisters“ verordnet, die mufsten „mit den irsten alle nacht die wacke verwaren, und hedden alle nacht ein heer panne mit fuer up dem marckede stain.“ Streng geregelt blieb die Beaufsichtigung der Wachen auch später. S. weiter unten die Verpflichtungen der zwölf Aeltesten. Vgl. auch die Schilderung H. Gresbeck's S. 160 f. für die Zeit des Königtums Johann's v. Leiden.

Digitized by Google

ita exercent, ut in propugnaculis tutandis viris ipsis non cederent; feminis in aggeribus calcis et picis coquendae labor committitur, quaedam etiam ex lino et stupa coronis sertisque texendis occupantur, quibus flagranti pici immersis hostes scandentes arceant. Clandestinae munitiones et occulta defensacula admirandi ingenii beneficio intra aggeres eriguntur; cuniculos meatusque subterraneos tormentis muniunt, casas vigilum passim extruunt. Quicumque etiam in hostium perniciem aliquid novi excogitat[1], non minimam industriae laudem sibi comparat. Sic Ioannes Uldanus tanta arte et industria inter portas Servatianam et Ludgerianam propugnaculum erigit, ut etiam in hodiernum diem Uldani castellum dicatur auctorisque sui nomine celebretur[2]. Plurimum laboris in urbe intus et foris munienda centuriatim insumitur; ideoque tumultuaria opera urbs quidem prius munita intra dies paucos munitissima est effecta[3]. Ante portas singulas ingentes terreas moles summa cum alacritate congerunt, quibus pro fundamentis sarcophagos episcoporum, canonicorum, nobilium, sacerdotum matronarumque et levigatorum lapidum pavimenta e templis eruta subiiciunt easque lignis passim raptis nullo dominorum discrimine habito intus fulciunt[4]. Et ne hostes arbitrentur rem sibi esse cum effeminatis aut pavore attonitis, crebras excursiones faciunt parvisque proeliis cum militibus saepe
6. März. contendunt[5]. Nam 6. Martii porta Horsthana armati exeunt

---

[1]) Von solchen Erfindungen zum Kriegsgebrauch giebt H. Gresbeck S. 57 f. einige Beispiele.

[2]) Die heutige Engelschanze. Siehe über dieselbe A. Tibus: Die Stadt Münster S. 133. Vgl. auch oben S. 20.

[3]) Das beste Zeugnis dafür, wie stark selbst nach der langen Belagerung und endlichen Einnahme der Stadt noch ihre Befestigungen waren, giebt ein Brief des Justinian von Holtzhusen, Bürgermeisters von Frankfurt a. M., der am 1. Juli 1535 seinen kurzen Bericht an den Frankfurter Rat über die Eroberung Münsters mit den Worten schliefst: „Es solte nicht schaden, das e. f. w. meister Caspern den baumeister alher senten, der stat befestigung tzu besehen. Derglichen nit vil gefunden werden mit solicher weher, als diefse stat ist“ (M. G.-Q. II, 367). Vgl. auch H. Gresbeck S. 177.

[4]) Ganz ähnlich heifst es auch bei D. Lilie S. 228. Vergl. auch H. Gresbeck S. 162.

[5]) Eine Datierung der ersten Ausfälle der Belagerer findet sich nur

Digitized by Google

duasque molas exurunt et milites in se provocant, quorum non paucos mactant. Die etiam 13. Martii duobus Iudefeldanis praediis in ipso meridie faces iniiciunt et milites aliquot sternunt. Verum in hac conflictatiuncula triginta et quinque oppidani desiderantur. Hac tamen clade non consternati sunt, sed audaciores *redditi 14. Martii circa horam decimam antemeridianam quingenti oppidani audacius quam prudentius erumpentes Potterhusium cum lateritiis casulis concremant. Sed hi ab hostibus agminatim undique ingruentibus propemodum fuissent intercepti, nisi per viam obsidentibus incognitam incolumes ad urbem evasissent. Inter elabendum hostium tympanistam capiunt secumque abducunt, cuius caput a cervice praecisum cum tympano e summo Bischopinganae portae culmine in terrorem hostium suspensum est. 13. März. *p. 472. 14. März.

Dum haec aguntur[1], Eberwinus Droste, Theodoricus Munsterman, Wilbrandus Plonies, Hermannus Schenckinck ac Hermannus Heerde, viri avitae fidei et probitatis, cum essent civium proceres, concives suos ab anabaptistis urbe pulsos diversis in locis exulantes per scripta Telgetum, ubi et princeps erat, convocant ibique de rebus suis ad libertatem civilem privilegiaque urbis pertinentibus consultant et praesentibus dominis de capitulo 9. Martii principem his verbis adoriuntur: Cum sine dubio principi innotuerit, quam miserabiliter, crudeliter et contra omnem humanitatem cives Monasteriensis urbis cum uxoribus et liberis omnibus suis bonis per vim exuti et spoliati patriis sedibus sint eiecti et, ne se foedissima haeresi contaminarent principem- 9. März.

---

bei Kerss. Ergänzt wird sein Bericht durch den H. Gresbeck's S. 50 ff., der bei dieser Gelegenheit den Wiedertäufern das Zeugnis ausstellt, sie wären „sehr konne mit schutgefert tho holden, wie dat sie dem kreigh hedden gefolgt twentigh iair langk, und al dat sie deden, dat deden sie mit kloickheit und mit behendigheit und mit nuchterem sinne. Wante die propheten, predicanten und oversten in der stat, die hebben so scharpelich verboden, dat niemantz so koen en wer in der stat, der sich sol vol drincken, up dat sie al bei iren sinnen solden bliven ...; und wan sie uth tuegen, dat deden sie mit weifsheit und mit behendigkheit." Auch D. Lilie S. 230 bringt die Ausfälle aus Münster mit der häufigen Trunkenheit der Landsknechte vor der Stadt in Zusammenhang, „want se van binnen in aller soberheit leveden."

[1]) Das Folgende ist nur durch Kerss. überliefert.

Digitized by Google

que simili pertinacia et rebellione offenderent, omnes fortunas suas deseruerint, se itaque principem obsecrare, ut miseria civili aliquo modo tangatur et ineluctabilem exulum calamitatem clementer secum expendat, vim iniustam, quae exemplo propemodum careat, puniat, rebellionem vindicet, haeresim cum suis auctoribus extinguat et funditus deleat, cives a luctuoso exilio ad penates suos et bona sibi adempta reducat. Se eam gratiam quibusvis officiis, etiam cum vitae discrimine promerituros.

Princeps per Themmonem ab Hoerde, aulae hipparchum, civibus respondet: Deliberatum et constitutum sibi iamdudum esse pestilentem, perniciosam et impiam in urbe grassantem haeresim etiam cum vitae et omnium bonorum suorum iactura reprimere, neque aliorum principum, amicorum atque sanguine iunctorum praesidia sibi defutura. Sed cum domini de capitulo et equester dioecesis Monasteriensis ordo in retundendis istis
*p. 473. violentis erroribus et rebelli*bus ad obedientiam revocandis auxilium sibi addixerint, si idem exules cives facturi sint, se ipsos per Dei gratiam ad suos penates et bona reducturum.

Ad haec post brevem deliberationem cives respondent: Se in recuperanda urbe et seditiosis monstris domandis pro facultatum et virium modo principi serio affuturos nec solum se opum suarum, verum etiam vitae dispendium, si res poscat, in gratiam principis facturos. Haec civium responsio et benevolentia vehementer principi placuit. Et cum civitatis munitiones nullis aeque atque civibus sint exploratae et cognitae, petit, ne suis consiliariis ac militiae praefectis suo consilio deesse graventur, ut intelligant, quibus in locis urbs sit infirmior et expugnatu facilior. Quod se libenter facturos recipiunt.

Inde cum senatores plerique in urbe militari disciplinae darent operam neque sese causis forensibus et civilibus multum implicarent, eorum auctoritas paulatim in urbe vilescit. Ioannes autem Matthisson propheta tam sacra quam profana sibi arrogabat ideoque eximiae apud populum auctoritatis et existimationis esse coepit plurisque fit quam ullus consulum. Nihil enim neque domi neque foris agitur ipso non consulto[1]. Hic

[1]) Auch H. Gresbeck S. 23 sagt zu dieser Zeit: „Johan Matthias was mit den irsten der overste prophet. Johan von Leiden en was do

Digitized by Google

concionatur: Patrem velle, ut omnium egressorum civium bona inter christianos, non tamen pro cuiusque voluntate et arbitrio, sed necessitate sint communia[1]. Elegit itaque viros, qui curribus eorum bona, quos exegerant, in singulis paroeciis ad certas quasdam domus a propheta designatas in communem usum bona

---

nicht der overst prophet. Mehr Johan Matthias sachte, dat ome geopenbaret wer, dat Johan von Leiden noch solt hoch verhevet werden in der werlt und solde noch ein groet prophet werden."

[1]) Hier schliefst sich Kerss. wieder eng an Hermann Ramert's Bericht an, der uns in der „Ordnung" vorliegt. Doch ist dort nicht nur von den Gütern der Ausgewanderten allein die Rede, sondern es heifst: „Man hat auch verordnet in etlichen kirchen oder kirchspyl zwen, die mit wägen umbgefaren seind und aus aller burger heuser klein oder grofs, arm oder reich geholet was sy haben gefunden von kleydern ..." Die Gütergemeinschaft konnte erst allmählich durchgeführt werden. Sie setzte zunächst bei dem Besitztum der vertriebenen Bürger ein. Besonders H. Gresbeck S. 32 ff. erzählt von dem Widerstande, der ihr entgegengebracht wurde. „Und heft dat upbrengen geduert bei twe monat lanck," sagt er, „dat sie so grewelicken gepredeket und gestraft hebben, dat niemantz nicht beholden en dorste." Es wurde schliefslich eine Frist zur Ablieferung gegeben. „Na dieser tiet en is geine gnade mehr; die gnaden doer wil tho gain. Wer do noch wat hadde, der heft it al upgebracht, und lieten sick averreden." — Fast in allen Quellen erscheint, wie auch bei Kerss., Jan Matthys als der eigentliche Urheber der gewaltsamen Mafsregel in Münster. Auch Knipperdolling bekennt am 25. Juli 1535 (M. G.-Q. II, 377), „dat Johan Mathis und Johan van Leien die irste gewesen sin, die dat volck dair toe gereist und dat to werck gebracht hebben, dat alle dingen gemeint sin solden ..." (vgl. auch seine Aussagen bei J. Niesert: U.-S. I. S. 187 und M. G.-Q. II, 410). Johann v. Leiden stellt für später Johann Dusentschuer als besonders dabei beteiligt hin (s. Johann's Geständnisse bei J. Niesert a. a. O. S. 178 und M. G.-Q. II, 372). — Ueber die schliefsliche Durchführung der Gütergemeinschaft in Münster schreibt Rothmann in seiner im October 1534 erschienenen „Restitution" S. 71: „... by uns ... ys de gemeinschap weder van Godt gerestituert, wo eth dan van anfange gewesen ys unde den hilligen Gades wall ansteit, als darvan geschreven steit Act. ii und iiii. Wy hoppen ock, dat de gemeinschap by uns yo so krefftich und herlick sy und mit reinen herten durch Gades genaden geholden werde, als ye tho vören mach gescheit sin. Want wy nicht alleine unse güder int gemein unde de hande der Dyaconen gemein gemaket hebben, unde dar van nodtdröfftichlick leven, mer ock eines herten unde modes prissen wy Godt durch Christum und sint geneyget mit allerley deinst malck anderen vor tho kommen..."

Digitized by Google

fide convehant. Hi prophetae edicto parentes vestes, lectos, stragula, pictos tapetes, spondas, frumentum, arma, ahena, ollas, lances stanneas, carchesia, pocula cuiusque generis, linum lineumque pannum et quicquid supellectilis deprehendunt, auferunt tam pauperum quam divitum parietes denudantes, signatas vero reddituum literas signis detractis dissecant, apochas, chirographa, rationum libros et diversorum contractuum tabulas magno exulantium incommodo exurunt, aurea vero argenteaque mulierum ornamenta, annulos et pecuniam ad curiam graphiariam defe-
*p. 474. runt[1]. Hinc eodem propheta iubente in tertium usque *diem fit deprecatio, ut Pater divino suo nutu septem viros deligat, qui bonis istis convectis praesint et singulis christianis fratribus pro necessitate fideliter ea dispensent. Die vero tertio divino oraculo hos sibi proditos esse proclamat[2]: Leddanum villicum, Albertum Heytterum, qui Hermanni Foeckii filiam uxorem duxerat, Bernardum Havickhorstium villicum, Hermannum Albertingum a clave cognominatum[3], Hermannum Reyningum, Ioannem Caterberchum Montanum alias thor Heyden, politorem armorum[4], et Hermannum Bridorpium, quos a ministerio, quo fungebantur, diaconos appellavit. Hi a propheta nominati ad Iulium Frisium episcopum ac alios concionatores deducti per manus impositionem in officio suo confirmantur. Horum munus erat, cum omnia essent communia, egressorum civium supellectilia atque etiam domus indigentibus suis confratribus ministrare. Quicunque enim vestibus aliisque rebus ad alimentum pertinentibus opus habet aut suae humilioris habitationis pertaesus splendidiorem affectat, apud diaconos fit voti compos[5].

---

[1]) Kerss. berichtet das Zusammenbringen des Geldes und Schmuckes auf das Rathaus gleich weiter unten noch einmal. S. dort.

[2]) Ebenso die „Ordnung," in deren Druck aber die Namen wieder stark entstellt sind. Vgl. auch die Bischofschronik (M. G.-Q. I, 334). Von 7 Diakonen sprechen auch Herm. Regewart und Joh. Klopriſs in ihren Bekenntnissen (bei J. Niesert: U.-S. I. S. 33 u. 126). Nach H. Gresbeck S. 34 sind „in ein ieder kerspel drei diaken gesat, die dat gemeine guit solden verwaren von fruchten of von korn und von fleisch, von allerlei ettenkost, die in der stat was." Werner Scheiffert erwähnt in seinen Aussagen acht Diakone (M. G.-Q. II, 293).

[3]) In dem Slottel. — [4]) Swertfeger. — [5]) „Das gemain gut," sagt

Digitized by Google

Post haec quidam indigenae, cum viderent hominem peregrinum advenam ignotumque tantum sibi auctoritatis arrogare, ut tam sacra quam profana pro suo arbitratu in urbe administraret, inter se minime ferendum esse mussitant. Inter quos Hupertus Ruesscherus[1], faber ferrarius: „Haeccine, fratres, amentia insignis est," exclamat, „quod homo mendax, stolidus et amens se prophetam appellare non erubescat, quod ipse indoctus alios docere praesumat, quod consuetudinis huius patriae expers politicam administrationem temere invadat, quod ipse ignotus notis se praeferat? Nos stultissimi sumus, qui illum, quem toties oracula fallunt, prophetam esse credimus! Existimet hunc prophetam esse, quicunque velit; ego vero illum χέζοντα vel cacantem prophetam esse iudico!" Multaque alia, quae ira suggessit, evomit[2]. Qui autem aderant, vitae suae metuentes ad haec omnia Ruesscheri dicta ne verbum quidem mutire audent, sed altius intra se suos questus summo cum dolore taciti premunt. Haec res per delatores quosdam prophetae proditur, qui protinus per lictores hunc comprehendi et constringi iubet, convocatque totam *multitudinem armatam ad campum dominicum. *p. 475.
Quo cum non solum plebei, verum etiam consules ac senatores convenissent ignari, quid sibi populi convocatio vellet, ibi tum propheta protracto Huperto in mediam concionem: „Fratres christianissimi," inquit, „Hupertus ille faber malo genio misere

---

die „Ordnung," „wöllichs bey einander bracht ist, darzu seind durch den befelch Gottes geordiniert, auszutaylen, was ein jeder bedarff." Aehnlich auch die Bekenntnisse Herm. Regewart's und Joh. Klopriſs' a. a. O. Dionysius Vinne sagt aus (M. G.-Q. II, 274): „Tho den huser sin diacken verorderet, de ein ideren na siner gelegenheit de huse na noittruft indoin." Einzelheiten geben die weiter unten von Kerss. mitgeteilten Verfügungen der zwölf Aeltesten.

[1]) Dieselbe Begebenheit, aber im Einzelnen mit mannigfachen Abweichungen, berichten H. Dorp Bl. E 2, H. Gresbeck S. 28 ff. und Lambert Hortensius S. 19. Herm. Hamelmann S. 1222 verbindet die Erzählung des Dorp mit der des Hortensius. Dorp nennt den Schmied Hubert Truteling, während Gresbeck und Hortensius keinen Zunamen angeben. Kerss. erzählte oben S. 518, wie der Schmied Hupert Ruescher während der Fastnacht den Bischof verhöhnte.

[2]) Nach H. Gresbeck geschah die Schmähung der Propheten und Predikanten auf der Wache.

Digitized by Google

seductus eo dementiae et impietatis devenit, ut prophetam a Patre vobis in consolationem et salutem missum contemnere ipsumque nefandis, amaris scurrilibusque dicteriis publice incessere audeat; unde liquet ipsum esse impium et publicae pacis perturbatorem." In ipsum itaque violati foederis exempla esse statuenda docet, ne unius flagitium in totum populum transfundatur; unius enim ob culpam multos saepe punitos esse. „Quare," inquit, „extinguendus et eradicandus hic est e numero piorum atque ex Israel tollendus. Scriptum est enim: tempus est, ut iudicium a domo Dei incipiat[1]." Hermannus autem Tylbeck et Henricus Redeker, quorum hic anno superiori tribunus plebis, ille vero consul fuerat, intercedunt neque concivem unius arbitrio occidendum esse volunt, cum iure non sit permissum, ut unus et accusatoris et iudicis partes sustineat; publico itaque illum iudicio sistendum et more maiorum condemnandum esse contendunt. Propheta vero his verbis impatiens contradictionis in furorem propemodum versus iussit protinus Tylbechium et Redekerum constringi et in carcerem abduci[2]. Habebat enim lictores aliosque satellites non paucos, quibus nemo resistere audebat. Continuo, dum haec agerentur, alter ille propheta Ioannes Bokelson Leydanus e media plebe exaltans vocem suam proclamat: Hupertum illum hominem impium et flagitiosum nullam apud Patrem gratiam et delicti sui remissionem impetraturum. „Morte," inquit, „morietur nec diem unum ultra victurus est. Ea mihi a Patre potestas coelitus donata est, ut meo gladio, quem haec dextra vibrat, omnis ille cadat, qui se divinae huic iussioni opposuerit!" Simulque ensem non sine

---

[1]) 1 Petr. 4, 17. Die Ausführungen, die Kerss. hier Jan Matthys in den Mund legt, gleichen ganz denen, die sich bei L. Hortensius finden, der auch auf diese Bibelstelle anspielen läfst.

[2]) Ein offener Widerstand gegen das Vorgehen des Jan Matthys läfst sich sonst nur noch aus dem Berichte H. Gresbeck's S. 30 entnehmen: Die Propheten und Predikanten „hebben mehr gesocht, die noch in sunden solden sein," und liefsen zugleich mit Heinrich Redeker den früheren Bürgermeister Gerh. Kibbenbroick und den Bürger Heinr. Mollenhecke gefangen setzen. In Bezug auf Herm. Tilbeck sagt H. Gresbeck ausdrücklich: „Mehr hei wort nicht geliet na dem torne."

Digitized by Google

magno circumstantium horrore concutit[1]. Nemo igitur adversus hos viros Dei mutire aut hiscere ausus fuit. Mox Ioannis Matthisson his Leydani verbis in caede perpetranda *obstinatior et *p. 476.
obfirmatior redditus Hupertum ante pedes suos procumbentem pronumque in terra iacentem valida bipenne, quanta vi potuit, transigit. Sed cum non subito, ut ipse sperabat, expiraret, rapta ab astante chyrobombarda eundem insuper traiicit[2]. Mortuo igitur Huperto prima in populo Dei victima totam ibi multitudinem admonet, ne quis eorum simili se flagitio et enormi peccato contaminet. Hinc in laudem Dei decantato hymno digrediuntur. Tylbechius autem et Redekerus, qui Ruesscheri patrocinium moliebantur, gratiam a propheta, cum proceres urbis habiti sunt, facile impetrant ideoque carcere liberantur[3].

Haec ubi feliciter cessissent et omnibus cruento isto spectaculo terror incussus fuisset, idem ille Matthisson mortis supplicio proposito omnibus utriusque sexus hominibus per totam urbem severissime edicit, ut aurum argentumque tam signatum quam non signatum et omnia muliebria ornamenta in curiam graphiariam deferant, cum inter veros christianos nullus pecuniae usus esse debeat[4]. Plerique Huperti exemplo territi mortem sibi

---

[1]) Die Einmischung Johann's v. Leiden ist sonst nur noch von H. Gresbeck S. 28 überliefert. „Do hat Johan v. Leiden genommen ein hellebart und stach denselben burger twe mail up dat lief und konde seiner nicht doer stecken."

[2]) Vergl. die ähnliche Schilderung bei H. Dorp, nach dem aber, ebenso wie nach H. Gresbeck, die Verwundung noch nicht gleich tödtlich war. Lebend wurde der Schmied fortgetragen und starb erst nach einigen Tagen. Beide fügen hinzu, es sei ihm prophezeit worden, er solle am Leben bleiben. Ja, H. Dorp bringt sogar mit dem Fehlschlagen dieser Prophezeiung den Entschluſs Jan Matthys' in Verbindung, sich in den Kampf mit den Bischöflichen zu wagen. L. Hortensius hat nur die kurze Notiz: „palo alligati caput ipse (sc. Matthys) tormento manuario traiecit." Vergl. auch A. Corvinus: Acta etc. Bl. A 3v und desselben Brief an G. Spalatin Bl. A 4v.

[3]) Die Art und Weise, wie den Gefangenen Gnade zu Teil ward, schildert ausführlich H. Gresbeck S. 30.

[4]) Vergl. dazu oben S. 557 f. Kerss. verbindet hier den Bericht H. Dorp's Bl. E 1v mit dem in der „Ordnung." In letzterer heiſst es: „Dann ire articel klerlich aussweysen, das kein gelt under den Christen ganckbar

Digitized by Google

metuentes edicto parent et annulos, bullas, torqueos, fibulas thoracum, nodulos manicarum pecuniamque omnem conferunt[1]. Multi etiam suas opes in terram defodientes aut antiquarum aedium muris committentes suarum rerum custodes ipsi esse malunt (nihil interim sibi esse simulantes), quam in istam coniicere arcam, cuius clavis copiam habere non possint[2]. Huius ita collati thesauri custodes Conradus Cruse, Gerardus Reyninck, Magnus Koehuss et Lucas Gruter per prophetam constituuntur, quibus negotium datum est, ut christianos fratres infidelibus creditoribus obnoxios aere alieno liberent debitaque eorum exolvant[3].

---

sein soll." Auch H. Gresbeck S. 48 führt an: „Sie sachten, sie weren Christen; ein Christ en solde gein gelt hebben, et wer al unrein den Christen, und der eine Christ en sol mit dem andern nit koep schlagen, sie solden tho hope bueten tegen einander ..."

[1]) In der „Ordnung": „Alles gelt und silber haben sie auff einen hauffen bracht auf die schreiberey, was ein yeder hett, es wer, was ehs wolt, knöpff ab dem mentlen, ring ab den krägen, ehs wer den sach, das einer etwas verborgens het."

[2]) Vergl. die schon oben S. 557 Anm. 1 angeführte Schilderung H. Gresbeck's. Kerss. scheut sich doch, die Worte H. Dorp's a. a. O. zu wiederholen: „Auch kunden sie nichts verborgen behalten, wenn sie gleich etwas hingesteckt hatten. Denn es waren zwey medlin da, vom Teuffel besessen, die verrieten, was man verborgen hatte."

[3]) Die Namen der Hüter des Schatzes, die Kerss. weiter unten bei Gelegenheit der Verordnungen der Aeltesten noch einmal nennt, stimmen mit denen in der „Ordnung" überein, nur ist als letzter dort Cuntze Gunthor gedruckt. Gleich darauf heifst es: „... ob jemandt were von den Christen, der den Haiden schuldig were, das sollen die XII in Israel bezalen; wan das geforderet wird, so seind vier gesetzt, die alle müntz, gelt, silber und gold mit den Haiden handlen." — Dafs der Schatz zunächst auf dem Rathause war, bekennen Joh. Klopriſs (J. Niesert: U.-S. I. S. 126), Joh. Beckmann (ebendas. S. 36) und Bernh. Krechting am 20. Januar 1536 (M. G.-Q. II, 407). Letzterer fügt hinzu: „Aber do sie vernaemen, das man die stat stormen wolt, saghen sie vur gut an, das das gelt an diverse plaetzen gestalt wurt, wie geschach. Doch nach dem sturm si es wider uf das raithus zusamen kommen, als er meint; weifs es doch nit eigentlich." Vgl. dazu auch die Aussage Bernh. Focke's vom October 1534 (M. G.-Q. II, 412): „... des silvers ock des goldes sy ein gantz deel tsamen gesmolten. It ligge avers in Lambert Smithuses hues vor Sunt Michel, und Kibenbroick plege darup tgaen." Magnus Kohues als einer der Bewahrer des Schatzes wird von Herm. Regewart genannt (J. Niesert a. a. O. S. 30).

Digitized by Google

Hinc ubi propheta animadvertit multos in urbe mansisse, qui non ex animo, sed aut simulate aut invite aut metu mortis adacti aut bonorum suorum custodiendorum gratia commoti, a quibus divelli non poterant, brevi meliora sperantes anabaptisma suscepissent, omnes utriusque sexus homines ad campum dominicum iterum convocari iubet[1]. Quo cum rei novitate allecti convenissent, ibi propheta longa oratione in falsos fratres et simulatos christianos, quos secum adhuc in urbe haberent, invehitur; *eos inter veros christianos minime ferendos esse. Iubet *p. 477.
itaque hos, qui post diem 26. Februarii retincti fuerunt, ab aliis in templum Lambertinum secedere Patrisque gratiam implorare, si forte peccatum ipsis remittatur, cum non sponte sua, sed inviti foederis charactere sint insigniti et Patrem fucata sanctitate simulataque religione offenderint ac filios Dei sua impietate contaminaverint. Si vero Pater ipsos in gratiam non receperit neque admissum scelus, quo Spiritum Sanctum fallere voluerint, clementer remiserit, ipsos gladio piorum casuros. Magna miserorum hominum multitudo tam virorum quam mulierum recenti clade Ruesscheri territa et consternata paret et ad templum D. Lamberto consecratum secedit ibique conclusa gemit, suspiria ducit, plorat suamque sortem et calamitatem extrema sibi metuens deflet. Ita in templo per aliquot horas gemitibus ac lachrimis se conficiunt, ut vix humanam prae maerore et mortis metu formam referrent. Tandem cum propheta armatis stipatus ministris templi claustra laxaret, ibi tunc omnes simul provoluti genibus complicatis manibus et confusis singultibus ipsum precantur, ut, cum ipse sit vir Dei, sanctus propheta Patrique dilectus, pro se suas ad Patrem fundat preces, ut delicti gratiam impetrent. Ipse igitur flexis genibus pro captivo populo se Patrem precari fingit, post modicum temporis subito exiliens

[1]) Vgl. zum Folgenden den Bericht H. Gresbeck's S. 23 ff., der im Einzelnen von Kerss.'s Schilderung abweicht. Bei ihm tritt neben Jan Matthys besonders Johann v. Leiden handelnd hervor; er nennt auch Slachtscaef, Kloprifs und Krechting. Die Zahl der am 27. Febr. getauften, jetzt in die Lambertikirche eingeschlossenen Männer giebt er auf „bei die drei hondert" an, die Zahl der Frauen, die erst am anderen Tage zur Buſse in den Dom verwiesen wurden, auf „bei die twe dusent."

Digitized by Google

suas preces exauditas iisque Patrem graviter prius offensum iam placatum esse affirmat; sibi coelitus inspiratum esse ipsos victuros. Inde hymno in laudem Dei decantato ex ergastulo illo, ne iterum peccent, in pace dimittuntur atque ita in consortium aliorum christianorum fratrum quasi iam purgati recipiuntur.

15. März. Circa dominicam Laetare, quae fuit 15. Martii, idem ille Matthisson praecipit, ne quis in urbe cuiuslibet generis auctores seu libros praeter vetus et novum testamentum habeat, contrectet seu legat; hos enim solos ad salutis negotium sufficere, reliquos vero omnes ad campum dominicum illico perferant. Quo cum incredibilis librorum multitudo perlata fuisset, qui etiam ultra viginti millibus florenorum valebant, in ignem ibi excitatum
*p. 478. coniecti *in favillam rediguntur, et sic incomparabilem illum urbis thesaurum ac multorum annorum lucubrationes flamma subita absumit[1]; quod eo consilio factum esse non dubito, ut sanctorum Patrum explicationes, quae adversus suam doctrinam faciunt, ex animis subditorum paulatim revellantur ac a se solo scripturarum interpretatio dependeat et petatur. Eo enim modo commodissime fieri posse existimat, ut suam doctrinam erroneam plebi imprimat et impressam falsis interpretamentis suis confirmet.

---

[1]) Nach der Vernichtung der Dombibliothek (s. oben S. 523) wurde nun also auch die systematische Zerstörung der im Privatbesitz befindlichen Bücher angeordnet. Kerss.'s Bericht hält sich genau an den des H. Dorp Bl. E 1v. H. Gresbeck S. 46 f. und die meisten anderen Quellen sprechen auch von der Verbrennung der Büchersammlungen der übrigen Kirchen und Klöster und von derjenigen der Rentenbriefe und anderer Urkunden (vgl. oben S. 543 f.). D. Lilie S. 229 führt ähnlich wie Kerss. an: „... wolden anders nene boker bi den eren wetten, dan de biblien unde erer predicanten, insunderheit Rothmans boker; want se vormeten sick, dat se in de hillicheit weren getreden unde nener boker boderveden." Als Grund für die Vernichtung der Briefe und Urkunden gesteht Johann v. Leiden am 25. Juli 1535 (M. G.-Q. II, 374): „... so alle ding gemein sin, gein eigendomb wesen und niemantz meher erbeiden, sonder sich allein up Got verlaeten solde." Vgl. auch das Bekenntnis Knipperdolling's ebd. S. 378 und Krechting's bei J. Niesert: U.-S. I. S. 194. — Acht Tage lang hat nach H. Gresbeck das Verbrennen auf dem Domplatze und vor dem Rathaus gedauert.

Digitized by Google

Miles in initio obsidionis intra castra commeatus penuria laborare coepit, nam parum rerum necessariarum advehitur. Neque enim peregrini mercatores neque agricolae circumfusi huc commeant, qui non solum bonis, verum etiam cuti suae timentes militem raptorem, depraedatorem et truculentiorem fama sibi fingebant. Quod ubi princeps intelligeret, erectis iuxta castra in terrorem flagitiosorum crucibus, rotis aliisque malitiae repagulis militibus imperat, ut ab omni iniuria, maleficio et rapina sibi temperent, ut sine metu et periculo mercatores cum mercibus et oneribus in castra commeare ac necessaria tolerabili pretio distrahere possint; ita fore, ut omnium rerum copia castris suppetat. Simulque populos et urbes externas per literas 15. Martii emissas proposita publica fide et vendendi emendique 15. März.
libertate huc invitat, ut tuto humanis usibus necessaria advehant castrisque laborantibus commeatibus subveniant[1]. Mox intra dies paucos annonam carissimam inopinata vilitas consecuta est.

Die Martis post Laetare, quae fuit 17. Martii, cum prin- 17. März.
ceps Hiltropiae in pago non procul ab urbe obsessa dioecesana comitia haberet consultaretque cum suis de obsidionis impensis aliisque rebus afflictis[2], exules cives per D. Rotgerum Smisingum, scholasterem templi maioris Monasteriensis, hominem et

---

[1]) Im St.-A. M. ist das Konzept eines Briefes des Bischofs aus Telgte vom 20. März erhalten, in dem er die Städte Osnabrück, Bielefeld, Lippstadt, Hamm, Dortmund, Unna, Geseke, Soest, sowie den Statthalter des Stiftes Paderborn und den Kölnischen Landdrosten auffordert, Zufuhr von Proviant ins Feldlager zu veranlassen. — Schon am 6. März hatte der Herzog von Cleve dem Bischof geschrieben (Orig. ebendas.), er könne die gewünschten 200—300 Malter Hafer nicht liefern. Haferankäufe wolle er in seinem Gebiete gestatten.

[2]) Auf dem Landtage wurden, da die gefährdete Lage „nicht erlyden will vell vertochs und gemeine bykumpft der lantschap steits to verscreven, by een to forderen und to raitsclagene," von Seiten des Domkapitels Sander Morrien und Rotger Schmising, von Seiten der Ritterschaft Arnold v. Raesfeld und Bernhart v. Westerholt, von Seiten der Städte Wilbrand Ploenies und Johann v. Graes verordnet, denen „ze gantze vullenkomen macht und gewalt gegeven ... hebben ... mit ... u. g. h. rade und guitbeduncken gelt und ander noittrofft ... up der lantschap affdracht und schaden up to brengen ..." (Landtags-Akten im St.-A. M.).

Digitized by Google

eruditione et pietate insignem, a principe petiverunt: Cum 9. Martii[1] civibus clementer addixerit se ipsos ad suos penates et bona nondum per retinctos absumpta et dissipata reducturum, ut post urbem recuperatam antiqua privilegia, libertates iuraque
*p. 479. prisca antiquitus habita episcoporumque *sibi mutuo succedentium beneficiis donata civitati non adimantur, et cum multi partim senio partim aegritudine longa fracti ac debilitati urbe excedere non potuerint nec ex animo, sed coacti anabaptismo sint implicati, ne in ipsos, cum sint insontes, ius gladii capta urbe exerceatur. Princeps respondet: Cum iniquum sit, ut innocentes nocentium poena afficiantur, se itaque privilegia urbis in minimo non violaturum, sed in gratiam eorum, qui relictis patriis penatibus et omnibus bonis suis, ne se monstroso schismate polluerent, crudele exilium elegerunt suaque arma aut secuti sunt aut praesidiis et impensis suis confirmarunt, novis potius incrementis ea aucturum. Neque se capta urbe in insontes cives, qui certas ob causas urbe excedere non potuerunt, saeviturum, sed cum illis, ut clementem decet principem, acturum. Inde bonus etiam princeps, ut civibus gratificaretur, quibus ex animo favet, edicto publico[2] praecepit, ne quis extraneorum post captam urbem bona civium a militibus direpta coemat, alioqui ea novae proscriptioni fore subiecta. Verum huic edicto in tanto tumultu minime paritum est.

Circa haec tempora varii motus ab anabaptistis in Hollandia, Frisia, Brabantia, aliis circumfluis regionibus terra marique conectati sunt[3]. Magna enim anabaptistarum copia utriusque

---

[1]) In Telgte. S. oben S. 555 f. Auch die hier folgenden Unterhandlungen sind nur durch Kerss. bekannt.

[2]) Nicht mehr nachweisbar. Vgl. dazu oben S. 528 den sechsten der von Kerss. angeführten Kriegsartikel.

[3]) Vgl. zum Folgenden L. Hortensius S. 18 und C. Heresbach S. 19. Zur Sache s. C. A. Cornelius: Die niederländischen Wiedertäufer während der Belagerung Münsters (in den Abhandlungen der histor. Klasse der Kgl. Bayerischen Akad. Bd. 11 Abteilung 2 [München 1869] S. 51 ff.), K. W. Bouterwek: Zur Literatur u. s. w. S. 326 ff. resp. S. 47 ff., und L. Keller: G. d. W. S. 162 f. — Kerss. erwähnte schon oben S. 508 f. die Briefe Rothmann's an die benachbarten kleinen Städte. Vgl. weiter auch S. 541 sein Schreiben an H. Slachtscaef. Am 21. Febr. war H. Roll nach Holland

Digitized by Google

sexus circa 18. diem Martii in Hollandia, quae Monasterium 18. März.
contendebat, subito emergit, sed Georgius Schenck eam interceptam aquis submergit et suffocat. Scribit etiam Peregrinus Iselmudanus[1], qui, etsi pentacosiarchae officio fungeretur, ab episcopo tamen exploratum est ablegatus: Quinque naves anabaptistis fetas ex Hollandia appulisse, sed eas 22. Martii Vol- 22. März.
lenhoae, priusquam parerent, interceptas esse; et viginti unam in mari adhuc superesse, sedecimque millia retinctorum[2] 24. 24. März.
Martii coenobium haud ita procul ab oppido Zwollano a Monte appellatum violenta manu occupatura, ubi per prophetam quendam excepti ad novam illam Hyerosolimorum urbem, scilicet Monasterium, inde deducendi sint. Scribit quoque 24. Martii
*dux Iuliacus principi nostro[3]: Sibi pro certo nunciatum esse *p. 480.
multos retinctos in dioecesi Traiectensi circa Vollenhoam et Hasseletum coenobium S. Ioannis Campum denominatum invasisse numerumque eorum supra modum in dies augeri, et tandem ipsos Monasterium ab obsidione liberaturos; sibi proinde prospiciat[4]. Hos autem motus omnes Georgius Schenck liber baro de Teutenburgh ac Caroli Quinti imperatoris Transissulanarum et inferiorum suarum regionum praefectus summa prudentia ac fortitudine compescuit retinctosque legitimis poenis

---

gesandt, um für die Sache der Münsterschen Wiedertäufer zu werben (vgl. oben S. 518). Die Aussendung Jakob's von Osnabrück berührt Kerss. nicht, obgleich er dessen Bekenntnisse mehrfach benutzt hat, ebensowenig den undatierten, mit dem Namen „Emanuel" unterzeichneten Aufruf (zuletzt in hochdeutscher Uebersetzung abgedruckt bei L. Keller a. a. O. S. 148), der auf Betreiben Johann's v. Leiden und seiner Mithelfer zu den sogleich von Kerss. angeführten grofsen Täuferansammlungen zum Zuge nach Münster aufforderte

[1]) Aus Vollenhove am 22. März. Nach der Kopie im St.-A. M. abgedruckt bei L. Keller a. a. O. S. 311.

[2]) Im Schreiben heifst es: „und by ene wesen als men seicht by viff dusent starck."

[3]) Aus Cleve. Orig. im St.-A. M. Regest bei L. Keller a. a. O. S. 311.

[4]) Auf diese Ansammlung der Täufer bezieht sich auch der Brief des Amtmanns Gisbert v. Baix an die Stadt Zwolle vom 20. März, mit der Beilage abgedruckt M. G.-Q. II, 226 f. Darin ist von 14—16000 Täufern die Rede. Vergl. auch das Schreiben der Städte Deventer, Kampen und Zwolle vom 25. März an Bischof Franz bei L. Keller a. a. O. S. 312.

Digitized by Google

affecit et varia clade aut aqua aut igni afflixit. Vicini quoque principes ita circumquaque vias obsessas peculiari foedere et pacto tenebant, ut ad liberandam ab obsidione urbem nulla militum aut quorumlibet hominum conventicula coalescere sinerent, sed dissiparent, profligarent et funderent[1].

3. Aprll. Inde die Parasceues, quae fuit 3. Aprilis, qua christiani amarae passionis Domini nostri Iesu Christi fructum potissimum meditantur neque quicquam ioci laetitiaeque admittunt, sed toti circa salutiferam passionem et mortem Domini sunt occupati ideoque nec campanarum pulsum ferunt, — anabaptistae vero contra laetum hunc diem agunt, faces et taedas e templis raptas portis civitatis exerunt omnesque campanas urbis simul agitant et pulsant[2] non aliter, ac si dominicae resurrectionis diem deridentes interim catholicorum morem celebrent. Literas quoque foederis per Lantgravii legatos inter episcopum et civitatem conciliati signatas caudae annosae equae alligant ac in principum nobiliumque omnium, quorum signa appensa fuerant, insignem contumeliam ex urbe in castra Mauritiana abigunt[3], cum tamen non episcopus, sed Monasterienses foedera turpiter violaverint.

5. Aprll. Inde circa festum Paschae[4] Matthisson propheta miro enthusiasmo afflatus tantam mortis securitatem animo concepit, ut

---

[1]) Vgl. die Verordnung Herzog Johanns von Cleve an seine Amtleute vom 3. April (abgedruckt bei L. Keller a. a. O. S. 314 f.), die nach einer Vereinbarung mit dem Erzbischof von Köln erlassen war.

[2]) Das Glockenläuten am Karfreitage erwähnt auch H. Dorp Bl. E 3.

[3]) In der Werbung der Münsterischen Räte auf dem Kreistage zu Koblenz (14. Dez. 1534) heifst es (Kopie im St.-A. M.), sie hätten „die versiegelten vertrege, so sie mit meinem g. h. uffgericht, zerrissen und zu i. f. g. verhonung einen stroern pilt angehengt, dasselbig uff ein pferdt gebunden und ufs der stadt gejagt.“ Aehnlich lauten die Worte in der Instruktion für den Tag zu Worms im April 1535. Auf eine derartige Verhöhnung des Bischofs kommt Kerss. weiter unten noch einmal zurück, ohne dabei aber den Friedensvertrag vom 14. Februar 1533 zu erwähnen. Vgl. auch D. Lilie S. 232.

[4]) Das Datum des Todestages des J. Matthys entnimmt Kerss. dem Geständnisse Johann's v. Leiden (J. Niesert: U.-S. I. S. 178), wo es auch „umbtrent Paschen“ heifst. In den Aussagen Johann's M. G.-Q. II, 371 ist genau der Ostertag angegeben. Sonst schliefst sich Kerss. an den Bericht H. Dorp's Bl. E 2v an, der aber ebensowenig wie H. Gresbeck S. 38 ff. und L. Hortensius S. 24 ein Datum bringt. Die völlig will-

Digitized by Google

sibi aliisque per urbem persuaderet: se Patris monitu cum paucis militibus omnes hostes abacturum urbemque ab obsidione liberaturum. Rapta itaque bipenne certa victoriae fiducia fretus portam Ludgerianam[1] *cum commilitonibus non ita multis au- *p. 481.
dacius quam prudentius et maiori quidem animo, quam si ingentem exercitum sequentem haberet, egreditur hostemque lacessere et se discrimini exponere audet. Nec desunt interea spectatores, qui de victoria dubitantes temeritatem hominis admirarentur atque rei eventum in aggere solliciti expectarent. Hostes vero catervatim exciti novum istum Samsonem cum expeditione sua urbana undique invadunt atque ita armis cingunt, ut elabi vix possent. Ille ergo frustra bipennem suam movet, frustra se in fugam coniicere nititur, frustra suos partim iam in fugam aversos partim occisos in praesidium vocat, frustra Patris monita appellat. Misnensis enim cuiusdam militis hasta transactus sternitur[2]. Et cum eum esse ab equitatu cognosceretur, qui dominum Hermannum Dungellium, virum avitae pietatis et venerandae senectutis, contra ius gentium et promissam fidem in urbe spoliaverat[3], ab ingruentibus undique hostibus ita discerpitur ac laniatur, ut omnes corporis compagines frequentibus gladiorum ictibus dissolutae a se mutuo divellerentur ac intestina largo cum sanguine effluerent. Genitalia quoque eius resecta a quibusdam audacissimis tenebrionibus in sequente nocte propylaeo versatili Aegidianae portae affiguntur[4]. Sic

---

kürliche zeitliche Einordnung des Ereignisses bei Joh. Fabricius Bolandus Bl. T 1v hat schon Herm. Hamelmann S. 1223 bemerkt. Ueber eine Johann Matthys am Tage vorher gewordene Offenbarung erzählt H. Gresbeck a. a. O. Nach ihm hatte Johann 10—20 Begleiter. L. Hortensius giebt deren Zahl auf 30 an und berichtet, dafs Matthys kurz vorher einen siegreichen Ausfall ins Geldrische Lager gemacht habe.

[1]) Dafs Jan Matthys vor dem Ludgerithor getödtet wurde, konnte Kerss. nur den Bekenntnissen Johann's v. Leiden (J. Niesert a. a. O.) oder Knipperdolling's (M. G.-Q. II, 404) entnehmen.

[2]) Aus H. Dorp a. a. O. — [3]) S. oben S. 539 f.

[4]) Nur von Kerss. erzählt. Vgl. dazu den Bericht H. Gresbeck's a. a. O., in dem es heifst: „Johan Matthias woert mit einer spiesen doerstecken, und do hewen ime die lansknecht den kop af und heuwen in do in hondert stucker und schmeten sick darmede. Dat hoevet satten sie up einen tuenstacken in der lucht."

Digitized by Google

vates cum suo vaticinio et quos secum eduxerat exceptis paucis, qui fuga evaserant, extinctus est[1].

Huic successit Joannes Bokelson Leydanus, qui maiori astu rem omnem peregit prudentiusque negotia sua conficere visus est. Hic, cum plebs Matthissonem ab hostibus miseris modis peremptum et discerptum lugeret et de pietate viri illius subdubitaret, quem Deus ita in periculo destituerit et interfici passus fuerit[2], consolatur populum et admonet, ut mirari desinat illum eo genere mortis sublatum; iusto enim illud Patris iudicio factum esse. Patrem quidem iussisse, ut cum paucorum manu omnium hostium agmina abigeret et admirabili victoria potiretur, quod certo quidem facturum fuisset, si eam potentiam soli Deo, non suis viribus tribuisset, si solius Dei laudem et gloriam quaesivisset, si exemplo Iudith populum ad ieiunium et deprecationem extimulasset; ubi vero omnia ista neglexerit et arrogantia concitatus *sui*[a] gloriam inanem stulte venatus fuerit
*p. 482. neque, a quo victoria ista penderet, agno*verit, ipsum a Deo punitum esse[3]. Sibi hoc mortis genus ante octiduum per Spiritum a Patre esse proditum affirmat[4]. Cum enim in aedibus Knipperdollingi in thorum dormiturus sese componeret legemque

[a]) *Ms.:* si.

[1]) Fast wörtlich nach H. Dorp a. a. O.

[2]) Das Volk sagte, berichtet H. Dorp a. a. O.: „So Gott diesen heiligen man gestraffet hat, ists gewis, das er uns auch straffen wil, denn es stehet geschrieben: das gericht Gottes hebt am haus Gottes an."

[3]) Während H. Dorp Bl. E 3 nur ganz kurz sagt, dafs Johann das Volk tröstete, legen H. Gresbeck S. 40 und L. Hortensius S. 24 f. ihm auch Trostesworte in den Mund, die aber in keiner Weise einen Tadel gegen Jan Matthys enthalten. „Sein tiet was gekhomen;" so läfst H. Gresbeck Johann reden, „Got en heft dat nicht sonder orsacke gedain, dat hei so sterven solde, dat gy nicht tho sehr an innen solden geloeven, dat gy in boven Got solden holden ..."

[4]) Dieses und das Folgende nach den Geständnissen Johann's bei J. Niesert a. a. O. S. 177 f. Vgl. auch Johann's Aussagen M. G.-Q. II, 371 u. 401. — Auch bei L. Hortensius sagt Johann v. Leiden, er habe den Tod des Matthys lange vorher gewufst. „Neque vero licuit hominem fati sui, in quod inevitabili necessitate rapiebatur, praemonere. Sic illi enim visum est, qui bona et mala e doliis suis pro suo arbitratu mortalibus dispensat." Vergl. auch H. Dorp a. a. O.

Digitized by Google

Domini ante somnum sedulo meditaretur[1], Matthissonem armati militis hasta ita transfossum, ut viscera eius in terram effunderentur, per visum sibi apparuisse; quo cruento spectaculo cum supra, quam dici potest, terreretur, virum armatum respondisse: „Ne metuas, vir Dei, neque ulla re terrearis, sed tuae vocationi et proposito insiste! Non enim de tua, sed Matthissonis vita peculiari Dei iudicio agitur, cuius demortui uxorem ducas.“ Hac voce magna admiratione se affectum, cum legitima sibi esset uxor, quam Leydae reliquisset. Haec se omnia Knipperdollingo retulisse, ut, cum fierent, testem rerum gestarum haberet. Haec cum in coetu populi dixisset, Knipperdollingus subito prosiliens vera esse omnia profitetur, et quomodo sibi mortem Matthissonis praedixerit. Sed quod in gratiam prophetae mentitus sit, paulo ante supplicium suum Knipperdollingus tormentis adductus fatetur[2]. Hinc totus populus non solum illum prophetam, sed et amicum et virum Dei vocat et nefas esse credit tanto viro non consulto quicquam in hac sancta republica auspicari. Excellentiorem ergo atque augustiorem hunc esse Matthissone sibi persuadet; ab eius ore iam pendent omnes, hunc solum post Patrem suspiciunt, colunt et venerantur.

Knipperdollingus etiam 9. Aprilis prophetico spiritu agi- 9. April.
tatus sublimia humilianda et humilia extollenda esse proclamat, unde turrium pyramides in templa deiiciendas templaque omnia urbis solo aequanda esse praecipit; Patrem sibi hoc per Spiritum suggessisse, et nisi ista fiant, ipsum graviter offendi[3]. Ad hanc

---

[1]) Im Geständnis bei J. Niesert heifst es nur: „Item als er in Knipperdollink hufs gesetten viii tage vor Johan Matiessen dode ...“ M. G.-Q. II, 371 heifst es, Johann safs „in Knipperdollinghs schrifcamier und schref umbtrent Palmen und kregh dair selfs ein vision ...“

[2]) Kerss. spielt hier auf die Stelle aus dem Bekenntnis Knipperdolling's vom 20. Jan. 1536 (M. G.-Q. II, 404) ungenau an. Knipperdolling giebt zwar ausdrücklich zu, „das im der konningk gesacht, wie er ein vision het gehabt und gesehen, das Johan Mathis erstochen wurt.“ Doch fügt er dann gleich hinzu: „Aber der koningk en het im nit vurhin gesacht, das er Johan Mathis frouw haven solt ...“

[3]) Fast wörtlich nach H. Dorp Bl. E 3, der das Gebot Knipperdolling's zeitlich auf „ein tag vier odder fünff nach Ostern“ ansetzt. Aehnlich ist die Erzählung bei Joh. Fabricius Bolandus Bl. L 2. Knipper-

Digitized by Google

rem conficiendam, ut vaticinio satisfiat, Eberardus Kribbe, Theodoricus Trutlinck ac Ioannes Schemme, fabri lignarii reliquis praestantiores, accersuntur[1]. Hi itaque ligneas pyramides circa basim propemodum resectas atque refixas cochleis firmioribus suppositis in templorum tecta et testudines praecipitant et uno casu multorum annorum labores demoliuntur. Hic lapsarum turrium horrendus, subitus et pulverulentus fragor etiam milites
*p. 483. in *castris remotioribus degentes non solum terruit, verum etiam in summam admirationem adduxit, qua ratione, qua industria quibusve machinis (de cochleis nihil suspicantes) tantas lignorum moles et plumbea tectorum pondera uno impetu inconvulsa deiecerint. Pyramidem vero Martinianae turris cum cochlearum circumductu ab occasu elevatam in templum praecipitare conarentur, erratum forte est; nam intra basim lapideam ab altera parte retenta minime corruit, sed inclinata et ad solis exortum spectans sine lapsu ruinam minatur. Cumque ita oblique et ad orientem solem supra templum inclinata ad aliquot dies penderet,

---

dolling selbst sagt am 21. Jan. 1536 aus (M. G.-Q. II, 408): „Er hab nit geraden, das man die kirchen umbrissen solt. Dan er hab mit darzu geholffen. Dan die Babilonische hoer moest umbgesturtz sin und Got allein in dem levendigen tempel und hertzen der menschen geert werden ...“ Eine eingehende Beschreibung der im Laufe der Zeit vollführten Abtragung der Spitzen und Kappen der meisten Kirchen giebt H. Gresbeck S. 158 ff. Ergänzende Notizen bieten die Wiedertäuferbekenntnisse. So gesteht Herm. Regewart am 3. Dez. 1534 (J. Niesert: U.-S. I. S. 32): „Se hebben den doem schir verdelget, der meynonge, de andern kercken vort to verderven, hebben ock uth Overwaters kercken velle erden gefort, dergeliken uth S. Servaes kerckhove, also dat de kercke derhalven umgefallen.“ Aehnlich sagt Joh. Beckmann aus (ebendas. S. 37), und Joh. Klopriſs bekennt am 29. Jan. 1535 (ebendas. S. 117): „Die kirchen binnen Munster sein gantz verwuest und etlige decher derselben gleichs den thurnen afgebrochen; desgleichen auch etliche stucke blyes afgenommen und damit die hutten in den welden gedeckt.“

[1]) Diese Namen und die folgenden Einzelheiten überliefert nur Kerss. Dietrich Trutlinck war derselbe, der im Mai 1525 zur Hülfe gerufen wurde, um den Nonnen des Niesingsklosters ihre Webstühle zu nehmen (s. oben S. 131). — Beim Niederreiſsen der Turmspitzen war nach H. Gresbeck ein Holländer thätig, „und sein name was Frantz, und was ein eventuirlick geck,“ nach D. Lilie S. 228 „ein vorlopen converse ... uth dem carthuefs to Wedderen, de darbinnen gelopen unde ock de wedderdope angenomen.“

Digitized by Google

Trutlingus sibi coelitus a Patre rationem demoliendae turris per somnium inspiratam esse multitudini persuadet, a qua ad opus conficiendum vehementer incitatur. Proinde cum turris esset cupro levissimo tecta, pedibus et genibus chalybeia calcaria, manibus vero acutissimos utrisque stimulos, ut se a lapsu praeservaret, atque collo longum funem aptat, quo infra crucem et globulum cacumini affixo pyramis tracta concideret. Ubi autem ita instructus per acclivem et Phaetonteum repere coepisset tramitem et vix ad medium pervenisset, pyramis suo pondere a basi soluta magno cum fragore in templi tectum et testudinem corruens Trutlingum maiora suis viribus affectantem et a Patre suo deceptum oppressit, cuius calcaria et stimuli chalybei praeter ossa carne destituta post recuperatam urbem dimotis impedimentis in templo reperta sunt. Deiectis pyramidibus turrium bases lapideas tormentis muniunt, unde non parvam saepe cladem castris inferunt. Habent enim peritissimos iaculatores adeo, ut quemcunque extra vineas modicum quiescentem prospexerint, subito transigant[1]. Sic saepe alea ludentes cum astantibus spectatoribus bombardarum sphaerulis non sine insigni strage aut membrorum iactura dissipantur. Satius itaque fuerat militibus extra vineas et castrorum munitiones non quiescere neque in uno loco consistere, sed continuo motu huc illucque ferri.

Circa haec eadem tempora Ioannes Bokelson, propheta et vir Dei, Knipperdollingi vaticinii auctoritate fretus eidem gladium in terrorem maleficorum tradit ipsumque nova voce ensigerum in concione populi pronunciavit. Cum enim omnia excelsa humilianda sint atque ipse hactenus consul et caput urbis fuerit, Patrem *nunc velle, ut abiectissimi carnificis munere fun- *p. 484.
gatur. Ille vero officium sibi oblatum non aversatur, sed libenter suscipere visus est[2] quatuorque stipatores Ioannem Schultum,

---

[1]) Aehnlich lauten die Worte D. Lilie's S. 229 (vgl. auch S. 227): „Dar sint van binnen so bohende schutten gewest, de van den wellen, tornen, blockhuseren, bomen konden scheten al, wat se ogeden, unde nemandes binnen schottes mochte stain bliven, anders wordt he geschotten."

[2]) Bis hierher genau nach H. Dorp Bl. E 3. Auch Joh. Fabricius Bolandus Bl. L 2v (und ihm folgend Herm. Hamelmann S. 1224) bringt die Ernennung Knipperdolling's zum Scharfrichter zeitlich mit dessen Gebot der Kirchenzerstörung zusammen. Er stellt den Vorgang so dar,

Digitized by Google

Nicolaum Smalcaldianum, Georgium Avenhovelium ac Ioannem Surenum in tutelam novi magistratus asciscit[1].

Cum autem propheta tantae esset inter suos auctoritatis, facilem ad regnum parandum viam, quod tacite iam diu affectaverat, sibi patere putabat[2]. Itaque omnia maiorum instituta,

---

als sei Johann v. Leiden durch das selbständige Auftreten Knipperdolling's erzürnt gewesen und als habe er deshalb seinen Nebenbuhler demütigen wollen. In den Quellen kommt sonst Knipperdolling als Vollstrecker der Gerichtsbarkeit zuerst in den Verordnungen der zwölf Aeltesten vor, die Kerss. gleich weiter unten mitteilt. Joh. Klopriſs bekennt am 29. Januar 1535 (s. J. Niesert: U.-S. I. S. 133, vergl. auch S. 113), als er in seinem Verhöre auch Auskunft über Mollenhecke's Aufstand (Juli 1534) giebt: „... so wurden die 40 vur die eldsten gestalt und zum selbigen maill sy Knipperdollingk burgermeister gewesen und des Burgermeisterambtz entsatzt und zum budell oder scharpfrichter geordent wurden, welches er gehorsamlich angenommen." Doch ist zu bemerken, dafs mit der Einsetzung der Aeltesten zugleich die Aemter der Bürgermeister, des Rates, der Older- und Meisterleute abgeschafft worden waren (s. weiter unten).

[1]) Die Namen der vier Diener Knipperdolling's giebt nur Kerss. Weiter unten bei Gelegenheit der Verordnungen der Aeltesten wiederholt er sie nicht.

[2]) Auch H. Dorp Bl. E3v, Joh. Fabricius Bolandus Bl. N5 und L. Hortensius S. 26 bringen die Einsetzung der zwölf Aeltesten mit der Absicht Johann's v. Leiden zusammen, demnächst ein Königreich aufzurichten. H. Gresbeck S. 35 erwähnt dabei Johann nicht speziell, er spricht nur ganz allgemein von den Propheten und Predikanten. In der Bischofschronik (M. G.-Q. I, 334) tritt Johann Dusentschuer als Verkündiger in den Vordergrund. — Die Angabe der Zeit der Einsetzung bei H. Dorp (nach Pfingsten, 24. Mai) ist irrig. L. Hortensius giebt als Datum „circa Id. Maii." Sehr bald weiter unten teilt Kerss. eine Schrift in Uebersetzung mit, die von der Stadt aus ins Lager der Gegner geschleudert war, um die Bischöflichen von der guten Sache der Wiedertäufer zu überzeugen. Die Schrift trägt das Datum des 8. April und die Unterschrift: „Seniores totaque communitas et consociatio Christi Monasterii congregata." Ist das Datum im Manuscript richtig wiedergegeben (ein Orig. der Schrift ist nicht nachweisbar), so wäre anzunehmen, dafs das Kollegium der zwölf Aeltesten schon zu Lebzeiten des Jan Matthys eingesetzt worden sei, oder unmittelbar nach dessen Tode (5. April). Dafür aber findet sich in keiner Quelle irgend ein Anhalt. Es wäre wohl kaum verschwiegen. Sollte vielleicht ein Versehen des Schreibers des Manuscripts vorliegen und statt des 8. April der 8. Mai zu lesen sein? Im St.-A. M. befindet sich

Digitized by Google

leges moresque mutaturus novamque reipublicae formam introducturus nudus in caligine noctis omnes urbis vicos percurrit[1] ac incondita voce clamitat: „Viri Israelitae, qui sancta Solymorum moenia incolitis, timete Patrem coelestem et vitae superioris agite poenitentiam! Resipiscite, resipiscite! Rex ille inclytus Syonis cum multis angelorum millibus est in procinctu et expeditionem tuba terribili praecinente in terram parat. Resipiscite ergo, resipiscite!“ His ubi nocturnis clamoribus ac horrendis vocibus totam urbem deterruisset et se ipsum defatigasset, ad hospitem suum Knipperdollingum simili interdum furore agitatum redit et continuo beneficio sermonis se destitutum esse fingit. Cumque a pavidis circumstantibus, quid sibi mali accidisset, sollicite quaereretur, mutum se esse nutibus quibusdam significavit; sciscitantibus causam sibi a Patre os clausum linguamque constrictam neque sibi fas esse ante tertium diem quicquam proloqui scripsit. Sed tertio die frequentem populi concionem convocari iubet, quem diem tota multitudo novitatis avida magno desiderio expectat. Die constituto in concionem populi prodit sibique a Patre revelatum esse proclamat in novo populo Israelitico novam reipublicae formam fore; novum ergo magistratum novasque leges divina ordinatione introducendas esse. Magistratum superiorem ab hominibus constitutum esse[2], nunc vero Patris instinctu et expresso mandato eundem esse designandum. Simulque duodecim viros sibi potissimum peculiari favore addictos delegit, inter quos etiam senatores fuerunt, ne eorum plane a se favorem alienaret, quos plebs suspiciebat

---

das Original eines Briefes vom 20. Mai (abgedr. M. G.-Q. II, 239 f.) an zwei bischöfliche Hauptleute, das unseres Wissens zum ersten Mal die Unterschrift trägt: „De oldesten und gantze gemeine Christi binnen Munster.“

[1]) Dieses und das Folgende lehnt sich oft wörtlich an den Bericht des L. Hortensius an. Die übrigen Quellen wissen Nichts von dem Bufsruf Johann's. Nur H. Dorp erwähnt noch dessen dreitägiges Träumen und Stummsein. — [2]) Im Geständnisse des Dionysius Vinne (M. G.-Q. II, 275) heifst es: „Der prophete heft uth Gots bevel verkundiget, dewile de overicheit desser tit van minschen ingesat weren und Got alle dinck vorniggen wolde, so heft dersulvige prophete ... 12 gotfruchtige personen vorgestalt, welche dat swert der gerechticheit furen solden.“

Digitized by Google

et in honore habebat, neve causam tumultuandi concitaret. Hos duodecim tribuum Israeliticarum seniores appellavit, penes quos omnium rerum tam publicarum quam privatarum, tam sacrarum
*p. 485. quam politicarum iudicium, *imo ius gladii summaque imperii potestas esse debebat. Sunt autem hi: Hermannus Tylbech, patricius, Gerlacus a Wullen, nobilis, Henricus Xantus, Henricus Roede, aurifaber, Ioannes Ossenbeck, Lambertus Mapertinck, Ioannes Eschman Warendorpensis, Lambertus Bilderbeck, civis Coesfeldianus, Petrus Symonson Frisius, Lambertus Leodius, Bernardus thor Moer et Antonius Guldenarm [1].

Cum hi designati fuissent, Bernardus Rothmannus [2] apud populum de nova hac reipublicae forma concionatus est, quae a Deo instituta Israelitici populi Deo adamati imaginem referret. Atque hic eorum nomina publice recitavit. Facta concione propheta hos ordine in conspectum omnis populi producit singulisque per ordinem gladium strictum conceptis his verbis in manus tradit: „Accipe ius gladii tibi a Deo Patre per me commissum

---

[1]) Die Namen der sämtlichen Aeltesten überliefert nur Kerss. Er verdankt sie wohl derselben jetzt verlorenen Quelle, aus der er uns gleich die Verordnungen der Aeltesten mitteilt. Der Druck der „Ordnung“ nennt nur 8 Namen, unter denen wir, so verderbt sie sind, 7 als auch von Kerss., und zwar an der 1. bis 6. und an der 8. Stelle aufgeführt, wiedererkennen können. Eigentümlich ist der „Ordnung“ der Name Johann Püllick. Nach Aufzählung der 8 Namen heifst es dann: „Noch ein Friess, noch zwen seind aus dem landt zu Mertrich.“ Die „Ordnung“ bezeichnet also nur 11 Aelteste. Abweichend von den Namen der „Ordnung“ sind einzelne in dem Manuscript des „Tagebuchs“ (abgedruckt in der Zeitschr. 51 [1893] S. 111 Anm.). Auch das Manuscript nennt nur 9 Namen, die fast unverändert in die Münstersche Bischofschronik (M. G.-Q. I, 334) übernommen worden sind, nur heifst in ihr Lambert Mackenlinck derjenige, der im Manuscript als Albert Mabertyn, in der „Ordnung“ als Lamprecht Malbertin und bei Kerss. als Lambertus Mapertinck bezeichnet ist. Das Manuscript fährt nach Nennung der 9 Namen fort: „Noch eyn fremdt Freysze, noch twe van Luke.“ Der Friese wäre nach Kerss. Petrus Symonson, die beiden von Luke (Lüttich) wären Lambertus Leodius und Antonius Guldenarm. — H. Dorp Bl. E 3v nennt 7 Namen, die sich auch bei Kerss. finden, darunter auch Lambert v. Lueck und Peter Symensen.

[2]) Das Folgende ganz wie der Bericht in der „Ordnung.“ Vgl. auch Joh. Fabricius Bolandus Bl. N 3v u. N 4, aus dem Kerss. das Auftreten H. Tilbeck's entnimmt.

Digitized by Google

eoque ad mandatum Dei scinde!“ Hinc totus populus propheta iubente supplices ad Patrem pro gubernandi populum Israeliticum prudentia preces fundit. Hermannus autem Tilbechius spiritu humilitatis exagitatus lachrimatur et: „O mi Pater,“ exclamat, „indignus ego sum tanto munere. Tu itaque mihi prudentiam viresque regendi suggere!“ His ita actis tota multitudo propheta praecinente Gloria in excelsis decantat. Senatus in partes iam distractus prophetico spiritui novaeque reipublicae formae non repugnat libenterque se magistratu abdicari patitur. Totum ergo imperium et merum et mixtum, ius vitae necisque sine invidia senatus seniores sibi vendicant, leges novas veteribus abrogatis condunt, edicta pro sua libidine, propheta tamen consulto, publicant et omnia pro suo arbitrio agunt[1]. Hanc gladii et scindendi licentiam non segniter sibi usurpant, ut postea dicetur.

Duodecim seniorum edictum publicum[2].

„Gratia et pax super omnes, qui timent Deum et voluntati eius obsequuntur, et pax super universum Israelem, populum Dei! Amen! Cum in hac sancta communitate Monasteriensi nos omnes, quorum cordibus lex et voluntas altissimi digito Dei inscripta est, eam cogitatione, verbis et operibus merito adimpleremus adeo, ut nunc dehinc opus non sit legem domini Dei

[1]) In der „Ordnung“ heifst es ausdrücklich: „Aller Radt, Oberkeit, Richter, Richtstette seind alle ab, die von alter her gewonlich waren, und der ist ein newe Oberkeit ... empfangen und wider eingesetzt ...“ Auch H. Gresbeck S. 35 f. berichtet: „So hebben sie die burgermeisters und den raet, den sie gesat hedden, afgesat und alle gielde und older luede, dat die gein overicheit mehr solden sein. Dan die twelf eldesten und der ract, et was ein dinck.“

[2]) Die folgenden Verordnungen haben sich noch nicht wieder auffinden lassen. Sie sind nur durch Kerss. bekannt, der sie gewifs nach ihrem alten Drucke übersetzte. Der Druck ist in der „Ordnung“ zweimal erwähnt. An der eben citierten Stelle folgt unmittelbar auf die Worte „und wider eingesetzt“: „gleich wie man das in jhenem druck findet, darin man auch klar hat, warüber sie straffen sollen.“ Und bei dem Berichte über die Ernennung Knipperdolling's zum Schwertträger heifst es: „Was zu straffen ist, findt man in ihren bücheren, welliches hie nitt nöttig ist anzuzeygen.“

Digitized by Google

nostri scriptam nobis ob oculos ponere et praefigurare, nihilominus tamen, cum Deus omnipotens populo suo novum magi-
*p. 486. stratum clementer tribuerit, ut *impoenitentes nihil excusationis flagitiis suis praetexere queant et imbecillioribus ac negligentibus, qui forte inter nos sunt, serviatur, itaque nos seniores populi ea, quae scriptura multis verbis passim ad nostram doctrinam tradit, ut homo infelix in omni opere bono perficiatur, in praesidium novae politiae quasi in tabella breviter comprehendemus atque singulis, ut, quid sibi agendum quidve fugiendum sit, cognoscant, ob oculos ponemus. Iustis non est lex posita, sed iniustis et inobedientibus[1]. Sic etiam magistratus, qui gladium gerit, in terrorem malorum et defensionem bonorum a Deo constituitur. Legibus ergo et metu earum soluti esse volentes Deum ante oculos habeant et omnia mandata eius servent, sicut infra ex scriptura sacra breviter annotatum est. Hi apud Deum, apud magistratum, ministrum eius, et omnes pios laudem, gloriam et honorem consequentur et tandem vitam aeternam sibi lucrabuntur. Deus, pater domini nostri Iesu Christi, donet nobis cum omnibus credentibus huiusmodi animum et spiritum. Amen!

Non in sermone regnum Dei est, sed in virtute seu factis[2]. Non omnes, qui dicunt: „Domine, Domine," intrabunt in regnum coelorum, sed qui faciunt voluntatem Patris mei, qui in coelis est[3]. Haec est voluntas Dei, sanctificatio nostra, ut unusquisque sciat vas suum possidere in sanctitate et honore, non cum affectu concupiscentiae, quemadmodum et gentes, quae non noverunt Deum[4]. Diligamus neque verbo neque lingua, sed factis et veritate[5]. Cum ergo regnum Dei in eo consistit, ut factis et ex tota mente voluntatem illius impleamus et tunc simus veri filii Dei, fratres et cohaeredes Christi Iesu, si, quod iussit, factis impresserimus, e diverso regnum diaboli in his consistit, quando peccata committimus et voluntatem illius facimus, quod procul a nobis absit! Si autem filii Dei facti sumus et in Christum baptizati, omne residuum malum de medio nostri eradicandum est, cui rei magistratus maxime post Deum ancillatur,

---

[1]) 1 Tim. 1, 9. — [2]) 1 Cor. 4, 20. — [3]) Matthäus 7, 21. — [4]) 1 Thessal. 4, 3 ff. — [5]) 1 Joh. 3, 18.

Digitized by Google

sicut scriptum est Rom. 13: Omnis anima supereminentibus potestatibus subdita sit. Non enim est potestas nisi a Deo; quae vero sunt potestates, a Deo ordinatae sunt. Itaque quisquis resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem restiterint, sibi ipsis iudicium accipient. Nam principes *non terrori sunt * p. 487.
bene agentibus, sed male. Vis autem non timere potestatem, quod bonum est, facito et feres laudem ab illo. Quod si feceris id, quod malum est, time tibi! Non enim frustra gladium gestat; nam Dei minister est, ultor ad iram ei, qui, quod malum est, fecerit. Quapropter oportet nos esse subditos non solum propter iram, verum etiam propter conscientiam[1]. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: non accedet neque praeoccupabit propter nos malum[2]."

Sequuntur aliquot peccata in scriptura comprehensa, quorum nomine inobedientes et non resipiscentes gladio punientur[3]:

„1. Principio, qui maledixerit Deo nomenque sanctum vel verbum illius blasphemaverit. Levit. 24[4]: Quicunque maledixerit Deo, portabit poenam peccati sui. Et qui blasphemaverit nomen Domini, morte interficiatur. Exo. 20[5]: Non sumes nomen Domini tui in vanum, quoniam non insontem faciet Dominus eum, qui nomen suum sumpserit frustra.

2. Nemo maledicet magistratui. Exo. 22[6]: Iudicibus non maledices et principem in populo tuo non blasphemabis. 1 Petri 3[7]. Act. 23[8]. De inobedientia Deut. 17[9]: Vir ille, qui egerit procaciter nolueritque audire sacerdotem, qui stat coram domino Deo tuo, ut tibi ministret, aut iudicem, moriatur vir ille, et eliminabis malum de Israel; et omnes de populo audire debent, ut timeant et amplius procaciter non agant.

3. Qui maledixerit parentibus suis neque illis paret, sed pertinaciter se adversus illos erigit. Exo. 20[10]: Honora patrem tuum et matrem tuam, ut prolongentur dies tui super terram, quam dominus Deus tuus dat tibi! Exo. 21[11]: Qui maledixerit

---

[1]) Rom. 13, 1—5. — [2]) Amos 9, 10. — [3]) Nur durch Kerss. bekannt. — [4]) 15, 16. — [5]) 7. — [6]) 28. — [7]) Vgl. 1 Petr. 3, 9. — [8]) 5. — [9]) 12, 13. — [10]) 12. — [11]) 17.

Digitized by Google

patri suo et matri suae, morte interficiatur. Deut. 5[1]. Ephes. 6[2]. Deut. 21[3]: Si habuerit homo filium protervum et rebellem, qui noluerit audire vocem patris sui et matris suae, lapidabunt eum omnes viri civitatis suae, ut moriatur. — De mariti imperio et uxoris in matrimonio obedientia Eph. 5[4]: Viri, diligite uxores vestras! Uxores, propriis viris subditae sitis veluti Domino etc. Item uxor virum timeat.

*p. 488. *4. De familiae erga patremfamilias obedientia et patrisfamilias erga familiam suam officio Eph. 6[5]: Servi, obedite iis, qui domini sunt iuxta carnem, in timore et tremore cum simplicitate cordis vestri tanquam Christo, non ad oculum servientes velut hominibus placere studentes, sed tanquam servi Christi facientes, quae vult Deus, ex animo, cum benevolentia, servientes Domino et non hominibus, illud scientes: quod unusquisque fecerit boni, hoc reportabit a Deo, sive servus fuerit sive liber. Et vos, domini, eadem facite erga illos remittentes minas, scientes, quod et vester ipsorum Dominus est in coelis nec personae est respectus apud illum.

5. De adulterio Exod. 20[6]: Non adulterabis. Levit. 20[7]: Qui fornicatus fuerit cum uxore proximi sui, morte interficiatur, tam adulter quam adultera. Matt. 5[8]: Quicunque aspexerit uxorem alterius ad concupiscendam eam, iam adulterium cum ea commisit in corde suo.

6. De fornicatione et immunditia omnis generis Exo. 22[9]. Deut. 22[10]: Si invenerit vir puellam apprehendensque eam etc. Similiter de impudicis et masculorum constupratoribus ac qui se sororibus suis aut aliquibus sanguine sibi coniunctis et scriptura vetitis miscuerint Levit. 20[11] et similiter 18[12] scriptum est. Qui iacuerit cum muliere menstruum habente etc. Et quicunque turpitudinem scriptura prohibitam exercuerit, abominationem committit, morte morietur. Item 1 Cor. 6[13], Galat. 5[14], Eph. 4[15], 5[16], 1 Thess. 4[17]. Fornicatio et omnis immunditia ne nominetur in vobis, sicut sanctos Dei decet.

7. De avaritia et rapina 1 Timot. 6[18]: Avaritia est radix omnis mali.

---

[1]) 16. — [2]) 2 u. 3. — [3]) 18 ff. — [4]) 22 ff. — [5]) 5 ff. — [6]) 14. — [7]) 10. — [8]) 28. — [9]) 16. — [10]) 28. — [11]) 10 ff. — [12]) 6 ff. — [13]) 13 ff. — [14]) 19. — [15]) 19. — [16]) 3. — [17]) 3. — [18]) 10.

Digitized by Google

8. De furto Exo. 20[1]: Non furaberis. Deut. 5[2], 1 Corint. 6[3]. Item Deut. 27[4]: Maledictus, qui transfert terram proximi sui.

9. De fraudibus et imposturis 1 Thess. 4[5]: Ne quis opprimat et fraudet in negotio fratrem suum, propterea quod ultor est Deus de omnibus his.

10. De mendaciis et obtrectationibus Sap. 1[6]: Os, quod mentitur, occidit animam. Psalm. 21[7]: Timidis et incredulis et execratis et homicidis et scortatoribus et veneficis et idololatris et omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda. Iacob. 4[8]: Nolite detrahere vobis *invicem, fratres! 1 Petri 2[9], Matth. 7[10]. *p. 489.

11. De turpiloquio et verbis otiosis Matth. 12[11]: De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddituri sunt rationem in die iudicii. Item Eph. 4[12]: Omnis sermo spurcus ex ore vestro ne procedat.

12. De contentionibus, seditionibus, ira et aemulatione Galat. 5[13]: Manifesta sunt opera carnis, quae sunt haec: inimicitiae, lis, aemulationes, irae, concertationes etc.; qui talia agunt, regni Dei haeredes non erunt. Matt. 5[14]: Quisquis irascitur fratri suo temere, obnoxius erit iudicio. 1 Ioan. 4[15]: Quicunque odit fratrem suum, homicida est.

13. De calumniis, obmurmurationibus et factionibus in populo Dei Levit. 19[16]: Non erit criminator nec susurro in populo. 1 Cor. 10[17]: Non murmuretis, sicut et quidam illorum murmuraverunt.

Conclusio: Quicunque his peccatis et similibus salutari et sanae Iesu Christi doctrinae contrariis se contaminaverit, nisi veram egerit poenitentiam, legi subiicietur et excommunicatione gladioque a magistratu ordinario a Deo constituto de populo Dei eradicabitur. Apocal. 22[18]: Beati, qui servant mandata illius, ut sit potestas illorum in ligno vitae et per portas intrent in civitatem; foris autem canes et venefici et impudici et homicidae et idolis servientes et omnis, qui amat et facit mendacium."

---

[1]) 15. — [2]) 19. — [3]) 10. — [4]) 17. — [5]) 6. — [6]) 11. — [7]) Vielmehr Apocal. 21, 8. — [8]) 11. — [9]) 1. — [10]) 12. — [11]) 36. — [12]) 29. — [13]) 20 f. — [14]) 22. — [15]) Vielmehr 3, 15; vgl. dazu 4, 20. — [16]) 16. — [17]) 10. — [18]) 14 f.

Digitized by Google

Ordinatio politici regiminis in civitate Monasteriensi a 12 senioribus recens introducta[1].

„Seniores communitatis Christi in sancta civitate Monasteriensi per gratiam altissimi et omnipotentis Dei vocati et constituti haec officia et hos subsequentes articulos a singulis Israelitis ac domus Dei inhabitatoribus fideliter et inviolate servari volunt:

1. Quicquid sacra scriptura aut praecipit aut vetat, huic poenae metu singuli Israhelitae parebunt.

2.[2] Unusquisque vocationi suae sedulo insistet Deumque ac magistratum ab eo constitutum timebit. Nam non frustra gerit gladium, cum scelerum sit ultor.

*p. 490. *3. Quilibet seniorum unius ministri opera ad iussa sua exequenda utetur.

4. Quinque seniorum tam nocturnis quam diurnis excubiis praeerunt easque praesentes inspicient, ne quid negligentia vigilum periculi reipublicae importet.

5. Unus insuper seniorum singulis noctibus cum quibusdam ministris armatis vigiles omnes in aggeribus, muris et portis excubantes diligenter contemplabitur, ut in officio contineantur et Deus cum illis vigilet.

6. Singulis diebus a septima ad nonam antemeridianam[3] et a secunda ad quartam pomeridianam horam sex seniores in foro locoque ad id destinato considentes omnes controversias suis decretis diriment[4].

7. Quicquid seniores communi consilio in hac nova Israhelis republica utile esse decreverint, Ioannes Leydanus propheta tanquam fidelis minister altissimi et sacrosancti magistratus communitati Christi totique Israelitico coetui annunciabit et proponet.

---

[1]) Ein Teil dieser Verordnungen der Aeltesten ist auch in das Flugblatt „Die Ordnung“ übergegangen. Die Namen sind wie immer in dem Drucke derselben sehr entstellt. Wo sich nennenswerte Abweichungen oder Zusätze fanden, habe ich sie vermerkt. Die Verordnungen fehlen sowohl im Manuscript des „Tagebuchs“ wie auch in der Münsterschen Bischofschronik. — [2]) Fehlt in der „Ordnung.“ — [3]) Die „Ordnung“: „Alle tag vor siben uren zwischen zehen vormittag.“ — [4]) Vgl. zu diesem und dem folgenden Artikel den Bericht H. Gresbeck's S. 36.

Digitized by Google

8. Ne inter sinceros minimeque fucatos Israhelitas quicquam manifesti flagitii cum verbo Dei pugnantis toleretur utque transgressor seu flagitiosus in manifesto crimine deprehensus meritis suppliciis plectatur, Bernardus Knipperdollingus ensifer eundem ratione commissi delicti puniet. Si vero in manifesto crimine non deprehendatur, causa ad seniores per Knipperdollingum referetur, quorum decreto parebitur, ut omne malum ex Israel eradicetur. Knipperdollingus autem in sui muneris tutelam et defensionem quatuor stipatoribus munitus in publicum prodibit [1].

9. Ut in cibis administrandis legitimus servetur ordo, praefecti eius rei officii sui memores eiusdem generis fercula (uti hactenus fieri consuevit) singulis diebus fratribus sororibusque in disiunctis et disseparatis mensis modeste et cum omni verecundia sedentibus apponent. Neque illi quicquam pro suo arbitratu praeter id, quod apponitur, exigent. (Habebant autem ante singulas portas singulas aedes, in quibus illi, qui munitionibus firmandis dabant operam, suo tempore cibabantur, in quorum numero tam feminae quam mares fuerant, qui mensae cum silentio accumbentes uno aliquo inter edendum in veteri testamento legente cibum capiebant.) [2]

*10. Excubias interea diurnas agentes aliis digressis cibum capient, ne vigiliae necessariae negligantur. *p. 491.

11. [3] Nemo praeter Christianum Kerckringum ac Hermannum Redekerum, praefectos piscationis, illorumque ministros piscabit, qui etiam pisces pro necessitate aegrotantibus et praegnantibus non negabunt.

---

[1]) Vergl. dazu oben S. 574, wo Kerss. auch die Namen der vier Diener nannte.

[2]) Dieser Satz ist in der „Ordnung" von den Verfügungen der Aeltesten getrennt und ist unter die sonstigen Berichte über die Verhältnisse in Münster eingereiht. Hinzugefügt ist noch: „Was man in fürsetzet, müssen sy essen und trincken sonder murren. Wer ein löffel will haben, der mufs in mit im pringen. Wölcher mer brots schneydt, dan er isst, der wirt berufft für die Eltesten." Vgl. auch Joh. Fabricius Bolandus Bl. N 4v und L. Hortensius S. 20 f. Ueber die gemeinsamen Mahlzeiten s. auch H. Gresbeck S. 34 f.

[3]) Fehlt in der „Ordnung".

Digitized by Google

12. Penes Bernardum Boentruppen ac Gerardum Pruessen mactandi creopoliique curandi ius erit, ne recentes carnes suo tempore desint.

13. Hermannus Tornate, Ioannes Redeker et Henricus Dumcuster cum sex suis ministris in usum Israelitarum calceos suent.

14. Ioannes Palck, Henricus Pothoff, Henricus Stolte, Conradus Potthoff, Hermannus Berninck ac Arnoldus Roidtlandt[1], fabri ferrarii, nulli suam operam negabunt. Mollenhecke vero ac Steinkamp soli magistratui in cudendo ferramento servient.

15. Ioannes Coesfeldius cum suis ministris claves ferreos cudet[2].

16. Bernardus tor Moer, Bernardus Glandorp, Henricus Edelbloit et Ioannes Northoff[3] sarcinatorum erunt praefecti dabuntque operam, ne novae ac inusitatae vestium formae fiant.

17. Conscissas et dissectas vestes nemo gestabit[4].

18. Secreta seniorum consilia atque decreta illorum publica privataque Henricus Krechtingk tanquam tabellio et a secretis diligenter annotabit.

19. Ne quid, quod ad bombardas et tormenta eorumque usum necessarium requiritur, desit, Henricus Mollenhecke et Bernardus Pannicida curam habebunt.

20. Ut vinum aliaque annosa potus genera in usum aegrotantium et dolore animi laborantium conserventur, Stephanus Kupperschleger eius rei exactam rationem suscipiet.

21. Ut auro et argento tam signato quam non signato verus et legitimus usus tribuatur, Magnus Koehus, Conradus Kruese, Gerardus Reyninck et Lucas Gruter singulari studio curabunt, ne quid inutiliter expendatur, sed seniorum consilio in utilitatem publicam convertatur[5].

22. Andreas Coriarius et Hermannus Ribbert coriorum et pellium praeparationi ac illius, quidquid ad sutoriam pertinet, praefecti erunt *in hac sancta civitate. *p. 492.

[1]) Der Name Arnold Roidtlandt fehlt in der „Ordnung".

[2]) In der „Ordnung": „Günters knecht genandt Gastel soll mit seinen hülffen nach aller gestalt nögel machen."

[3]) Die „Ordnung" nennt für diesen Johann Vlenthoff.

[4]) Auf die Ordnung, die Kleider betreffend, kommt Kerss. weiter unten noch einmal zurück. — [5]) Vgl. dazu oben S. 562.

Digitized by Google

23. Eberardus Follen ac Ioannes Krechtingk veterinarii erunt et equorum publicis usibus destinatorum curam agent, ne sine commodo pabula absumantur[1].

24. Publicis munitionibus huius sanctae urbis confirmandis aut de integro erigendis Gerardus Kibbenbroich, Christianus Wordeman, Ioannes Daventriacus ac Ioannes Uldanus[2] dabunt operam. Nihil tamen senioribus non consultis extruent.

25. Ioannes Krechtingk raparum semina, quaecunque in urbe deprehenderit, ad molam oleariam Meynershagii convehet oleumque inde expressum in usus necessarios fideliter conservabit.

26.[3] Aromatibus et placentis in unam domum comportatis Bernardus Menneken praeerit iisque recte distribuendis dabit operam.

27. Quoties cerevisia et panis necessarius fuerit, seniores per Dei gratiam dabunt operam, ne quid respublica incommodi capiat.

28. Quoties ad reparationem aggerum terra opus fuerit, Theodoricus Schloschen in eius rei usum bigas aut quadrigas procurabit et cuprum, plumbum, stannum a deiectis turribus raptum in singulos et distinctos acervos convehere iubebit.

29. Si peregrinus et a nostra religione alienus, sive frater sive eiusdem patriae concivis sive familiaris fuerit, qui sese ad hanc civitatem nostram sanctam contulerit, ille Knipperdollingo ensigero ad examinandum committetur, ut ille cum eo colloquia misceat; quod nulli alii praeterquam senioribus committitur.

30. Baptizatus christianus cum advena et peregrino ethnico nullum colloquium aut sermonem habebit neque cibum cum illo sumet, ne ulla collusionis suspicio suboriatur.

31. Nemo quacunque etiam arte inobedientiae poena proposita piscabitur.

32. Nemo citra consensum et arbitrium seniorum sub poena capitis signa militiae mutabit neque se pro arbitrio suo de manipulo uno in alium dedet.

---

[1]) Die „Ordnung“ sagt unklar: „Der pferd grofs und klein sollen Olbert Fellen und Johann Krechting auffsehen haben in der Meimerschlagen feldmülen.“ Vgl. dazu gleich unten Artikel 25.

[2]) Ueber die Uldansschanze vgl. oben S. 554. Die „Ordnung“ hat statt Johann Uldan den Namen Johann Kürchenrinck.

[3]) Dieser und sämtliche folgenden Artikel fehlen in der „Ordnung“.

Digitized by Google

33. Si quis Deo sic dispensante ab hostibus transfossus aut alia quavis ratione obdormierit in Domino, bona illius relicta, ut sunt arma, vestes etc., nemo sua auctoritate capiet, sed ad Bernardum Knipperdollingum ensigerum deferentur, qui
*p. 493. senioribus ea offeret, *ut illorum auctoritate veris haeredibus adiudicentur."

Inde retincti quaedam scripta in urbe et publice et privatim composita aut lapidibus alligata eiiciunt aut telis affixa in castra spargunt[1], ut militibus persuadeant se non priores bellum intulisse, sed sibi sine iusta denunciatione illatum; se aut deprecaturos aut legitima defensione repulsuros verbumque Dei, quod apud se vigeat, defensuros. Et haec eo astu atque consilio agunt, ut militem ab obsidione tam sanctae civitatis removeant et ab oppressione tam piorum virorum deterreant. Quale fuit illud, quod sequitur[2]:

„Omnibus populis, cuiuscunque sint aetatis, Monasterium, christianam civitatem altissimi Dei, obsidione prementibus.

Gratiam et misericordiam et pacem a Deo Patre per Iesum Christum, unicum nostrum et totius mundi servatorem, omnibus piis, benevolis et christianae veritatis amatoribus precamur! Audite, populi, et percipite, iuvenes senesque, qui in circuitu urbis nostrae castra tenetis! Cum nos non solum pacem, verum etiam fraternum amorem in Christo cum quibusdam hominibus ex animo habere desideremus, quibus rationibus coram piis viris (taceo coram Deo) defendetis, quod contra scriptas pacis leges et consignatas non indicta belli causa obsidione violenta a vobis premimur atque occidimur? Sed iustos iuvabit Deus. Quod vero vobis literas nostras mittimus, hac de causa fieri cognoscite! Speramus inter vos multos adhuc pios fore Deum ac creatorem suum amantes, qui mortem oppetere malint, quam

---

[1]) So schreibt Konr. Hesse am 5. Juni aus dem Lager vor Münster an die landgräflichen Räte zu Kassel (M. G.-Q. II, 250): „Ich senden uch auch hei ein buchelgen; das wollet lessen. Die von Munster haben ir etlich eins leger gesant." Die übersandte Schrift liegt dem Originalbrief im St.-A. Marburg nicht mehr bei. — [2]) Nur durch Kerss. bekannt.

Digitized by Google

non indicto bello contra fas, contra Deum atque amabilem veritatem pecuniae gratia suscipere bellum, qui mendaciis adducti nobis infensi sunt existimantes, si nos armis persequantur, se gratum Deo obsequium praestituros. Ut autem singuli vestrum intelligant accuratiusque secum expendant, quid agant et contra quos arma induant, fidei et vitae nostrae rationem breviter explicabimus. Fides et fiducia nostra est in unum verum et vivum Deum, creatorem coeli et terrae, sicut scriptura sancta illud latius explicat, quod perlongum esset hic persequi. Scimus etiam et credimus: aeternum Deum timentes se et in via sua ambulantes amare, contra malefactores omnes in *terra enormiter *p. 494.
odisse. Cum igitur in Deum credimus et scimus eum esse remuneratorem illis, qui ipsum ex toto animo quaerunt et in viis illius ambulant, ita vita nostra coram Deo est composita, ut nullum inter nos flagitiis obnoxium impunitum relinquamus, nedum talia flagitia et enormia peccata, qualia de nobis impudenter inter vos confinguntur, perferamus et fieri permittamus. Praeterea si constaret nobis nos quenquam praeter Satanam illiusque familiam defraudasse, quadruplum libenter refunderemus. Haec est fides et vita nostra. Deus est nostra fiducia, spes, praesidium et clypeus noster; ipsius voluntati obsequi nostrum desiderium est, sive vivendum sive moriendum sit nobis. Proinde non formidamus, quid Antichristus, sacerdotes, monachi et diaboli astutia cum tota cohorte cumque ipsis inferorum portis adversus nos moliantur. Nostra vita in Christo abscondita tunc primum incipit, quando haec caro mortalitatem deposuit. Tunc hostes Dei stimulo Iesu Christi occurrentes fracti et repulsi confundentur et pudefient. Quare resipiscite et errores vestros, dum potestis, agnoscite, ne ipsi in vestrum exitium foveam fodiatis! Optamus enim omnium hominum resipiscentiam, ut nobiscum salvi fiant. Quid vero nobis homines optent, Deus sit iudex! Haec pro benigna admonitione suscipite et, ne nostrum ducem antiquum et bene exercitatum offendatis, cavetote! Omnes Dei hostes non secus quam paleam et quisquilias aestimamus, quibus intrepide ducis nostri praesidio freti resistemus. Et certe durum erit ipsis contra stimulum calcitrare[1] et iudicio Dei se impli-

[1]) Act. Apost. 9, 5.

Digitized by Google

care. Si hanc agnitionem fidei nostrae veram non esse existimaveritis, ferre poterimus, ut certus commilitonum vestrorum numerus, a nobis tamen decernendus, omnia praesens experiatur. Deus enim novit, quod nihil nisi regnum Christi quaeramus et optemus. Scripta sunt haec Monasterii in civitate Dei altissimi
8. April. anno post natum Christum 1534 octavo die Aprilis [1].

Seniores totaque communitas et consociatio Christi Monasterii congregata."

Varia deinde ludibrii et contumeliae genera utrinque effinguntur, quibus per animi lasciviam interdum sobrii, interdum ebrii se mutuo lacessunt, dicteriis amarulentis provocant. Qui-
*p. 495. dam *militum ingenti saepe confidentia freti ad urbem decurrunt caligasque detritas portis his vociferationibus affigunt: „Sartor, detritas atque laceratas has mihi refice caligas!" Atque hi interdum elabuntur, interdum transfixi cadunt. Oppidani vicissim viri simulachrum e panno lineo consutum et feno fartum ac indulgentiarum literis pontificiisque bullis circumseptum annosae equae imponunt eamque scuticis acriter in porta flagellantes ita cum suo sessore muto in castra Mauritiana abigunt [2]. Miles eo simulachro illusus, cum oppidanum aliquem ab effreni et indomito equo, quem retinere non potuerit, per campum ferri existimaret, certatim praedandi gratia accurrit, equum apprehendit et a pernici cursu coercet. Cum autem fraus deprehenderetur, magna militum multitudo rei novae avida et doli ignara ad spectaculum illud confluit. Oppidani vero ex diversis urbis munitionibus et e turri potissimum Martiniana tantam tormentorum et missilium copiam in eam conglobatam et consertam militum multitudinem coniiciunt, ut maiori parte occisa pauci sine vulneribus elaberentur. Neque multo post vas humano excremento plenum et arctissime obturatum bigaeque impositum sine auriga in castra mittunt [3]; et alia infinita in contumeliam militum comminiscuntur et foedissimis convitiis se mutuo proscindunt. Hi milites appellant impios idololatras, pontificis et

[1]) Vgl. oben S. 574 Anm. 2. — [2]) Vgl. dazu oben S. 568. Ganz ähnlich berichtet Joh. Fabricius Bolandus Bl. Q 1 f. Denselben Spott erwähnt auch H. Gresbeck S. 49 f. — [3]) Siehe Joh. Fabricius Bolandus Bl. S 1v u. S 2. Vgl. auch H. Gresbeck S. 49.

Digitized by Google

rasae turbae ministros, servos scelerum etc.; illi e diverso clamitant: „Pater, spiritus meus appetit carnem tuam!“ Interdum nudatis natibus posteriora ostentant[1]. Id cum quidam puer eodem fere semper in loco crebro faceret, oppidani disposito ad eum locum tormento puerum ita traiiciunt, ut membra dissipata et per agros passim disiecta non reperiri, nedum colligi potuerint.

Dum haec aguntur, vimineas crates, quibus Alpham castris interluentem suppositis trabibus passim committant, octo pedum in latitudinem, duodecim vero in longitudinem, ac corbes seu gerras adversus tormenta obiectacula iussu principis praefecti militiae in Aprili texunt et magnum carrucularum, palarum, harpagonum et uncatarum scalarum numerum ad oppugnationem futuram comparant. Ruricolae quoque fossores agminatim castra muniendi causa per vices accersuntur[2]; alii ex his detrita *plaustra stramine et erica, alii vero firmiora fascibus et virgultis onerata adducere iubentur, hi ut deiectis fascibus currus secum reducant, illi autem ut ipsos cum oneribus in castris relinquant[3]. *p. 496.

Princeps praeterea, ut militaris disciplina in castris vigeat, 3. Maii satrapis et praefectis per totam dioecesim edicto praecipit, ut milites sine ducum suorum commeatu signa deserentes et defectionem molientes tanquam transfugas intercipiant et captos poenae reservent atque ita viarum rationem circumquaque habeant, ne miles non auctoratus et in militum numerum ascriptus sine fide publica in castra commeare permittatur[4]. 3. Mai.

Inde Bastwilhelmus, infumibulorum rasor, cum inter portas Horsthanam et Mauritianam in loco valli sibi a militiae praefectis assignato vigilias nocturnas ageret, subita visione et inusitata voce excitatus atque animatus est, ut impiorum urbes

---

[1]) Ebenso Joh. Fabricius Bolandus Bl. L 3v.

[2]) Der Befehl des Bischofs stiefs bei den Bauern auf heftigen Widerstand. Infolgedessen ordnete der Bischof in einem Erlafs an die Amtleute vom 11. April aus Wolbeck an, dafs Jeder, der sich nicht zu Schanzarbeiten vor Münster einstellen wolle, verhaftet werden solle. Am 15. April schon folgte ein abermaliger dahingehender Erlafs (Konzepte im St.-A. M.).

[3]) Vergl. dazu das bischöfliche Schreiben an die Amtleute vom 20. April aus Wolbeck (Konzept im St.-A. M.).

[4]) Konzept eines dahinlautenden Befehles des Bischofs vom 2. Mai im St.-A. M.

Digitized by Google

flammis passim perderet. Proinde publica auctoritate et commeatu impetrato eo animo exivit, ut Woltbecae, Telgeto, Alenae, Dulmaniae aliisque finitimis oppidis flammas iniiceret. Et cum Woltbecae magna pulveris tormentarii recens advecti aliarumque rerum ad bellum et obsidionem comparatarum esset copia, primum suscepti incendii experimentum in eo oppidulo facere tentavit. Admovet itaque tectis faces magnamque oppidi partem
(16. April.) sine pulveris tamen aliarumque rerum bellicarum exitio exussit[1]. Paganorum enim undique accurrentium multitudine, antequam pulveris repositorium ignis pertingeret, incendium restinctum est. Incendiarius vero clanculum sese inde Dremstenfordiam subduxit, ubi ex levi suspicione apprehensus factum fatetur. Inde flagitii daturus poenas Woltbecam reducitur. Religatus ergo ad postem igni, quo aliis nocuit, suffocatus et exustus periit di-

---

[1]) Als Datum des Brandes von Wolbeck ergiebt sich der 16. April aus einem Briefe des Bischofs an G. v. d. Recke und andere seiner Räte aus Horstmar vom 17. April (Orig. im St.-A. M.), in dem es heifst: „Wy hebn den brant, so gisteren tor Wolbecke yn unsen affwesent gescheit, myt beswerten gemoete nicht gerne gehoert.“ Der Bischof befiehlt, sofort den Hauptmann Koritzer mit hundert Knechten nach Wolbeck zu berufen, und ordnet umfassende Vorsichtsmafsregeln an. — Kurz ist der Brand erwähnt in der Bischofschronik (M. G.-Q. I, 335): „Se mackeden einen vorreder uth und mortberner, de Wolbecke uthbrandede.“ Aehnlich sagt D. Lilie S. 232: „Noch beslotten de boven in erem raide, se wolden itlike uthmaken, de solden ummeher de stede, dorper unde huser affbernen, dar ein mede gewest, de datsulvige vullenbrachte unde dat fleck tor Wolbecke anstickede ...“ Der Name des Mordbrenners findet sich aufser bei Kerss. nur noch im „Bichtboeck“. Die betreffenden Verse lauten dort (S. 71v):

„Bast Wilm schorstenfegger is auch mit uth Munster gegangen,
He heft up mordbrennen van den Mönsterschen geld empfangen;
He heft dat fleck Wolbeck met lunten gebrandt,
Danah is he gefangen allthohandt.
He heft dat stadlein Wolbeck angestecken.
Got moste davan seine live trecken.
He is verbrandt und heft sinen loen entfaen,
Danah als he hadde by dem stadtlein Wolbeck gedaen.
He mende da bussenkruth tho finden in den kercken,
Dat wolde he anstecken und dar groit ungluck und schaden mit wercken.
De kercke is averst nich angegaen,
Und dat pulver heft tho der tied up der borg gesthaen.“

Digitized by Google

gnamque factis suis poenam dedit[1]. Hic etiam in carcere Theodorico a Mervelt, satrapae Woltbecano, ad rem aliquantulum attento differendi forte supplicii causa persuasit in silva vicina, quae ferarum hortus seu saltus dicitur, designato certo loco et in casula, qua Monasterii in vallo excubias agere solitus sit, thesauros defossos esse. Utrumque ergo locum, illum ante captam, hunc vero post captam urbem sollicite magnoque studio scrutatus est; sed deceptus nihil praeter *terram reperit. *p. 497.

Interea oppidani quotidianis fere conflictatiunculis sese exercent hostesque terrent[2] et maxime 16. Maii inopinatam 16. Mai. eruptionem in castra hostium faciunt ac non paucos, sine magna tamen suorum strage, sternunt atque Clymnerum Voerdanum, Arzeum Lythonium et Hansonem Bechemium secum captos in urbem abducunt, qui postridie per literas in castra missas[3] a suis commilitonibus poscunt, ut colloquendi facultate ab oppidanis impetrata cum Ioanne Bokelsone de commutandis captivis agant; sibi enim in isto ergastulo diutius detineri permolestum esse.

Cum iam omnia ad bombardas maiores et ad oppugnationem urbis necessaria comparata et instructa essent[4], ne quid

---

[1]) D. Lilie a. a. O.: „Desulvige wordt gefangen unde vor Telget gesmoket an der suilen unde vorbrandt."

[2]) Vgl. dazu oben S. 554 f. Am 18. Mai schreibt Konrad Hesse an die Räte des Landgrafen Philipp in Kassel aus dem Feldlager vor Münster (M. G.-Q. II, 238): „Sie fallen auch einen dagh und alle tage in die leger."

[3]) Orig. des Briefes des Clymmer van Woerden, Artz van Lyth und Hans van Beckem vom 17 Mai an viele ihrer namentlich angeführten Kameraden im Fähnlein Jost van Muyen's im St.-A. M. Die Landsknechte weisen darauf hin, wenn der Bischof die im Scharmützel gefangenen Münsterer „an syck wolde doin holden unde nicht na kryges rechte gequitet volgen ... laiten, dat selve wert uns allen wederum erfaren und gelyck den broderen, wefs enne geschuth, wederum gewarden." Sie bitten um günstige Antwort und darum, „durch Daniel Gossens gnant Monneke Vrent van den Bussche sprake to holden, eder anders, wo iw geleveth, myt Johan Bokels van Leyden vor de porten Jodevelt to verstendigen."

[4]) Nachdem der Bischof auf dem Tage zu Orsoy am 26. März wirksame Hülfe von Seiten des Kurfürsten von Köln und des Herzogs von Cleve erhalten hatte (beide Fürsten wollten u. a. für einen Monat je zwei Fähnlein Knechte vor Münster unterhalten. Ueber den Umschwung der Beziehungen des Bischofs zu den ihm benachbarten Fürsten und über die Ursachen desselben vgl. die oben S. 529 Anm. 1 angegebenen Ausführungen

Digitized by Google

temporis sine armorum exercitio transmittatur neve turpi otio miles intra castra languescat, die Veneris, quae proxime festum
22. Mai. Pentecostes praecessit fuitque 22. Maii, muros, portas et propugnacula urbis frequentibus ad futuram oppugnationem ictibus, quae die Martis subsequenti in crepusculo matutino fieri decreta est, quatere atque deiicere incipiunt viamque irruptionis sibi aperire contendunt[1]. Quicquid autem munitionis interdiu sternitur, mulieres a certis ductoribus edoctae nocturno tempore terra fimoque congesto reparant ac restaurant. Viri vero ad futuram oppugnationis diem, quam per transfugas didicerant[2],

---

von L. Keller), entliefs er die ihm vom Landgrafen von Hessen infolge der Zusammenkunft zu Böke (s. oben S. 505 Anm.) zugesandten zwei Fähnlein Landsknechte, da ihm „desses orts der lantzknechte zo vele angekommen“ (Abdruck des bischöflichen Schreibens an den Landgrafen vom 15. April bei L. Keller: G. d. W. S. 315). Nach Ablauf der in Orsoy festgesetzten Frist erneuerten und vervollständigten Köln und Cleve ihre Hülfe für den Bischof auf dem ersten Tage zu Neufs am 7. Mai. Wenn auch die dortigen Abmachungen (der Abschied ist abgedruckt bei L. Keller a. a. O. S. 316 f.; vgl. auch S. 255) die selbständigen militärischen Operationen des Bischofs sehr beeinträchtigten, da der Bischof an die Zustimmung dreier kölnischer und dreier clevischer Kriegsräte gebunden ward, so ermöglichten sie doch erst ein ernsteres Vorgehen gegen die Stadt und hatten von vornherein einen Sturm auf Münster im Auge. Zwar berichtet Konr. Hesse, der im Lager vor Münster die Anstalten des Bischofs zur Eroberung der Stadt, zugleich aber auch die Gegenrüstungen der Münsterer beobachtet hatte, noch am 18. Mai an die landgräflichen Räte in Kassel (M. G.-Q. II, 237 f.), er besorge, „das der beischaf deis mols die stat mit gewalt nit erobern werde ...“ Nach Joh. Fabricius Bolandus Bl. L 8v, dem Herm. Hamelmann S. 1226 folgt, liefs der Bischof um Pfingsten die Stadt zur Uebergabe auffordern, erhielt aber eine schroffe Zurückweisung. Vergl. dazu die von C. A. Cornelius (M. G.-Q. II, 241 ff.) veröffentlichten undatierten, aber wohl in diese Zeit gehörigen Schreiben von Seiten des Bischofs und von Seiten der Inhaber der Stadt Münster.

[1]) Der Bischof hatte am 13. Mai dem Erzbischof von Köln geschrieben (Konzept im St.-A. M.), die Beschiefsung solle am 19. oder 20. Mai beginnen. Vergl. auch den Bericht der Clevischen Kriegsräte an Herzog Johann vom 16. Mai (M. G.-Q. II, 233). Dafs die Beschiefsung thatsächlich erst am 22. Mai begann, bestätigt der Brief des Bischofs an die hessischen Räte zu Kassel vom 26. Mai (M. G.-Q. II, 244).

[2]) „Dan leider,“ sagt auch D. Lilie S. 233. „grote vorrederie is darbuthen gewest, dat se binnen Munster gewarnet worden unde wusten, wanner de dach was angesatt, dat men stormen wolde.“

Digitized by Google

sese armant, neque quicquam, quod ad repellendos hostes utile visum est, intermittitur. Nec dissimili studio miles urbem oppugnaturus in omnibus castris se instruit et a ducibus iuramenti praestiti et priscae fortitudinis admonetur. Ipsi etiam proposita opimae spe praedae se mutuo animant. Geldri autem non solum verbis mutuis, verum etiam spumantibus et plenis calicibus epotis animos sibi conciliant, omnesque mortis terrorem largo mero cervisiaque excutiunt non intelligentes consilii rationem his extingui neque fortitudinem, sed audaciam ac temeritatem augeri. Hi itaque cum diem Lunae totum pocula con- 25. Mai.
trectassent et tam strenue potitassent, ut neque discrimen dierum neque vespertini neque matutini temporis haberent rationem, ante solis occasum spe praedae praeripiendae et inanis gloriae cupiditate adducti, cuius appetentes plerique esse existimantur, ingenti strepitu et clamore sublato oppugnationem aliis castris ignorantibus praetentant et, quantum per ebrietatem *licuit, armis, scalis aliisque machinis urbem adoriuntur[1]. Ubi vero Geldrorum oppugnatio per reliqua castra nunciaretur, admirantur primum ipsos temporis decretae oppugnationis oblitos esse; ne tamen soli impressionem sustineant, ex omnibus castris praesidii ferendi gratia fit irruptio, et multorum oppidanorum tela in se quoque provocant atque ita hostilem impetum unitum dispertiuntur et dissipant. Sed ubi nox intervenisset, duces receptui canunt et ad castra suos milites superstites revocant. Plurimi autem eorum in ista impressione irrita desiderati sunt[2], *p. 498.

---

[1]) Dafs die Knechte aus dem Geldrischen Lager den vorzeitigen Ansturm wagten und das Zeichen zum allgemeinen Angriffe nicht abwarteten, berichtet Kerss. in Uebereinstimmung mit Joh. Fabricius Bolandus Bl. M 3v ff. Vgl. auch D. Lilie S. 233. In dem Briefe des Bischofs an die hessischen Räte in Kassel vom 26. Mai heifst es (M. G.-Q. II, 244): „Es hat sich aber zugetragen, das etzlich getrunken knechte gestern nacht umb die elf ur unversehentlich und uber den abscheit, unbewust der obersten veltheuptleute, die stat angefallen, und im selbigen anlauffe die knechte dorch die inhaber der stat widder abgeslagen."

[2]) Das Schreiben des Bischofs an die hessischen Räte in Kassel giebt an, dafs die Zahl der gefallenen und verwundeten Knechte sich auf 200 belief, ebenso ein Brief der clevischen Kriegsräte (M. G.-Q. II, 243). H. Dorp Bl. E 3v, der den Sturm zu Pfingsten nur ganz kurz berührt, sagt,

Digitized by Google

cum ex oppidanis tantum Antonius Guldenarm et Henricus Merschius cum octo aliis gregariis interierint[1]. Si omnia simul castra decreto tempore omnibus rebus paratis irruptionem tentassent, felicius res forte cessissent.

Ex hac recenti victoria cum oppidani feliciter suarum virium periculum fecissent, audaciores redditi multa in hostium perniciem callide machinantur. Primum enim iuxta portam Iudefeldanam ex urbe per aggerem cumulum agunt eumque lignis robustioribus intus, ne agger subsidat, fulciunt et fossam utramque ponticulis iungunt[2]. Per hanc viam hostibus incognitam oppidani aliquot animo quam viribus maiores urbe exeunt operasque inter se partiuntur. Alii enim chalybeios clavos, alii ferreos malleos, alii grandiores secures, alii strictos enses, alii bipennes ferunt et, ne hostis eorum adventum praesentiat, proni per terram usque ad hostium stationem et vigilias diurnas repunt. Ibi praeter spem in hostium stationem diurnam subito irruunt, quosdam alea ludentes, quosdam potitantes aliudve praeter officium suum agentes inermes armati opprimunt et eos, qui sibi fuga salutem non quaesierant, priusquam arma corriperent, adoriuntur, sternunt et mactant. Alii clavos chalybeios foraminibus parvis novemdecim bombardarum intra vineas dispositarum, per qu*ae*[a] ignis immittitur, aptant, alii ferreis malleis eos, quanta vi possunt, adigunt, alii rotas tormentorum receptaculaque securibus secant et, quantum tempus patitur, omnia frangunt, corrumpunt et perdunt. Pulverem etiam nitratum in magna copia ibi repertum passim per arenam spargunt[3]. Interea per vallum

[a]) *Ms.:* quem.

---

der Bischof „gewan aber nichts denn eitel verderben seines volcks, sonderlich der Meisner, deren seer viel umbkamen."

[1]) Das berichtet nur Kerss. Im Gegensatz dazu sagt H. Gresbeck S. 53: „... und die wiederdoepers lieden ock schaden in der stat und lietten viel doden. Auf demselven storm lietten die wiederdoepers mehr schaden, dan sie lieden up dem lesten storm."

[2]) Vgl. dazu H. Gresbeck's Bericht S. 56 f. u. 177.

[3]) Den Ausfall zur Vernagelung der feindlichen Geschütze erwähnt auch H. Gresbeck S. 52 ff. Ebensowenig wie Kerss. giebt er für den-

Digitized by Google

et propugnaculum urbis bombardae cancellis ferreis e porticu maioris templi raptis et frustatim dissectis gravide in hostium adventum et perniciem disponuntur. Cum vero ista *strages *p. 499. per unum aut alterum forte militem, qui sibi fuga salutem quaesierant, in castris nunciaretur, tota castrorum vis erumpit oppidanosque persequitur, sed propius ac intra bombardarum iactum hostium versutam calliditatem metuens progredi non audet. Cum vero oppidani hostes fraudis ignaros ad locum, ubi pulvis per arenam esset sparsus, irritando perduxissent, protinus ignem in pulverem iaciunt. Ibi milites in mediis flammis stantes attoniti miserrime ambusti sunt; reliqui vero milites tristissimo isto suorum spectaculo territi subsistunt ignemque divinitus immissum existimantes oppidanos persequi non audent, ne similis sibi aut maior calamitas contingat. Castra itaque repetunt suorum semitostorum reditum expectantes. Oppidani autem ridentes et securi iam ab hostium persecutione per cuniculum, unde venerant, in urbem regrediuntur. Incomparabilis fuisset haec tormentorum iactura, nisi cuiusdam viri singulari artificio ac agili

---

selben eine bestimmte Zeit an. Jedenfalls ist hier der Ausfall vom 16. Mai, also zeitlich vor der ersten mifslungenen Bestürmung der Stadt gemeint. In einem Briefe vom 19. Mai melden die kölnischen Kriegsräte ihrem Erzbischofe (Orig. im St.-A. Marburg): „... am sampstagh (16. Mai) sindt die von der stat am Gellerschen leger heraus gefallen, haben die in der schantze in die flucht gestochen und zehen stuck buchssen, darunter e. churf. gn. noitslange ein waren, vernegelt und sex par reder zum geschutz zerheuwen und den Guilischen bussenmeister erstochen. Ist aus versumnis geschehen; man wirt hinfurter befs zusehen." Vgl. dazu das Schreiben der clevischen Kriegsräte an ihren Herzog vom 16. Mai (M. G.-Q. II, 234 f.), nach welchem am selben Tage von den Münsterschen bei einem Ausfall „etlich feltgeschutz, nemlich 13 stuck vernegelt und darzu noch ein notschlangen u. g. h. van Collen zustendig, ferner etlich reder an den wagen zerhouwen und das bulver by 2 donne angestochen" wurde. Sie haben am 16. Mai, schreibt auch Konr. Hesse am 18. Mai an die landgräflichen Räte in Kassel (M. G.-Q. II, 238), „11 stucke buxen vernagelt, die redder zurhawen, etlich bolver genomen, etlich lot in graffen geworffen und domit wederum in ir gewor-sam gezogen." Von 26 vernagelten Geschützen hatte der Herzog Ernst von Lüneburg gehört (s. dessen Brief vom 29. Mai an den Kurfürsten Johann Friedrich von Sachsen, M. G.-Q. II, 247).

Digitized by Google

terebello reserata fuissent[1]. In hac expeditione plurimi quidem milites, sed 14 oppidani desiderati sunt[2].

Quadraginta circiter passus a porta Mauritiana tumulus est, cui mola flatilis imposita erat. Hunc retincti muniunt, unde militem incautum saepe ex insidiis adoriuntur et mactant. Miles vero fraudes oppidanorum, qui muris suis non contenti foris etiam defensacula erexerant, aegerrime ferens ipsos inde deturbare constituit. Id cum magna vi tentasset, post multos (19. u. 20. Juni.) tandem sudores et clades suorum defensaculo potitus omnes retinctos ibi repertos ad unum trucidavit[3]. Corytzero, duci militum, in hac oppressione fortiter pugnanti iactus lapidis hostilis alterum oculum excussit. Monoculus militiae renunciavit Reynamque reversus reliquos vitae dies militia vacans transegit. Huic autem Hanso Teckelenburgicus successit.

Quotidianam hanc militum cladem atque has fraudulentas oppidanorum eruptiones princeps intolerantissime ferens cum militiae ducibus singulis vero diebus non solum de capienda urbe, verum etiam de petulanti oppidanorum audacia coercenda et publice et privatim consultat. Aliis hoc, aliis vero illud consulentibus quidam miles nomine Offerkampius[4], gerrarum seu

---

[1]) „Aver doch, so sagen die oversten," schreiben die clevischen Kriegsräte a. a. O., „sie wellen die stuck von stund wieder ganghaftig machen ..." Und Herzog Ernst von Lüneburg meldete am 29. Mai a. a. O., er habe erfahren, „das man dennoch das maiste vom geschutz, als vornagelt, die zuntholler wider gemacht."

[2]) Im Briefe der clevischen Räte a. a. O.: „... und wie der attelerymester unsers g. h. von Munster s. g. ertzalt, so sien zu beiden teilen zusamen ungeferlich bifs in 30 toten gebliven, und furnemlichen ufs der stat die iene, welche den schaden getan." H. Gresbeck S. 52 sagt nur in Bezug auf die Wiedertäufer: „Dair lieden sie viel doden over mit dem aftoch, dat sie weder wolden in die stat trecken."

[3]) Vgl. dazu H. Gresbeck S. 55 und den Brief des Konr. Hesse an die landgräflichen Räte zu Kassel vom 23. Juni (M. G.-Q. II, 255), aus dem sich als Datum des Kampfes der 19. und 20. Juni ergiebt. H. Gresbeck fügt seinem Berichte hinzu, dafs die Bischöflichen den Mühlenberg behielten, „so langh als dat leger fur der stat was, wente dat sie die blochuiser mackeden."

[4]) Zum Folgenden vgl. Joh. Fabricius Bolandus Bl. Q 4^{v} u. Q 5. Offerkamp stand früher in hessischen Diensten. Konr. Hesse berichtet am

Digitized by Google

vinearum in castris Mauritianis praefectus, novum genus expugnandi comminiscitur, quo aliquot arces, oppida et castra devicta esse militiae ducibus persuadet. Erigendum esse in vacuis campis aggerem eumque agricolarum *opera paulatim ad urbem *p. 500.
agendum, quo fossae impleantur; ita fore, ut miles sine magno negotio scandendi difficultate sublata recta et explicata acie in urbem eat. Hoc ubi Offerkampii consilium utile compendiumque belli futurum militiae praefecti iudicassent, quamvis quidam contrarium sentirent, principis quoque auctoritas facile impetratur, qui agricolas dioecesis ad operas futuras in catervas seu certas partes distribuere iubet, ut catervatim acciti et manticis ex humeris dependentibus commeatu adversus triduanam famem distentis muniti palisque ad fodiendum terramque coacervandam instructi vicissim adsint[1]. Nocturno itaque tempore inter portas

---

8. Juni an die landgräflichen Räte zu Kassel (Orig. im St.-A. Marburg): „Es ist eyner genandt Offerkam, der m. g. f. dyner formals gewesen ist, der dem schuffenemester myt dem eynen auge zu Cassel stach, dar uber er den hott zu der zeit mussen entloffen, derselbig hot m. g. h. dem beischaf angegeben, er wol ym eyne bercke nach der sthadt graben, das er ym lut zugebe, die da graben. Das gescheidt nu also." — D. Lilie S. 222 führt an, dafs der Bischof gegen Ende des Jahres 1533 „eine grote cortouwen dorch einen venler genant Offerkamp up dem Hagenberch to Iborch leith geiten, genant de Flegengeist."

[1]) Der erste Befehl des Bischofs an die Amtleute, dafür Sorge zu tragen, dafs sich Gräber vor Münster einstellten, erging am 3. Juni (Konzept im St.-A. M.). Bereits am 5. Juni melden die clevischen Kriegsräte ihrem Herzoge (M. G.-Q. II, 251): „das nu etlich anschlege mit graven gemacht und furgenommen werden, dordurch man vermeint, den usersten graven vor der stat Munster an etlichen orten zu fullen und den usersten wal fur das erst inzunemen." Am 7. Juni schreiben sie (a. a. O. S. 252), es seien „ungeverlich by den 600 buren uis dissen landen hir gewesen und haven heftig gegraven; derglichen sollen noch dissen avent andere mehe ankomen, alsso das man verhoft, das furgenomen werck, wie es sich noch ertzeigt, solle sinen vortgangk gewinnen." Doch war der Zuzug an Gräbern nicht den Wünschen des Bischofs entsprechend grofs genug (so hatte sich z. B. am 6. Juni Coesfeld, am 13. Juni Ahlen geweigert, Gräber zu schicken [Originale im St.-A. M.]). Am 18. Juni erging daher ein abermaliger bischöflicher Erlafs an alle Amtleute, sie sollten ohne Säumnis alle ihre „bevolen amptz undersaten man by man, behalven dat de twe kotter den derden stellen und uthmaken, by hogester straeff lyves und gudes" ins

Digitized by Google

Horsthanam et Mauritianam ad iactum fere teli ab urbe parvus et humilis quidam agger erigitur, qui multitudine telluris et agricolarum assiduo labore fit maior altiorque. Disponuntur autem per Offerkampium, huius rei praefectum, agricolae in triplices, quadruplices, quintuplices aut plures, prout molis altitudo requirebat, ordines; atque sic infimi ordinis fossores imam terram a radice aggeris raptam secundo ordini atque ita deinceps inferiores proximis semper superioribus adiiciunt. Supremus vero ordo terram ab inferioribus sibi datam *in*[a] cacumen valli transmittunt, semper tamen tantum aggeris extantis pro se retinebant, quantum ad tutelam corporum suorum sufficiebat, ne oppidanorum iaculis sternantur. Quidam tamen interdum novitatis avidi capita altius supra valli cacumen exerentes et oculis ad civitatem deflexis, quid hostis agat, contemplantes hostilibus telis transfossi cadunt. Oppidani consilium obsidentium sentientes contra ingentes instar montium terreas moles erigunt easque praeacutis ac deorsum inclinatis sudibus ad arcendum ex imo ascensum in cacumine foris superne muniunt et trabibus,

[a]) *fehlt im Ms.*

Feldlager vor Münster senden (Konzept ebendas.). Nachdem der Bischof am 4. Juli einigen Amtleuten angezeigt hatte, dafs etliche Tausend Gräber aus dem Stifte Osnabrück vor Münster ziehen würden, befahl er zum 17. Juli über 3000 Bauern aus dem Stifte Münster abermals zu den Grabenarbeiten für drei Wochen. Schon am 12. Juli konnte Albrecht Krengell den landgräflichen Räten in Kassel melden (Orig im St.-A. Marburg), „myt dem graben ... geitz myt allen krafften voirthan in gantzer vertroistynge, ... damyt ... die graben an der stadt myt den wellen allszambt zo vergleichen und alszo straecks dar ober in de stadt zo fallen und damyt zo eroeberen.“ Weiter schreibt Herzog Ernst von Braunschweig-Lüneburg an den Kurfürsten Johann Friedrich von Sachsen am 22. Juli (M. G.-Q. II, 264), es seien „dag und nach 3000 bauren, die grabben, und main diener saget mir, das sie des dages ungeferlig ainen schuech rucken mit der erden; achtet vor Michelis die grebben nich gewuellet.“ — Ernstlichem Widerstande begegneten die Befehle des Bischofs auf Stellung von Gräbern nur im Amte Vechta, wo es im Juli zu einer förmlichen Verschwörung der Bauern kam, die aber rechtzeitig durch die Energie des Bischofs unterdrückt wurde. Vgl. dazu die Ausführungen von C. A. Cornelius in den „Mittheilungen d. hist. Vereins zu Osnabrück“ 3. Jahrg. (Osnabrück 1853) S. 54 ff. S. auch weiter unten zum Februar 1535.

Digitized by Google

lapideis statuis a sarcophagis e templis passim raptis[1] ita intus inferne fulciunt, ut meatus et cuniculi subtus relinquantur. Sic autem istae moles prominent, sic extant, sic extra omnes munitiones excurrunt, ut oppidani missilibus omnem vim hostium etiam a fossis prioribus facile arcere queant. Improbo tamen labore, quo magna aestatis pars transigitur, agger Offerkampii ad priores fossas volvitur, supremusque agricolarum ordo tellurem in fossas praecipitat. Quam rem oppidani dissimulanter aliquandiu sustinuerunt, ut sua quiete hostes propius sub telorum *iactum allicerent. Cum vero eam iniuriam diutius sibi non fe- *p. 501.
rendam esse existimarent, primum ex adverso Offerkampiano aggeri ballistas erigunt, quibus magnam saepe silicum copiam excutiunt et superne in agricolas spargunt, inde ex transversis propugnaculis et molibus recens extructis tanta multitudine tela iaciunt, ut in aggere consistendi potestas sit nulli, neque ullum fere iaculum ex locis editioribus missum irritum fuit[2]. Aliis igitur interemptis, aliis vulneratis, aliis vero ex novo opere deturbatis consilium Offerkampii non solum fructu caruit, verum etiam agricolas immensis laboribus et sumptibus attrivit plurimisque internecionem attulit[3] et pratorum dominia confudit. Ut autem certa ratio excubias agendi in urbe habeatur[4], seniores 13. Iunii communi consilio senes, ludimagistros[5], sarcina- 13. Juni.

---

[1]) Vgl. auch oben S. 554. — [2]) Vgl. dazu den Bericht H. Gresbeck's S. 56 f. Ueber einen erfolglosen Ausfall der Belagerten am 7. Juni, um die Arbeiten der Gräber zu verhindern, schreiben die clevischen Räte an demselben Tage (M. G.-Q. II, 252).

[3]) Seine Schilderung der Ergebnislosigkeit des Offerkamp'schen Unternehmens schliefst D. Lilie S. 240 mit den Worten: „Hefft en nicht vele bathe gedain; wante darbinnen bohende boven gewest sin, de meisterliken in dem krigeshandel vorfaren, also dat men enne dat to moste geven, so se eine rechtverdige sake hedden vorgehadt, men solde se altosamende vor allen krigesluden gekronet unde to ridder gesclagen hebben ...“

[4]) Zu den allgemeinen Verordnungen der Aeltesten über die Wache vergl. oben S. 582 Art. 4 u. 5 und S. 583 Art. 9 u. 10.

[5]) Ueber die Schulen berichtet H. Gresbeck S. 47: „Sie hebben ock vief ofte seess scholen upgeschlagen in der stat. Dair lereden die kinder und die iungen und medekens. Dieselve moisten leren die duitsche salmen, schriven und lesen. Al dat gene, dat sie lerden, datselve was al von der dope und na irer weise ...“

Digitized by Google

tores, fabros tam lignarios quam ferrarios, sutores[a], coriarios, piscatores, pistores, cervisiae coctores, lanios et eos, quibus publicorum munerum administratio commissa est, vigilandi onere eximunt ac liberant. Die vero 17. Iunii quatuor chirurgos vulneribus curandis experientissimos deligunt, scilicet Nicolaum Lutzenburgum, Albertum Snecanum, Conradum Noestium et Matthiam Iuliacum, qui communicato inter se consilio et mutua opera vulneratorum curam agant. Ea tamen sanciis libertas relinquitur, ut, quoscunque chirurgos velint, sibi poscant[1].

Princeps praeter opinionem suam bellum illud prorogari aerariumque suum diuturna obsidione exhauriri animadvertit. Proinde Coloniensis et Iuliaci principum praesidia primum sibi imploranda esse censet. Qui cum ipsi partim rerum suarum,
16. Juni. partim principis nostri causa ad 16. diem Iunii comitia habituri Novesium convenerant, legatio quoque Monasteriensis eo mittitur. Nam princeps ipse difficillime obsidioni abesse potuit[2]. Huius legationis haec sunt summa[3]: Cum duobus vicinis principibus, Coloniensi et Iuliaco, ibi praesentibus nomine sui principis pro favore, studio, consilio et benevolentia gratias quam officiosissime egisset, ipsis ex variis scriptis diversaque legatione sine dubio constare ait, qua necessitate inevitabili princeps suus Monasteriensis adactus se contra detentores urbis Monasteriensis et horrendam, sceleratam, impiam, seditiosam ac violentam eorum

[a]) *Ms.*: suturos.

[1]) Beide Verordnungen sind nur von Kerss. überliefert und wohl derselben Quelle entnommen, aus der er oben die Bestimmungen der Aeltesten mitteilte.

[2]) Hier zum ersten Male berührt Kerss. wieder die Beziehungen des Bischofs zu Köln und Cleve. Vgl. die Einleitung und oben S. 529 Anm. 1 und S. 591 Anm. 4. Nach dem mifslungenen Sturme auf Münster am 25. Mai hatte der Bischof bereits am 2. Juni beide Fürsten um eine neue Zusammenkunft zu Neufs gebeten, die ihm auch bewilligt wurde. Aus dem Abschiede des 2. Tages zu Neufs vom 20. Juni (abgedr. von L. Keller: G. d. W. S. 317 ff.) wissen wir, dafs Bischof Franz neben dem Erzbischofe und dem Herzoge persönlich zu Neufs zugegen war. Die Unterhandlungen begannen danach am 16. Juni.

[3]) Das Folgende ist Wiedergabe der bischöflichen Instruktion zum zweiten Tage zu Neufs (Kopie im St.-A. M.).

Digitized by Google

sectam et doctrinam armaverit ac civitatem necessaria obsi*dione *p. 502.
armata manu cinxerit sperans ipsos, ubi propositum principis serium animadvertissent, a coeptis suis impiis ac violentis resulturos, caecitatem et seditionem deposituros, perniciem et internecionem a se, a coniugibus et liberis suis, ab aris focisque et a tota denique urbe amoturos. Sed cum ipsi tanquam seducti et excaecati seditiosi ac violenti invasores et grassatores Dei et omnis honestatis christianaeque pietatis prorsus obliti in suis coeptis pertinaciter perseverarent neque in minimo resipiscerent, principem suum ducum militiae et consiliariorum vicinorum principum in castris praesentium voluntate, consilio et hortatu urbem tormentis ad futuram oppugnationem concussisse omniaque ita ad eam rem necessaria comparasse, ut expugnationem eius praesidio Dei futuram non diffideret, nisi strategema et propositum de invadenda urbe consilium turbatum fuisset, ut a transfugis postea cognitum fuerit. Per militum ergo quorundam inobedientiam, temulentiam et contumaciam tempus impressionis praestitutum negligentium expugnationem impeditam esse, quorum protervia princeps praeter culpam et opinionem suam non exigua militum clade affectus, victoria spoliatus et in hunc usque diem delusus sit. Hac strage milites ita deterritos esse[1], ut, nisi interior urbis fossa oppleatur, ad oppugnationem non possint[a] denuo induci. Cum itaque civitas Monasteriensis et natura loci et hominum industria ita fossis, muris, aggeribus et propugnaculis diversis sit munita, ita intus bombardis, tormentis, armis aliisque machinis ad defensionem pertinentibus instructa, ita muri, turres, portae et propugnacula tormentis deiecta erecta, restituta et reparata sint, ut milites ab eorum oppugnatione deterreantur, principem suum cum dioecesanis aliisque aliunde transmissis consiliariis ac militiae praesidibus accuratius super hac re consultando deprehéndisse se suis viribus ac opibus hanc

[a]) *Ms.:* possunt.

[1]) In der Instruktion heifst es: „Und sind dorch sulcken unfall de knecht in enen wederwillen und moeterie gefallen." Ueber Meutereien der Landsknechte vgl. das Schreiben der clevischen Räte an ihren Herzog vom 28. Mai (M. G.-Q. II, 245 f.).

Digitized by Google

duram et difficilem obsidionem sine vicinorum principum ac amicorum ope et praesidio diutius perferre nullo modo posse. Si vero deserenda sit urbs, seditiosi relinquendi, impii tolerandi, immensi sumptus sine fructu perdendi, primum milites, hinc agricolas circumquaque, inde oppida et urbes totius dioecesis, hinc vicinas quasque regiones eadem impunitatis spe et fiducia
*p. 503. ad se allecturos, allectas iisdem impieta*tibus involutas secum in ruinam et perniciem praecipitaturos multarumque calamitatum auctores futuros totamque denique Germaniam insigni aliqua clade affecturos omnesque principes perturbaturos. Ne autem tantae calamitatis initium, si res in deterius vergat (quod Deus avertat) a principe suo profectum esse existimetur neve suae negligentiae quicquam asscribatur, quasi rem periculis plenam principibus vicinis non manifestaverit, sed magno eorum malo ipsos celaverit neque ab iisdem praesidium flagitaverit, ideo principem suum utrosque, et Coloniensem et Iuliacum, quam familiarissime obsecrare, ut pericula futura in infandas clades ex huius sectae impunitate erupturas eo, quo valeant, ingenio et iudicio secum expendant et sibi dioecesique suo consilio insignique aliqua ope et praesidio mature succurrant, ut impietate et rebellione oppressis Monasterienses ad avitam pietatem et pristinam obedientiam revocentur ac a vicinis nationibus calamitas et eversio avertatur. Si quid horum impetratum fuerit, principem suum summo studio summaque voluntate gratias acturum et suo tempore aliqua ex parte relaturum.

Post deliberationem brevem Coloniensis et Iuliacus respondent per oratorem[1]: Se Monasteriensem praesulem et foederis et vicinitatis nomine maxime in hac causa iustissima neque consiliis neque ope neque opibus praesidiisve suis unquam deserturos, sed, si ipsi molestum non esse videatur, obsidionis impensas in parte aliqua laturos, et se simul pro stipendiis futuri mensis in praesidium suscepti belli quadraginta florenorum Rhe-

[1]) Den Abschied des zweiten Tages zu Neufs vom 20. Juni (nach dem Orig. im St.-A. M. abgedruckt von L. Keller: G. d. W. S. 317 ff.) hat Kerss. nicht benutzt, wohl aber den Entwurf zur Verständigung (Kopie im St.-A. M.), der zwischen Köln und Cleve vereinbart war und dann dem Bischofe von Münster zur Rückäufserung vorgelegt wurde.

Digitized by Google

nensium millia ad comparandum pulverem tormentarium contributuros[1], ea tamen lege, ut Monasteriensis princeps cum dioecesi sua tam pro sorte quam pensionibus persolvendis se obligent. Pro ista benevolentia et decreto legati nomine sui principis totiusque Monasteriensis dioecesis gratias agunt quam maximas; sed, quid futurum sit quaeve ultioris praesidii spes expectanda sit, si intra istum mensem urbe non potiatur, inquirunt rogantque principes, ut hac in re animos suos, ne novis conventionibus onerentur, utrinque, quid facturi sint, declarent. Ad quae principes: Se consulere, ut Westphalicae provinciae status, quem circulum vulgo vocant, ad auxilium ferendum, sicut in principum imperii comitiis convenit, sollicitentur[2]; a quibus si praesidium negetur, *se Monasteriensi non defuturos. Praeterea *p. 504.
ad militarem disciplinam conservandam, et ne quid, quod ad

---

[1]) Kerss. giebt die Abmachung nur unvollständig. Genauer wird zunächst vereinbart, „dath jder furst ein maenth lanck veer dusent tzolde to underholdinge der knechte wil daerstrecken, dar to dusent grever betzolden, und dat gelikermathe van mynen g. h. van Munster vortgefaren werde; weren in summa 12000 tzolde. To dem vor noittroftich erwegen ... dat 10000 golt gulden van allen dren fursten, pulver daer mede upt forderligeste to bekommen, uthgelacht werden, de gerorte hulp jderen forsten tor maent helopen wolde 20000 gulden.“ Vgl. dazu den ersten Abschnitt des Abschiedes a. a. O., der diese Bestimmung aufrecht erhält. Doch wird hinzugefügt, wenn innerhalb des nächsten Monats die Stadt nicht erobert werde, so solle der Bischof mit den Seinen den folgenden Monat das Kriegsvolk allein besolden, sowie für Pulver und den sonstigen Bedarf Sorge tragen. Sei Münster auch dann noch nicht gefallen, so hoffen Köln und Cleve, nach Beratung mit ihren Landständen dem Bischofe „nach noittroft und raith des obirsten velthauptmans und kriegsrethe mit mehr und groisser hulf zu stuir und troist zu kumen.“

[2]) Mit Hinweis auf den Reichstagsabschied von Speier vom Jahre 1528 hatte der Bischof schon am 29. März den Herzog Johann von Cleve gebeten, die Hülfe des westfälischen Kreises gegen Münster in Anspruch zu nehmen (Orig. im St.-A. Düsseldorf, abgedruckt nach dem Konzept im St.-A. M. bei L. Keller: G. d. W. S. 313 f.). Genauer ist in den von Kerss. benutzten Verhandlungen, wie auch im Abschiede, von einem abermaligen Hülfsgesuch an den westfälischen Kreis die Rede. Eine erste Aufforderung zur Hülfe war den Kreisständen bereits im April zugegangen (Akten darüber im St.-A. Düsseldorf, niederrhein.-westfäl. Kreisarchiv, Kriegshandlungen Saec. 16 Nr. 3).

Digitized by Google

bellum pertineat, desideretur[1], consulitur, ut communi horum trium principum consilio et auctoritate vir rei bellicae peritissimus, qui toti militiae praesit, designetur, cui a singulis hisce principibus duo consilii causa in rebus difficilibus et arduis adhibeantur[2]. Ad haec, cum in castris et tanta militum colluvie enormia saepe flagitia committantur, quibus Deus graviter offensus victoriam aut differat aut magna cum castrensium clade ad hostes transferat, constituitur ab iisdem principibus, ut Monasteriensis huius rei curam accurate suscipiat, ne pietas et militaris disciplina castra destituant[3]. Haec omnia Monasteriensem principem facturum legati recipiunt ac spondent[4].

Bernardus Buxtorpius[5], homo audacissimus, solus saepe urbe egressus et triplici chyrobombarda munitus semper fere a

---

[1]) „Als dusse zake und handel sich etligermathen verwylet und men dar yn better versehonge hedde doin mogen ...," heifst es in der Verhandlung.

[2]) So die Verhandlung. Der Abschied aber bestimmt, dafs Bischof Franz zwar oberster Feldhauptmann sein solle; doch „damit dan sein f. g. der muhe und arbeit etwas erlichtert werde," so wurden ihm neben den bereits auf dem ersten Tage zu Neufs gesetzten drei kölnischen und drei clevischen Kriegsräten jetzt noch von Seiten Kölns und Cleves gemeinsam Graf Wilhelm von Nassau, von Seiten Kölns allein Graf Wilhelm von Neuenahr und von Seiten Cleves allein Graf Wirich von Dhaun als weitere Kriegsräte zugeordnet, mit deren Zuthun und Rat „alle sachen der itzigen belegerung und was zu eroberung der stadt Munster dienlich sein mach, und nichts on dieselbigen, beraitschlagt, gehandelt und ufs geheisch und bevel derselbigen ufgericht werden soll."

[3]) In der Verhandlung lautet der Beschlufs: „dat durch de oversten ein insehens gescheen moge, zulcke misbruck und unwesen in betheronge gericht und affgestalt worde ..." Nähere Bestimmungen enthält der Abschied a. a. O. S. 320.

[4]) So weit die Verhandlungen. Die letzte sehr wichtige Bestimmung des Abschiedes, die aber in den Verhandlungen nicht berührt ist, war die, dafs der Bischof ohne Vorwissen und Bewilligung der Fürsten von Köln und Cleve „sich mit keiner anderen potentaten, fursten odir stande in eyniche underhandlung des stifts Munster halb in ander hende zu stellen ... begeven odir inlassen, vil minder ubirgeben sullen." Ueber Annäherungen des Bischofs an Spanien-Burgund schon seit einiger Zeit vgl. L. Keller: G. d. W. S. 248 ff. — Der Abschied zu Neufs vom 20. Juni wurde am 10. August von den sämtlichen Münsterschen Landständen ratifiziert (Orig. im St.-A. M.).

[5]) Das Folgende ist nur von Kerss. überliefert.

Digitized by Google

meridie hostes bene potos in se provocabat, qui, cum potu ad persequendum hostem audaciores redderentur et imprudentius agerent, a Buxtorpio sobrio sternebantur. Nec ullum intermisit fere diem, quin aliquot milites transfigeret. Ubi vero multos in se irruentes cerneret, per clandestinos meatus viasque hostibus ignotas sese subduxit et periculum evasit. Hinc bombardae aliquot maiores in eum locum, quo prostrata cadavera iacuerant, disponuntur, quibus milites cadaverum sepulturae operam dantes imprudentes traiiciuntur.

Nux etiam fuit iuxta murum in pomerio inter portas Horsthanam et Mauritianam altissima undique densis frondibus dependentibusque foliis tecta, in cuius ramis firmioribus ex tabulis roboreis fit receptaculum, unde plurimi milites iaculis transfossi exanimantur. Quam fraudem miles aliquandiu non animadvertit, cum fumus tormentarius ob foliorum ac frondium densitatem subito evolare non queat. Tandem tamen accuratius intuentibus dolus proditur. Maioribus itaque bombardis iaculator iste Ioannes Nochleus claudus ita cum propugnaculo suo deturbatur, ut postea non apparuerit.

Non solum autem viri in perniciem obsidentium et suorum hostium, verum etiam mulieres varias fraudes et circumveniendi dolos comminiscuntur. Nam Hilla, Pheiconis filia, Verdi, in pago non ignobili inter Lewardiam et Snecam, nata[1], mulier *eximia *p. 505. pulchritudine et placidis moribus[2], cum forte audisset in concione publica Iudith occiso Holopherne Betuliam, Israelitarum oppidum, ab obsidione liberasse, magna ad simile facinus perpetrandum inflammatur cupiditate, atque huius rei cogitatio adeo in pectus mulieris descendit, adeo radices in ea agit, ut nihil aliud et noctu et interdiu agitaret, imo nihil aliud somniaret, quam mortem principis et liberationem urbis[3], neque in se eam

[1]) Die Angaben entnimmt Kerss. den Geständnissen Hille Feiken's vom 26. Juni (abgedr. bei J. Niesert: U.-S. I. S. 40 ff.).

[2]) H. Gresbeck S. 46 sagt von ihr, sie „was noch ein iunck sonderlich koennes mensch."

[3]) Aus dem Bekenntnisse Hille's vom 27. Juni (s. J. Niesert a. a. O. S. 44), in dem es heifst: „Item ze hebbe dach ader nacht gyn rast noch rouwe konnen hebn und zy yn eren gemothe so velveldich beswert worden, Judytz werk t'doen ..."

Digitized by Google

cogitationem minui, sed augeri in dies sentit, unde coelitus se agitari non dubitabat. Quare ei rei conficiendae totam se dedit atque unam et alteram eiusdem patriae feminam primum, deinde Bokelsonem prophetam et Knipperdollingum in consilium adhibet, a quibus ita precibus precioque incitatur, ita nominis ac famae aeternitate animatur, ut de felici rei successu non dubitaret et tam certam sibi polliceretur victoriam tamque firmam stragis episcopalis futurae fiduciam conciperet, ut se animo perfecisse, quod restabat agendum, sibi persuaderet[1]. Quid multis? Muliebri vestitu pervenusto se ornat nativaeque formae splen-

---

[1]) Hille sagt aus a. a. O., dafs sie „uthgegaen als Judith, den bischop tho Munster tom teken Holofernus to maken," und dafs sie diese Absicht „ersten ener frouwen uth Hollant t'kennen gegeven, de er gesacht, dat ze sick selvest daer in prove, daerna den Propheten und Knipperdollinck und noch enen, den ze nicht to nomen weet, de ze daer to geretzet." Den letzten Satz legt Kerss. so aus, als sei Hille in ihrem Vorhaben durch Johann v. Leiden u. s. w. bestärkt worden. Doch ist der Satz auch so zu verstehen, dafs Hille Johann und die Anderen bestimmte, ihr Vorhaben zuzulassen. Das bestätigen auch mehrere Wiedertäuferverhöre. Im October 1534 bekennt Dion. Vinne (M. G.-Q. II, 275), Hille „sy in Knipperdollinges huse gewest und den uthtoich gebeden, damit se de fursten umbbringen mochte." Joh. Kloprifs sagt am 29. Jan. 1535 aus (J. Niesert: U.-S. I. S. 132): „Die Judith zuege wider irer aller raat uss eigenem gemuet uss, den bischof umzubrengen." Johann v. Leiden gesteht am 20. Jan. (M. G.-Q. II, 402): „Hille Feichen hait er nit ufsgesant, umb den bisschof zu erwurgen, dan sie hait das selbs vurgegeven und begert, wiewal der konningh und anderen dar widder gewest und es fur eine phantasei gehalten." Knipperdolling behauptet im Verhör vom 20. Jan. 1536 (M. G.-Q. II, 404), Hille habe bereits Jan Matthys mitgeteilt, „die Vader het er in iren sin gesant, das sie doen solt als Judith." Unbestimmt sind die Aussagen Gottfried Stralen's (J. Niesert a. a. O. S. 59) und Bernh. Krechting's (M. G.-Q. II, 406). Der Darstellung H. Gresbeck's S. 45, D. Lilie's S. 243 und der Bischofschronik (M. G.-Q. I, 335), als sei der Plan zur Ermordung des Bischofs von den Führern der Wiedertäufer ausgegangen, widersprechen die eigenen Geständnisse Hille's und die der angeführten Wiedertäufer. D. Lilie ordnet das Unternehmen Hille's aufserdem chronologisch falsch ein, indem er es in die Zeit nach der Erhebung Johann's v. Leiden zum König setzt, ebenso Joh. Fabricius Bolandus Bl. X 3, der das Ereignis unmittelbar vor der Eroberung der Stadt geschehen sein läfst. Ihm folgt Herm. Hamelmann S. 1277 ff.

Digitized by Google

dorem arte excolit; inde in curiam graphiariam admittitur, ubi non solum publicus civitatis census, verum etiam omnium privatorum atque egressorum civium pecuniae, virginum matronarumque ornamenta congesta asservabantur[1], ut tantum auri argentique, quantum volet, capiat; et annulorum aureorum, quorum magna ibi copia erat, datur illi electio. Illa vero spiritu suo vetante nihil horum appetit, sed cum a Knipperdollingo multis modis ad ea invitaretur, tandem duodecim florenos pro viatico et tres annulos, quorum duo gemmas inclusas habebant, sibi dari poscit[2]. Illa etiam indusium ex tenuissimo lino insigni arte a se elaboratum ac praesentissimo veneno imbutum muneris loco adornat, quo episcopum eius rei ignarum extinguat[3]. Ita exornata et exitiali munere instructa 16. Iunii in crepusculo 16. Juni. matutino urbe egreditur, continuo a militibus capitur, capta Telgetum ad Theodoricum a Mervelt, satrapam Woltbecanum, abducitur, qui pecunia, annulis aureis aliisque ornamentis custodiae fortassis causa ad se traductis[4] ipsam rogat, quae causa sit, quod hisce periculosissimis temporibus relicta patria sua Monasterium sit ingressa, et cur nunc religionis susceptae pertaesa suos deserat? Respondet[5]: Se maritum suum triginta iam

---

[1]) Vgl. oben S. 561 f. — [2]) Hille bekennt am 27. Juni, „Knipperdollinck hebbe er gelt und terunge gegeven." Auf die Frage, wie viel Kleinodien und Geld sie bei sich gehabt, antwortet sie: „Dat wette ze nicht, wo vele des geldes gewest ... Der rynge ys dre gewest, twe myt steynen, ein sunder steyn." Knipperdolling gesteht (M. G.-Q. II, 404), ihr 12 Gulden und 2 goldene Ringe gegeben zu haben. — Vergl. auch Joh. Fabricius Bolandus a. a. O.

[3]) Vgl. D. Lilie a. a. O.: „Dit wiff hefft ein hemmet gehadt, kostliken mit golde dorchgetogen unde gesticket, dar inwendige in dem kragen des hemmedes venin gelacht so behendeliken, dat men des nicht mercken konde." Sonst ist in keiner Quelle von einem vergifteten Hemde die Rede. Kerss. und D. Lilie haben als gemeinsame Quelle, wie ich annehme, einen Bericht, der auf Aussagen Herm. Ramert's zurückgeht. Vgl. die Einleitung. Von der Absicht, den Bischof durch Gift ums Leben zu bringen, spricht übrigens noch H. Gresbeck S. 45 und die Bischofschronik (M. G.-Q. I, 335).

[4]) Die Kleinodien und das Geld „hebbe de droste tor Wolbecke bynnen Telgeth van er genommen" sagt Hille aus.

[5]) In den folgenden Angaben schreibt Kerss. zum Teile die Bekenntnisse Hille's aus. Vgl. weiter die Darstellungen bei D. Lilie und Joh. Fabricius Bolandus a. a. O.

Digitized by Google

*p. 506. annos natum, *cui citra suorum arbitrium nupserit, evangelii causa Monasterium profectum secutam esse. Nunc vero, cum se falsa pietatis et religionis specie decipi et assiduis in congerenda terra laboribus in civitate defatigari animadverterit neque, quem inde tandem fructum habitura sit, intellexerit, se marito iubente urbe excessisse, pro quo etiam tanquam innoxio et principis commodum ex animo quaerente tutum exeundi commeatum se impetraturam non ambigat, maxime si salutaria civitatis potiundae consilia admiserit seque coram clementer audire dignatus fuerit. Se candido isto munere, etsi perexiguo et principe indigno, candorem animi et manuum suarum experimentum declaraturam. Ad principis colloquium se saltem admitti postulat, si sine vulnere, sine sanguine, sine militum suorum clade urbe potiri contendant. Maritum suum inter proceres civitatis versari[1], quotidianis consiliis interesse, arcana audire et intelligere, unde certam urbis potiundae rationem apud se conceperit. Et cum non tam munus quam ornamenta corporis, quibus formae nitorem auxerat, satrapae suspecta esse coepissent, cur ita compta exisset, inquirit. At illa respondet: se occasione solitudinis et mariti in ea parte urbis vigilias habentis consilio praesidioque adiutam omnia ista sublata sibi reditionis spe secum extulisse. Persuadet haec satrapae; et parum abfuit, quin eam ad episcopum transmisissent, nisi Hermannus Ramers, civis honestus, qui anabaptisticae factioni minime addictus, sed ut uxorem, liberos et bona sua praesens a retinctorum rapina tueretur, in urbe manserat, cum Iudith personatam interemendi principem consilio exivisse intelligeret (ea enim fama per hominum ora in urbe vagatur), omnibus intra muros relictis et solius liberationi principis intentus in summum se vitae discrimen coniicit et (19.) Juni. quaesita sibi commoda occasione 18. die Iunii[2] urbe elapsus ab

---

[1]) „Er Mann sy myt Heren Bernde und Knipperdollinck ym raide gewest," bekennt Hille, „ze hebbe avers an den wall und anders, gelich anderen megeden und frouwespersonen, gearbeidet."

[2]) Nach einem gleich weiter unten auch von Kerss. angeführten Schreiben des in Münster gefangenen Landsknechtes Caspar Marschalck an seine Genossen vor Münster (M. G.-Q. II, 254 f.) am 19. Juni. Herm. Ramert war unter der Zahl derjenigen, die am 26. Mai 1525 vom Münsterschen

Digitized by Google

hostibus capitur; et cum ad militiae duces pertraheretur causamque effugii dicere iussus esset, ille: continuo se in principis gratiam, cui praesens et certum exitium paratum esse sciat, urbe egressum esse dicit. Emissam enim esse intra biduum mulierem a retinctis, quae exitiali munere saluti principis insidiaretur. Ne itaque ferant, ut illa ad principem admittatur; illam enim esse vaferrimam, tectis fraudibus instructissimam et eloquentia vix habere parem. Quae autem de commeatu pro marito *suo *p. 507. a principe impetrando dixerit, cum maritum in urbe non habeat, omnia esse vana, efficta et ementita. Dubium proinde non esse, si ad principem admissa fuerit, quin ipsum munere, quod secum gerit, veneno efficacissimo imbuto incautum extinguat. Hac re duces vehementer exterriti captivum, si vera referat, bene sperare iubent et sublata omni mora satrapae Woltbecano aliisque consiliariis haec nunciant. Qui veneficam in ipsa curia oppidi arctiori custodia servantes ipsam ex vinculis adhibitis tormentis verum dicere cogunt. Illa impatiens cruciatus continuo fatetur[1]: Se Snecae, in oppido Hollandico, super agnitionem fidei suae, quam praecedere oporteat, retinctam et novo foederi initiatam esse, ideoque se suis sine salutis dispendio deesse non potuisse; se exemplo Iudith a spiritu Dei et Knipperdollingo aliisque piis viris multis modis exagitatam, ut venenifero isto munere episcopum extinguat urbemque ab obsidione tyrannica liberet; quod officium si recusasset et suggestioni spiritus reliquorumque prophetarum reluctata fuisset, Deum offendisset[2]. Sibi ergo satius esse in manus impiorum hominum, quam iudicium Dei incidere.

Stadtrat in das Fraterhaus entsendet wurden, um den Brüdern ihre Einnahmeregister und Handwerkzeuge abzufordern (vergl. oben S. 131). In seinem Hause hat sich Johann v. Leiden während seiner ersten Anwesenheit in Münster bis zum 25. Juli 1533 aufgehalten (s. oben S. 412).

[1]) Kerss. benutzt im Folgenden das peinliche Bekenntnis Hille's vom 27. Juni und behält die Aufreizung durch Knipperdolling und Andere bei. Auf die Frage: „an wem ze gewiseth, to eren vornemen behulplich t'syn," sagt sie: „Nemantz, dan alleine geluckes und ungeluckes to gewarden; zy ock willich tho liden, wat er overkome."

[2]) „Hedde ze dat nicht gedaen, ze hedde Got darmedde vertoernt," sagt Hille aus.

Digitized by Google

Quicquid sibi poenarum eo nomine irrogatum fuerit, se pro gloria Dei et salute animae suae aequo animo laturam[1].

Haec ubi princeps accepisset, Ramerum conservatorem vitae suae agnoscit ideoque ipsum loco beneficii non solum e vinculis laxare iubet, verum etiam uxorem liberosque anabaptismi infamia liberat tutosque in expugnatione pronunciat. Venefica vero Bevergernam transvecta munere flamma prius exusto capite praeciso rotae imponitur, quamvis magnam sibi mortis securitatem polliceri ausa fuerit carnificemque nihil in se iuris habiturum publice dixerit. Qua re intellecta carnifex tanta vi tantoque nisu ferrum in eam strinxit, quasi non mollem feminae cervicem, sed annosam quercum praecideret[2].

Caspar Marschalcus, miles gregarius, cum in conflictatiuncula quadam se adversus oppidanos fortiter defenderet, multitudine tandem hostium circumdatus, oppressus et graviter vulneratus in urbem abductus est[3]. Inde cum ad libertatem pri-
21. Juni. stinam aspiraret, 21. Iunii ex suggestione quorundam oppidanorum ad Hansonem Poeckium, ducem suum, ad Symonem Pflo-
*p. 508. chium, signiferum, aliosque *decuriones et gregarios milites scripsit[4]: se misere captum in urbe detineri neque liberari posse, nisi Hermannus Ramerus pro commutatione in urbem remittatur. Huic enim oppidani infensissimi erant ea maxime de causa, quod et a se transfugerat et principi consilium subornatae Iudith prodiderat; itaque eundem ad poenam reposcebant. Respondent
23. Juni. 23. Iunii[5]: Se auctore principe omnia, quae ad liberationem

---

[1]) „Eth solle ze gynerley van dem waerde Gotz und erer zelen zelicheit dringen, pyne ader doeth; jedoch offt ze waerynne errede, wil ze sick gerne myt dem waerde Gotz underwisen laten."

[2]) Aehnlich Joh. Fabricius Bolandus Bl. X 4. Vergl. auch H. Gresbeck S. 45 f. Nach D. Lilie S. 245 fand die Hinrichtung auf dem Galgenberge bei Bevergern Statt.

[3]) Am 20. Juni. Vgl. den gleich von Kerss. angeführten Brief Caspar Marschalck's. — [4]) Orig. im St.-A. M. Abgedr. M. G.-Q. II, 254 f. Das Schreiben trägt als Datum „den mandach, 21. Junii 1534," doch fiel der 21. Juni auf einen Sonntag.

[5]) Orig. im St.-A. M. Der Brief hat als Unterschrift: „Albrecht von Pelszick, hoepmann, ... Hans Poock, hoepmann, Symon Ploch, venrych, und ander bevelsluede und lantzknechte ytzundt vor Munster."

Digitized by Google

commilitonis pertineant, acturos. Principem autem consultum respondisse, si per commutationem alterius gregarii aut similis militis aut pro tolerabili pecunia redimi queat, se illi non defuturum; Hermannum vero Ramerum, cum gratiam delicti impetraverit, se non remissurum in urbem; se quoque similem gratiam iis facturum, qui intra breve tempus eam petentes urbe excesserint[1]. Principem et se non diffidere, etiamsi Ramerus pro liberatione commilitonis non dedatur, quin hostes humanitatis officia militari more capto sint exhibituri, donec per commutationem captivorum oppidanorum relaxetur, quod brevi futurum sperent[2]. Liberatur tandem unius mensis stipendio.

Seniores ergo, ne quis oppidanorum captivitatis periculum incidat, 23. Iunii constituunt[3], ne quis Israhelitarum sine pe- 23. Juni.
culiari Dei admonitu et instinctu in hostes irruat; se quidem nihil horum sine numine divino per prophetae oraculum prodito facturos, proinde se quoque neminem ad id invitaturos. Si vero quis sua sponte in hostes urbe exierit, se neque suasores neque dissuasores fore. Hinc 23. Iunii iidem seniores decernunt, ne ulli possessio domus diaconis non auctoribus tradatur, ne indignis habitatio tribuatur, ut singulorum Israelitarum utilitas et diaconorum potestas illaesa conservetur[4].

---

[1]) Im Schreiben: „Avers zo Herman Rammert up s. f. g. gnedige schrifft unde vertroistunge unlanges bynnen Munster geschickt ... uth Munfter gewecken und gnade begert, sodane gelöve und begnadynge zolle em, ock allen den gennen, de sick doch yn geringen dagen gelickfals ertzeigen, vestlich geholden werden."

[2]) Im Briefe heifst es nur: „Unde willen uns ock daerumme gensligen verseen, de van Munster werden sick daerentbaven an juw mit der daeth yn faer juwes leventz nicht strecken."

[3]) Nur durch Kerss. überliefert. — [4]) Auch diese Verfügung der Aeltesten überliefert nur Kerss. In der „Ordnung" heifst ein Satz: „Die heuser, die darinnen seind, haben sie geport; wellicher in ainem bösen haufs war, der bütt die Diacon, die weisen in ein bessers." Gegen das Ende zu sagt die „Ordnung", man habe in Münster die Absicht gehabt, die Häuser zu verlosen. Mit dem ausgelosten Hause müsse Jeder zufrieden sein. Wenn Jemandem ein leeres Haus zufalle, „dann so bitt er die Diacon, die müssen in zu aller notturfft geben, was er behebt." Ueber den Wohnungstausch vergl. auch den Bericht H. Gresbeck's S. 97 f.

Digitized by Google

28. Juni. Die Solis, quae fuit 28. Iunii, Gerardus Smokerus[1], Tymannus Groninganus, Georgius Stinthius, Otto Swollanus et Heino Balderenus, milites oppidanorum, in aedibus Eberardi Reymensnyderi ultra tempus iustum consederant potitantes, quare hospes ipsos obiurgat domoque egressus cervisiam promi vetat. Ideoque uxorem adoriuntur, quae et ipsa sese subducit. Conversi itaque ad familiam: „Cum," inquit Smokerus, „vestalis et velata illa meretrix discesserit" (uxorem Reimensnideri intelli-
*p. 509. gens), „tu *prome cervisiam, nisi caput tibi poculo stanneo minui velis!" Inde famulum intervenientem ad promendum adigunt. Ille vero: „Fratres," inquit, „christiani, non est aequum neque christianos homines decet ita potitare, ita creatura Dei abuti, quasi ad perdendam eam sitis nati. Scriptum est enim: ebriosi non habent partem in regno Dei[2]." Ad quae Smokerus: „Omissa ista concione cervisiam e cellario deprome, nisi cantharo craneum tuum fundi malis!" Famulus sibi metuens domo flens egreditur. Itaque Baldenerus[3] cervisiae unam mensuram e cella adfert. Interea hospes domum reversus: „Itane, fratres," inquit, „iura hospitii in libera civitate violatis?" Respondent: „Tu verbero ac

---

[1]) Es ist Gerhard Münster mit dem Beinamen „de Smocker," der, wie Kerss. oben S. 524 berichtete, vom Bischofe zum Hauptmann des Fufsvolkes angeworben war (Notiz über seine Annahme vom 4. April im St.-A. M.) und später zu den Münsterschen überlief. Das schon oben a. a. O. Anm. 5 angeführte Schreiben der clevischen Kriegsräte an ihren Herzog vom 16. Mai (M. G.-Q. II, 234) läfst es noch unbestimmt, ob Smocker Ueberläufer gewesen oder von den Münsterern gefangen genommen worden sei. Ein auf Betreiben des Bischofs Franz vorgenommenes Verhör mit einem gewissen Krehan, der von Smocker den Befehl zur Anwerbung von Knechten erhalten hatte (Orig. der Geständnisse Krehan's vom 5. Juni im St.-A. M.), macht die Desertion wahrscheinlich, denn Smocker sagt darin, als er von Krehan erfährt, dafs derselbe von dem Hauptmanne Joh. Hake in des Bischofs Namen 3 Gulden erhalten habe: „Ich wold, dat du gein gelt entfangen hettest, und dat wy beide bynnen Munster weren." — Zum Folgenden vergl. den Bericht H. Gresbeck's S. 36 ff., der aber kein Datum nennt und keine Namen aufser dem Smocker's („Gert Smoester, und was in der stat gefangen und was fur der stat in dem belech gewesen ein hauptman"). Nach ihm hatten 10 oder 20 Landsknechte das Gelage gehalten. Von ihnen wurden 6 ihrer Ausschreitungen wegen mit dem Tode bestraft. — [2]) 1 Cor. 6, 10. — [3]) So im Ms.

Digitized by Google

trifurcifer, satis diu has aedes rexisti! Cum omnia nobis sint communia, regendi vices penes te non erunt!“ Querelam huius violenti facinoris Reimensniderus ad seniores et patres urbis defert, quorum iussu continuo capiuntur et ultima Iunii in pu- 30. Juni.
blico iudicio morti adiudicantur. Fuit autem novum hoc et exemplo carens supplicii genus. Nam in campo dominico a tilia ibi nata numella versatilis dependet. Huic singuli ex ordine colla sua inserunt atque ita religati tormentis ab astantibus traiiciuntur vitamque miseris modis finiunt. Nec deerant iaculatores in necem miserorum parati. Nam cum propheta cruento isti spectaculo astans acceptissimum hunc Patri coelesti diceret, cuius prima manu flagitia e medio Israelis tollantur[1], certatim tiliae alligatos sphaerulis bombardicis perforant. Hoc novo supplicii genere ita oppidani in officio coercentur, ut contra decreta seniorum et prophetae ne mutire quidem audeant.

Scriptum privatum Germanicis rythmis incerto auctore confectum et Monasterio eiectum[2], cuius haec epigraphe:

„Militibus omnibusque candidis Monasterium obsidentibus S.! Deus omnipotens, omnium rerum initium, suggerat mihi mentemque meam illustret, ut vos induratos et excaecatos homines ita meis scriptis commoveam, ne in tam crudeli tyrannide perseveretis. *Si Deum verbumque illius persequimini, vestri *p. 510.
conatus erunt irriti et inanes. Sed illud non tam vobis sanguinariis canibus, sed illis, qui vos aliter docerent, imputandum est. Huius rei episcopus vester dux est, qui vos ad eam tyrannidem exercendam invitat. Huic armatam vestram operam addixistis, quem anargyrum esse scitis[3]. Stipendium enim vestrum

[1]) Den Ausspruch „Wer nu Gott ein dienst thun wil, der thu den ersten schofs“ legt auch H. Dorp Bl. E 4v dem Propheten in den Mund, aber erst bei Bestrafung der an dem weiter unten von Kerss. geschilderten Mollenheckeschen Aufstand beteiligten Bürger.

[2]) Das deutsche Gedicht ist bis heute noch nicht aufgefunden.

[3]) Der Drost E. v. d. Recke zu Hamm hatte schon am 14. April dem Herzog von Cleve Mitteilung gemacht, wie Georg Tilmans, ein Bürger in Hamm, einem Landsknechte auf dessen Erklärung, dem Bischöfe zuziehen zu wollen, zugerufen habe: „Wat wultu dem amechtigen, luzigen bischope deinen? De en heft gin gelde!“ (M. G.-Q. II, 227 f.). Auf die

Digitized by Google

a rusticis, sacerdotibus et civibus extorquet. Si episcopus vester bonum pastorem ageret, verbum Dei maiori studio amplecteretur; si evangelicam et scripturam sacram accuratius evolveret, ad aliud bellum se armaret. Vidistisne unquam talem principem, qui sine publica belli denunciatione bella gesserit? Verbum Dei se defensurum promisit; an illud faciat, facta declarant. Acta Apostolorum perlegat, unde deprehendet Deum baptismum, uti a nobis usurpatur, instituisse omniaque bona fore communia edixisse[1], quam doctrinam nos quoque amplexati sumus. Et experiemur, quid ille et vos adversus nos facere possitis. Ignis coelestis vos exuret, priusquam verbum Dei se a vobis conculcari patietur. Nonne Paulum coeleste fulgur perstrinxit et ad terram deiecit, cum christianos et verbum Dei satis arroganter et superbe persequeretur? Proinde admonitionem admittite et expendite, adversus quem certamen susceperitis! Christus est, quem oppugnatis, dominus super omnes principes. Illius praesidio confidentes nos defendemus; etiamsi numerum arenae maris exuperaveritis, nihilominus adversus vos sanguinarios et rabidos canes persistet Dominus et minas vestras ridebit. Haec verba penetralia cordis vestri tangant, et accuratius apud vos considerate, anne vos diaboli mancipia contra Deum in proelia descendatis. Heu, ad quam caecitatem vos sanguinarii canes devenistis, ut Deum verbumque illius profligare audeatis! Cur amarulentis his dictis per contemptum nos exagitatis et frequentibus vociferationibus lacessitis: „Pater, spiritus meus appetit carnem tuam!“[2]? Si exacte vobis omnia nostra opera essent cognita, immutatis verbis haec pronunciaretis. Sed fugitivi cives de nobis haec sparserunt vobisque vera esse persuaserunt. Rogate Deum et flagitia vestra agnoscite et erudimini scriptura sacra; quam si non intelligitis, huc ad nos concedite! Nos, si vos dociles
*p. 511. praebueritis, scripturam ad *amussim explicabimus. Si vero interpretatio nostra non placuerit, illud nobis neque commodabit neque incommodabit. Liberum a nobis quocunque tempore commeatum recedendi impetrabitis, neque enim vos invitos retine-

---

Geldnöt des Bischofs hat Kerss. schon oben S. 551 Knipperdolling in seiner grofsen Rede zu Beginn der Belagerung hinweisen lassen.

[1]) Anspielung auf Acta Apost. 2, 38 u. 2, 44 f. — [2]) Vgl. oben S. 589.

Digitized by Google

bimus. Scimus vobis persuasum esse patrem cum filia, matrem cum filio, fratrem cum sorore apud nos misceri[1]. Talia mendacia fugitivi homines in nos impudenter confinxerunt, quorum eos adhuc pudebit, cum tanquam Sodomitae et Gomorraei piceis flammis peribunt. De nostris iniuriis sibi illatis gravissime, sed praeter meritum apud vos queruntur. Admonuimus eos solum, ut verbum Dei amplecterentur; sed se admoneri non sunt passi, relictis omnibus instar rabidorum canum magno suo malo urbe excesserunt. Neque tamen ipsos, si ad nos reversi Patris nostramque doctrinam amplexi fuerint, repellemus. Haec animo benigno penitius revolvite et huc ad nos concedite, ubi spiritu et gratia Dei collustrati veram verbi agnitionem consequamini! Vos nihil praeter pecuniae vocem somniatis nihilque praeter pecuniam multis vociferationibus in castris iteratis. Apud nos vero excellentiora munera vos manent; verbum Dei, quod turpiter negligitis, stipendium erit vestrum. A vita christiana mores alienos deponite, ebrietates, fornicationes, idolorum cultum et in Deum blasphemiam fugite! Saepe ad nos mittitis viros bonos, qui de moribus et vita vestra quidque in animo habeatis, certiores nos reddunt. Cur non eandem viam ingredimini? Nam diligentibus Deum portae nostrae patebunt; pro hostibus vero nostris ex calce et pice ferculum miscuimus, quo in oppugnatione ipsos cibabimus et ad satietatem usque ora eorum implebimus. Adversus vestrum diabolum ipsiusque matrem, adversus Babylonicam meretricem, adversus volantem spiritum, adversus serpentem

---

[1]) So sagt auch die nach dem Beginn der Belagerung und vor der Einführung der Vielweiberei abgefafste Münstersche Parteischrift „Bekentones des globens und lebens der gemein Christe zu Monster“ (M. G.-Q. II, 459): „Wir heren, das man uns auch ... zumifst, das wir salten Platonisch oder Nickelamchs weise der frawen gemein haben under einander mit vil undugenden stucken, als ob wir kein underscheid der personen plutsvorwantschaft solden halden. Aber dis ist ... aler ding erstuncken und erlogen ... Mit den graden der magschaften holden wir, als di schrift dorvon helt Levit. 18. Weliche persehonen, die Got verpeit, diselben lossen wir ach nit zu, dorzu wo sosten einiche ergernos von kommen und erwachsen mecht.“ Vgl. auch die Verordnungen der Aeltesten oben S. 580, Abschnitt 6.

Digitized by Google

Swollanum[1], adversus mortarios, falconetas aliaque eius generis tormenta quam plurima praesidio Altissimi utemur. Pluribus vobiscum agerem, si tempus superesset. Has autem literas Dei amatoribus mitto; pertinaces vero contemno, donec verbum Dei ferre discant. Quotquot bona operantur, mala aversantur, quotquot spretis humanis constitutionibus fiduciam suam in solum
*p. 512. Deum collocant, conditori omnium in perpetuum sint *commendati.“

His aliisque et publicis et privatis scriptis oppidani multorum militum in castris Misnensium favorem sibi comparant et in suam sententiam etiam pertrahunt, ut nefas esse putarent adversus christianos et Deo dilectos evangelicos arma movere[2].

---

[1]) Namen einiger bei der Belagerung verwendeten Geschütze. Ueber das vom Landgrafen von Hessen gesandte Geschütz „der Teufel und seine Mutter“ sowie über die Zwollesche Schlange vgl. oben S. 529, über den „Fliegengeist“ D. Lilie S. 222.

[2]) Ganz allgemein sagt H. Gresbeck S. 53: „Und et was nummer dagh, dair qwemen lansknecht in die stat.“ — Schon am 5. Juni berichtete Konr. Hesse den landgräflichen Räten in Kassel (M. G.-Q. II, 249), man erzähle, dafs seit dem verunglückten Sturme über hundert Knechte in die Stadt gefallen seien. „Es stellen seich,“ fügt er hinzu, „auch veil knecht vom hoffen enweich, die seich besorgen, sei mussen weidderum dran ... Und wan der beischaf sei nit so hart mit eiden und plichten verfasset het, werre zu besorgen, das der merrenteil die stunt der knecht van im abgezogen werre.“ Ein Knecht des Meifsenschen Lagers, der am Beginn der Belagerung von den Münsterern gefangen genommen, am 4. Juni aber wieder aus der Stadt entwichen war, zeigt freilich an, dafs nicht über 200 Landsknechte nach Münster entlaufen seien; „und dwil innen,“ fährt er fort, „nit mehe dor binnen gegeven wurt, dan notdurftige underhaltung mit essen, drincken und kleidung, so solten sie wol gern widder herufs fallen, wan sie dorften und kunten. Dan die burger die vertraweten inen nichts“ (Brief der clevischen Kriegsräte vom 7. Juni; M. G.-Q. II, 252). Doch schon am 23. Juni schreibt Konr. Hesse abermals nach Kassel (a. a. O. 255): „Der hoff van den knechten weirt klein, dan es stellen seich feil heimlichen enweck ... Es werden auch eitzunder etzliche vam adel der Meifsener auch enweck zcien.“ Ebenso am 27. Juni (a. a. O. 263): „Die knechte versteln seich hei sere enweck. Der beisschaf lest uf sei streffen.“ Die Unzuverlässigkeit der Knechte speziell im Meifsenschen Lager erwähnt D. Lilie S. 229 f., doch setzt er S. 241 die Massenflucht derselben fälschlich in die Zeit kurz vor dem zweiten Sturm auf die Stadt am Ende August.

Digitized by Google

Quorum etiam dux Albertus Beltzius saepe aut privata colloquia cum hoste miscere aut puerum secretorum consiliorum indicem in urbem mittere et cum oppidanis colludere solebat[1]. Proinde magna Misnensium multitudo, cum pridie eius diei integra stipendii militaris solutio sibi facta fuisset et princeps nondum ipsos remisso militari sacramento exauctorasset, desertis castris sine legitima causa ultima Iunii intempesta nocte clanculum ab 30. Juni. hoste secedunt. Continuo Bernardus de Westerholt, magister equitum, cum suo equitatu principis iussu persequitur, cui etiam permittitur, ut 7 aut 8 praecipua eorum capita decollentur, aliis duo digiti e dextra manu praecidantur[2]. Hos cum equitatus non procul ab oppido Sendenhorst in villa Iungemanni assequeretur et villam, in quam se receperant, undique fossa vepribusque munitam et repagulo ligneo clausam aliisque munitionibus tumultuario labore, ut tempus ferebat, excitatis firmatam ipsosque desertores et fugitivos bombardis aliisque armis ad impressionem equitatus repellendam instructos ac in acie stantes cerneret, mox Theodoricus de Reke[3], vir fortis et animosus, Theodoricum de Reke[4], canonicum templi maioris Monasteriensis, sanguine sibi iunctum et aeque animosum ac aciei primae com-

---

[1]) Dafs Albrecht v. Beltzigk wiederholt mit den Inhabern Münsters verhandelte, beweisen die Briefe der Münsterer an ihn und den Hauptmann Georg v. Wulframsdorf vom 20. und 22. Mai (abgedr. M. G.-Q. II, 239 ff.). Dafür aber, dafs Beltzigk verräterische Absichten hegte, bieten die sonstigen Quellen keinen Anhalt. Vielmehr spricht dagegen direkt das Bekenntnis Knipperdolling's vom 25. Juli 1535 (M. G.-Q. II, 377), nach dem Beltzigk einmal bei einer Zusammenkunft vor dem Stadtthor mit Knipperdolling diesen hat bestimmen wollen, von seinem Vornehmen abzustehen und sich nicht also verleiten zu lassen. Vgl. auch Knipperdolling's Aussagen bei J. Niesert: U.-S. I. S. 187.

[2]) Dieses und die folgenden Einzelheiten berichtet nur Kerss. In den Akten des St.-A. M. liegt das Original eines bischöflichen Befehles vom 30. Juni an Bernh. v. Westerholt vor. Es heifst darin: „... dat du dy tor stundt myt allen dynen ruteren, myt hovetharnssche unde spiefsen erhevest und to twen uren namiddage gewislich tor Wolbecke erschinest ... und ock etlige ruter daerto verordenest, de de gefangen knechte tor Wolbecke uth dem lande brengen und wysen."

[3]) Aus der Linie zu Senden.

[4]) Aus der Linie zu Heessen. Vergl. C. u. O. v. d. Recke: Gesch. der Herren v. d. Recke (Breslau 1878) S. 126 f. u. 147.

Digitized by Google

militonem assciscit. Hi simul repagulo cardinibus eiecto concitatis equis in hostem aliisque sequentibus feruntur. Sed ille chirobombarda adverso ictu traiectus protinus ex equo prolapsus expirat, hic vero in ipsa eruptione decem et octo vulneribus acceptis ex equo corruit et aliquot horis humi quasi mortuus iacuit. Quae res alios ab irruptione terruit, maxime cum repagulum restitutum et reparatum viderent. Ita ergo equitatus virtute transfugarum repulsus aliquot equites in castra bombardas maiores petitum ablegat. Qui cum tormenta adducerent et in desertorum interitum disponerent, ipsi se elabi non posse
*p. 513. videntes *arbitrio principis vel ad gratiam vel ad supplicium depositis armis se dedunt. Inde per equitatum Woltbecam reducti et in templo conclusi principi supplicant. Princeps vero hanc causam ad duces belli, centuriones omnesque milites refert, quorum unanimi cognitione fugitivi desertores militiae infidi, periuri, ignominiosi et improbi decernuntur et principis vel poenae vel gratiae adiudicantur. Verum cum illi finem supplicandi facerent nullum, princeps commotus auctoribus transfugii et secessionis punitis ceteris gratiam facit superiusque decretum suum lenitate et clementia mitigat[1].

Post aliquot dies[2] quidam gregarius e castris ad anabaptistas transfugerat, qui, cum ad Knipperdollingum explorandae et discendae fidei causa tanquam catechumenus deductus esset, apud quem dies aliquot diverterat, vidit Bokelsonem prophetam, qui eodem adhuc hospitio utebatur, nocturno tempore ad lectum famulae clanculum se subducentem. Vehementer itaque admiratur prophetam, virum Dei uxorem legitimam habentem[3], aliena

[1]) Für die Gnadenbezeugung des Bischofs spricht auch sein oben angeführter Befehl an B. v. Westerholt. Nach D. Lilie S. 241 wurden „de menedigen boven“ zu Wolbeck „van dem scharprichter Statio enthovet, ein deil dorchgestecken.“

[2]) Der folgende Bericht Kerss.'s über die Einführung der Vielweiberei stimmt genau mit dem bei L. Hortensius S. 27 f. überein, der auch von Herm. Hamelmann S. 1232 ausgeschrieben wurde. In keiner sonstigen Quelle aber ist die offene Verkündigung der Polygamie durch Johann v. Leiden in ähnlicher Weise begründet. Vergl. auch die Einleitung.

[3]) Johann hatte sich schon in Leiden verheiratet. Vergl. seine Bekenntnisse bei J. Niesert: U.-S. I. S. 174 f. und M. G.-Q. II, 369 f. Näheres berichtet Kerss. weiter unten.

Digitized by Google

tamen venere atque foedissimo adulterio contra mandatum Dei se contaminare atque polluere, unde fucatam pietatem et sanctimoniam prophetae coepit deridere. Et cum transfuga in coetu populi factum non celaret, propheta auctoritatis suae interitum apud plebem metuens primum magnificis promissis os illi obturavit, deinde, si forte furtum plebi innotesceret, ut illud purgaret, cum Rothmanno aliisque concionatoribus de polygamia consultat. Qui, cum et ipsi lasciviae et impudentiae addicti essent, facile[1] decernunt viris singulis exemplo Abrahami, Iacobi, Davidis et ceterorum Patrum veteris testamenti, quorum vitam referant ipsi, plures uxores ducere licere, maxime his rationibus adducti: Viri se continere nequeunt, ergo plures uxores ducere possunt. Antecedens relinquunt manifestum et in natura fundatum, consequentiam probant, quia seminis iacturam facere nefas est. Faciunt autem viri seminis iacturam, ex quo nulla proles nascitur, ut fit, quando vel impraegnatam aut annorum

[1]) Ebenso spricht L. Hortensius S. 28 von einer vorhergehenden Beratung Johann's mit den Predikanten und erwähnt nicht, dafs diese der Einführung der Vielweiberei Widerstand leisteten. Dafs aber der Widerstand der Predikanten thatsächlich sehr energisch war, hätte Kerss. aus den oft von ihm benutzten Wiedertäuferverhören und aus H. Dorp entnehmen müssen. Letzterer erzählt Bl. E 4, dafs die Prediger, als Johann ihnen zwölf Artikel vorhielt, deren Summe war, „das ein man nicht gebunden solt sein an ein weib, sondern er möcht so viel weiber, als er wolt, zur Ehe nemen," dem widerredeten und es „in keinen weg zulassen" wollten. Erst als Johann die zwölf Aeltesten und die Prediger aufs Rathaus beschieden, dort seine Artikel als göttliche Offenbarung ausgegeben und die Widerstrebenden mit dem Ausschlusse von der göttlichen Gnade bedroht hatte, „werden die prediger mit den propheten des ehestands halben eins und predigen drey tage lang vom Ehestand auff dem Thumhoff." Vgl. dazu Knipperdolling's Aussagen bei J. Niesert: U.-S. I. S. 191. Johann v. Leiden selbst gesteht, dafs „se ehme fenglich setten wolden", und dafs die Opposition wohl acht Tage gedauert habe. „Darnach hefft Bernardus sulvest dar van gepredigt" (J. Niesert a. a. O. S. 178; s. auch M. G.-Q. II, 372). Ausdrücklich bekennt auch Joh. Klopriſs (J. Niesert a. a. O. S. 122, vergl. auch S. 135): „Aber der viller weiber lust halben, dargegen weren alle predicanten in Munster mit der gantzen gemeinden. Aber der kunigk bewiese inen das mit der schrifften und drunge sie darzu, das sie solchs halten moisten." H. Gresbeck S. 59 f. und D. Lilie S. 236 erwähnen einen Widerstand der Predikanten nicht besonders.

Digitized by Google

numero factam sterilem cognoscunt. Ergo, ne fiat seminis virilis iactura, quandocunque habent coniugem praegnantem aut sterilem, aliam ducere licet[1].

His similibusque exemplis et fascinis miseram et incautam plebeculam decipiunt eamque rem per totum triduum in publicis
*p. 514. concionibus agitant[2] et auditoribus inculcant *impudicitiaque flagrantibus scriptura exemplisque ad id perquisitis facile per-
23. Juli. suadent. Post primam autem concionem 23. Iulii habitam tota multitudo in campo dominico in orbem coit ibique de polygamia aliis non admittendam eam consulentibus, aliis vero contrarium

---

[1]) Vergl. hierzu die Darlegungen Rothmann's im 15. Kapitel der „Restitution", besonders die Stelle (Ausgabe von A. Knaake S. 83): „... so ein man ricklicker van Godt gesegent were, dan eine frouwe tho befröchtigen, unde he en moit van wegen des godtlicken gebades sodanen segen nicht mifsbruken, so ys em fry gelaten, ya van nöden, meer fruchtbare frouwen in die ehe tho nemmen; dan unehelick, dat ys anders, dan na Gades willen unde gesette, ein frouwe bekennen, ys ehebreckerye und horerye." Weiter a. a. O. S. 85: „... want hefft he ein swangere frowen, offt de unfruchtbar ys, ... mach he der sunder sunde nicht bekennen, so mach he ock geines anderen mans frouwen anrören ... Hyrumme so volget van nodt wegen, dat, welcke rickliker van Godt gesegent sint, dan se mit einer frouwen rein leven konnen, mögen tho erer nodtrofft ... meer dan eine frouwe thor ehe nemmen." Auch weist Rothmann wiederholt auf das Beispiel der Patriarchen im alten Testamente hin. — Mehrfach ist in den Verhören von Seiten der gefangenen Wiedertäufer eine Rechtfertigung der Vielweiberei versucht worden. Am ausführlichsten spricht sich Dionys. Vinne aus, der (M. G.-Q. II, 278) in erster Linie den Spruch Genes. 1, 28: „Crescite et multiplicamini!" anführt und sich ebenfalls auf die Patriarchen beruft. Ebenso äufsert sich Joh. Klopriſs (bei J. Niesert a. a. O. S. 134). Die auch in der „Restitution" angezogene Stelle aus dem 1. Briefe Pauli an Timotheus, Vers 2: „ein bischop solle ein wiff hebben," bringt Bernh. Krechting (bei J. Niesert a. a. O. S. 194) bei. „Daruth solle folgen," sagt er, „de gemeyne man moge wol velle wyver nemen." Vgl. auch Bernh. Krechting's Bekenntnis M. G.-Q. II, 381. — Eine andere Begründung der Vielweiberei aus der Bibel, als die in der „Restitution" gegebene, hat auch Johann v. Leiden in seinen Gesprächen mit Ant. Corvin und Joh. Kymeus (s. Bl. f 1v f.) nicht versucht. Schliefslich aber liefs sich der König zu dem Geständnisse herbei (Bl. g 2), „er bekenne, dafs sie im selbigen artikel zu geschwinde gefaren sein." Vergl. auch Ant. Corvin's Brief an G. Spalatin Bl. B 4.

[2]) Drei Tage läfst auch H. Dorp a. a. O. vom Ehestand predigen.

Digitized by Google

clamitantibus[1] ad horas aliquot disceptatur; sine magna tamen contentione digrediuntur. Post octo vero dies[2], nempe 30. Iulii, 30. Juli. Henricus Mollenhecke[3], faber ferrarius, ducentos fere indigenas[4] nocturno tempore cogit, qui aut priscam reipublicae formam reducere aut hostibus aperire portas aut mortem oppetere, quam polygamiam admittere malunt. Proinde Bokelsonem prophetam, Knipperdollíngum, Rothmannum, Henricum Schlachtschapium, Kloprisium et Dionisium Vinnium, concionatores polygamiam docentes, capiunt[5], captos carceribus includunt secumque deliberant et rationes quaerunt, quibus delicti gratiam a principe impetrent, civitatem dedant, principem intromittant, senatum veterem civesque vi eiectos revocent et in pristinas possessiones

---

[1]) Nur L. Hortensius a. a. O. berichtet, wie Einer aus der Volksmasse kräftigen Einspruch erhob und deshalb auf Befehl Johann's getödtet wurde.

[2]) Diese Zeitbestimmung giebt auch H. Dorp. Nach einem Briefe der clevischen Kriegsräte vor Münster vom 31. Juli (M. G.-Q. II, 265) sowie nach einem Schreiben des gleichfalls vor Münster anwesenden Herzogs Philipp von Braunschweig-Grubenhagen an den Kurfürsten Johann Friedrich von Sachsen vom 5. Aug. (ebendas. S. 266) brach der Aufruhr in der Stadt am Abend des 29. Juli aus.

[3]) Sein Name wird in Verbindung mit dem Aufstande in den schriftstellerischen Quellen nur von H. Gresbeck S. 73 ff. genannt. Johann v. Leiden verlegt den Mollenhecke'schen Aufstand in seinen Bekenntnissen (s. J. Niesert a. a. O. S. 179 f. und M. G.-Q. II, 372) in die Zeit nach Errichtung des Königtums (Sept.). Dafs diese Angabe ungenau ist, geht schon aus den oben citierten Briefen (M. G.-Q. II, 265 f.) hervor. Auch sagt Hermann Mollenhecke, der Sohn Heinrich's, am 8. Juni 1535 aus, als er vom Tode seines Vaters redet, „da war der konig noch ein prophet“ (Orig. des Verhörs im St.-A. Marburg). Der chronologisch falsch eingeordnete Bericht D. Lilie's S. 239 über den Aufstand führt als Haupträdelsführer einen Meiger Berndt, hoffsmedt, an, einen Namen, den ich sonst nirgends gefunden habe.

[4]) Diese Zahl stimmt mit den Bekenntnissen Johann's v. Leiden a. a. O. (die Lesefehler bei J. Niesert sind berichtigt M. G.-Q. II, 418). H. Dorp spricht nur von etlichen Bürgern, L. Hortensius S. 29 von 50.

[5]) Die Gefangennahme speziell Slachtscaef's erwähnt auch H. Gresbeck, ebenso Dietrich von Hamburg Bl. A 3v. Johann v. Leiden spricht aufser von seiner und Knipperdolling's Gefangennahme auch von der „etliger predicanten.“ H. Dorp läfst mit Johann und Knipperdolling „alle prediger“ gefangen sein.

Digitized by Google

restituant, intolerabile servitutis iugum excutiant et perpetuo metu se liberent[1]. Exorta itaque matutina luce Mollenheckius verbi Dei amatores eiusdemque defensores tympani pulsu vicatim ad forum convenire iubet, ut eo praetextu exercitum suum augeat. Quo cum magna hominum armatorum multitudo convenisset ignara, quid sibi frequens populi vellet concio, ibi tum primus omnium Henricus Redeker[2] prophetae et suorum procerum captivitatem civiumque armatorum propositum sentiens clamando vociferandoque, quamvis ipse indigena et civis, hoc effecit, ut advenae et polygamiae addicti, quorum magna copia in urbem confluxerat, in unam partem urbis iuxta pomerium in indigenarum et civium perniciem armati convenirent. Quidam etiam in tympani pulsu verbi Dei audita mentione se civibus forum occupantibus coniungunt; ubi vero civitatem in partes dividi animadvertunt et suae farinae homines, hoc est polygamos, in adversa acie esse accipiunt, a civibus deficientes captata occasione ad suos redeunt. Sic Magnus Koehuss et multi alii turbae Mollenheckianae forum occupanti primum adhaeserunt,

---

[1]) Wenn auch der Aufstand in erster Linie gegen die Einführung der Vielweiberei gerichtet war und nach dem Schreiben der clevischen Kriegsräte vom 31. Juli (M. G.-Q. II, 265), die nach den Aussagen eines aus der Stadt entwichenen Bürgers berichten, dadurch zum Ausbruche kam, dafs Knipperdolling eine Frau, die sich der neuen Einrichtung nicht fügen wollte, gefangen nehmen liefs, so gingen die Forderungen der Aufständischen zugleich doch auch schon weiter. Eine Beilage zum Schreiben Philipps von Braunschweig vom 5. Aug. an den Kurfürsten von Sachsen (M. G.-Q. II, 267) meldet, die Uneinigkeit sei zum Teil auch dadurch entstanden, dafs „etliche von burgern er erlegte gelt wollen widderumb hoben, welchs dan die anderen nit haben wollen verwilligen und einruemen." Auch nach Johann's v. Leiden Aussagen a. a. O. schalten Mollenhecke's Anhänger „up den ehestand ... und ock up dat gantze regiment und de predicanten." Die Absicht der Aufständischen, dem Bischofe die Thore zu öffnen, erzählen L. Hortensius und D. Lilie, und H. Gresbeck sagt S. 73: „... ein deil burgers und fromede luede ... wolden den ehestant wedder afhebben, und ein ieder solde sein guit widder hebben, und burgermeisters und ract solde weder sein, dat al dinck solde weder sein als it gewest hedde, und wolden die stat upgeven." Vgl. auch H. Gresbeck's Erzählung S. 75 von dem Wortwechsel zwischen Mollenhecke und Knipperdolling.

[2]) Nach H. Gresbeck war Herm. Tilbeck der Führer der Anhänger der Vielweiberei.

Digitized by Google

verum ubi polygamorum turbam fortiorem esse animadvertissent, se a suorum numero ad polygamos subduxerunt. Qua defectione *cives territi viginti armatos quasi vigilias diurnas firmandi *p. 515. causa ad munitiones urbis e foro mittunt, ut aut polygamorum animos aut, quid facturi sint, pertentent et explorent, quorum venerea cohors duodecim capit reliquis ad forum repulsis; unus tamen polygamorum a fugientibus tormento traiectus expirat. Cum tandem advenae polygami excubiis munitiones urbis firmassent et suas partes satis potentes esse putarent, circa meridiem in forenses impetum faciunt[1] et spiculo eminus emisso Hermannum Krampeum subito sternunt[2], cuius casu cives perculsi et cum infirmiores se esse viderent, in curiam salutis differendae causa sese recipiunt foresque raptim clausas communiunt. Sed cum turba salax bombardas maiores per mulieres in forum attractas confringendi fores gratia curiae admolirentur, tormentorum ictus metuentes ex inferiori curiae loco in proximum superius tabulatum ascendunt. Advenae vero polygami cum insano impetu et clamore effractis foribus in curiam irruunt ibique suos proceres et concionatores in hypogio curiae detentos laxant. Cumque hostes suos tabulatum proximum ascendisse viderent ita, ut ius gladii in illos continuo exercere non possent neque eodem impetu ipsos persequi auderent, alii infra tabulatum passim sphaerulis traiiciunt, alii tormenta grandiora ad demoliendam curiam foris aptant. Miseri vero cives sua spe deiecti e fenestra curiae protenso pileo se dedunt et abiectis armis supplicant rebellionisque gratiam poscunt. Hinc descendunt et impudicorum hostium arbitrio sese committunt[3]. Dici vix queat, quanto furore omnis mansuetudinis et humanitatis obliti in hos irruerint, quanta immanitate eos ceperint, quantis verberibus pulsaverint, quantis convitiis et maledictis prosciderint, quanta denique saevitia in carceres detruserint. Diceres

[1]) Nach H. Gresbeck hatte Tilbeck mit einem Teil der Aeltesten vorher noch den Versuch gemacht, einen gütlichen Vergleich herbeizuführen. Erst als der Versuch gescheitert war, rückten die Anhänger der Vielweiberei in der Stärke von 500 oder 600 Mann gegen ihre Widersacher vor.

[2]) Vgl. H. Gresbeck S. 76, der aber den Namen des getödteten Bürgers nicht nennt.

[3]) Nach H. Gresbeck a. a. O. betrug die Zahl der Gefangenen 120.

Digitized by Google

ipsos statim occidi maluisse, quam tam indignis modis exagitari. Inter hos Nicolaus Dethmar[1], miles quidam, deprehenditur, qui ultra quatuor millia florenorum e curia graphiaria, ubi thesaurus civitatis erat, clanculum subduxerat, quos effugium sperans pro viatico intra vestes suas abdiderat. Hunc pecuniis ita undique
Ne autem in tanta reginarum seu pellicum turba de foedi amoris symbolo poscendo ulla oriatur contentio, rex tabulam fieri fecit, cui reginarum nomina per ordinem inscripsit singulisque nominibus singula foramina a capite terebello addidit, quibus bacillum immittendum aptavit, non aliter, quam in collegiis ordo canonicorum in tabula suspensa praefigitur, unde a bacillo imposito deprehendi solet, quem in choro canendi ordo tangat. Rex itaque mensae accumbens et reginas seu pellices

---

[1]) H. Gresbeck S. 89: „So heft der konningk die konningkin sehr kostlich gerustet mit iren dieners, ia so kostlick, wie der konningk hadde gedain. Mehr alle seine frowen weren so kostlick nicht gerustet, glich als die konningkin was."

[2]) Küchenmeister. — [3]) Als Thorwärter nennt der alte Druck der „Hofordnung" Johann v. Groll. Das Göttinger Mscr. hat Johan van Goel, der Neudruck in der Zeitschr. 16 S. 363 Johan v. Soel.

[4]) In der „Hofordnung" heifst der Schenk Friedrich Insel.

[5]) Im alten Druck ist Vorschneider Engelbert Schemerinck, im Göttinger Mscr. Engelbert Scheverinck, im Neudruck Engelbert Schenckinck.

[6]) In der „Hofordnung" sind als Trabanten nur die beiden Ersten genannt. — Abweichend von Kerss. berichtet H. Gresbeck S. 89: „So hadde die konningkin ire dieners ock gekleidet glich als der konningk. Sie hadde roet gekleidet, gein twierlei."

[7]) So der alte Druck und das Göttinger Mscr. Im Neudruck: Hinrick Millenhues. — [8]) In der „Hofordnung": Sander vom Bussche.

[9]) Diesen Letzteren erwähnt die „Hofordnung" nicht.

Digitized by Google

circumquaque sibi in prandio adiunctas habens solo aspectu, noctis quam vellet futurae sociam, delegit neque eam verbis aut nutibus aliisve signis, sed bacillo nomini eius in tabula apposito signavit; ita signata sine aliarum contumelia et invidia regiam noctem opperitur. Si vero veneri inepta sit, bacillum in aliud nomen, cui favet, transfert[1]. Deputata itaque regio thoro, ne quid nauseae maiestati regiae moveatur, balneum ingreditur, lavatur, odoriferis liquoribus perfunditur, bysso purpurave induitur; articuli annulorum multitudine rigent, catenis et monilibus gemmatis collum ambitur; comae auro substringuntur, virentibus fragrantibusque sertis tempora cinguntur, bombycino perisomatio uterus obtegitur, per tenuissimam sindonem gemina ubera resplendent, et, ut semel dicam, omnia, quae venerem ciere queant, per effetas anus quasi magistras et hac in re exercitatas apparantur.

Ita autem rex libidini et foedis voluptatibus indulget, ut interim ea, quae ad reipublicae suae conservationem pertineant, non negligat. Iudicia ergo, cum ad tranquillitatem urbis necessaria esse videret, conservat et se iudicem solum constituit. Solium in foro e regione librae[2] iuxta fornicum finem et aedes

---

[1]) Aehnlich heifst es in der „Hofordnung“: „Dieser weiber namen seyndt yn eyn hangend Teffelgen geschrieben, und gegen eyner yeglichen Namen eyn löchlein gebort mit einem anhangenden stöckleyn. Und bey welcher der König die nacht hat ligen wöllen, gegen der selbigen namen hat ehr das stöckgen gesteckt. Szo aber dieselbige zum beylager nicht geschickt gewest ist, mochte sie das stöckgen ihres gefallens stecken gegen eyner andern namen, der sie günstig war; die selbige muste denn dem Könige willig seyn und die nacht bey yhm schlaffen.“ Von den sonstigen Quellen berichtet hierüber nur noch Joh. Fabricius Bolandus Bl. P 7v:

„Depictis ridet thalamo de more tapetis
Regifico, totum vela cubile tegunt.
Charta tenet valvis aulae suffixa protervae
Istarum signis nomina grata suis.
Indicat haec, quaenam poscatur qualibet ex his
Nocte, sed appositis conditione notis.
Si negat haec aut illa gravi ratione, relinquit
Concubitum regis, cui magis ipsa favet.“

[2]) Die Stadtwaage lag neben dem Rathaus auf der Nordseite desselben. S. oben S. 76.

Digitized by Google

Dorhoffii magnificum et rege dignum tribus a terra gradibus erigitur, quod in adventu regis interdum aureis, interdum purpureis tapetibus ac sericis pulvillis exornatur[1]. Huc ter singulis hebdomadis causas populi auditurus solenni aulicorum pompa et apparatu regio eques commeat[2]. Primum lituis et tubis canentibus Gerlacus a Wullen ac Lambertus Leodius, Ioannes Kursener et Conradus Kruse plumeis apicibus *crepitantibus aulae foribus egrediuntur[3]. Hos subsequuntur purpurati et catenati consiliarii bini Gerardus tzum Kloister et Bernardus Krechtingk, Henricus Redeker et Gerardus Reyninck; inde Hermannus Tylbech, praefectus praetorio, solus ante regem album *p. 532.

---

[1]) Nach H. Dorp Bl. F 2: „Auff dem Marckt hat sich der König einen herlichen stuel mit dreien graden oder stuffen lassen zurichten, der wart alle zeit, wenn der König hinauff sitzen wolt, mit eim gulden stuck behangen ...“ Der königliche Richtstuhl ist ganz kurz erwähnt in der „Newen zeitung“ (Zeitschr. 17 S. 257) und von Joh. Fabricius Bolandus Bl. O 3. H. Gresbeck berichtet S. 85, wie sich der König „heft einen groten stoel laten setten up dat marckede, mit seiden stucken umbher behangen.“ „Und des konninges stoel heft so hohe gestain,“ erzählt er S. 90 weiter, „dat hei hadde boven alle menschen gesetten, und beneden dem stoel fur dem stoel, dair stonden viel bencke umbher.“ D. Lilie S. 235 sagt: „Sinen koninckliken richtestoill hefft he gemeinliken gehadt bi sunte Michael an den marckede, dar men mit graden moste upgain.“ Der Stuhl war „mit kostliken tapeten ummegehangen.“ Von einer „sella sublimior polite et affabre parata“ spricht L. Hortensius S. 33.

[2]) Auch nach H. Dorp a. a. O. hielt der König dreimal in der Woche Gericht ab, aber entweder auf dem Markte oder auf dem Domplatze. Er fügt hinzu: „allein das der König auff dem marckt auff seinen stuel sas, auff dem Thumhoff aber mitten im hauffen stunde.“ Die dreimaligen Gerichtssitzungen in der Woche auf dem Markte finden sich auch erwähnt in der „Newen zeitung“ a. a. O., in einer anderen „Newen Zeytung“ (P. Bahlmann: Bibl. 1535 Nr. 9) Bl. A 2v und bei L. Hortensius a. a. O.

[3]) Das waren (vergl. oben S. 650) die beiden obersten Feldherren, der Rittmeister und der Hauptmann des Fufsvolkes. Auch bei H. Dorp a. a. O. reitet der König zu Gericht „mit dem gantzen hoffgesinde; die fier Rhete giengen fur im her, Knipperdölling aber mit den andern hoffgesinde folgetem im nach.“ Mehrfach beschreibt H. Gresbeck den pomphaften Aufzug des Königs (vgl. besonders S. 85 u. 90 f.).

Digitized by Google

scipionem gestans[1]; hinc rex coronatus regiisque ornamentis condecoratus feroci et phalerato insidens equo[2] prodit atque fastu quodam invehitur, quem duo pueri liberalioris formae eleganter vestiti praecedunt, quorum dexter bibliorum codicem, sinister vero strictum gladium utriusque politiae tam profanae quam ecclesiasticae praefert[3]. Knipperdollingus autem, regius legatus, et Bernardus Rothmannus, orator, regem subsequuntur; hos Christianus Kerckring, consiliariorum sequester, et Henricus Kregtinch, archigrammateus, hos Nilandus, ensiger, cum suis ministris, hinc reliqua aulicorum et ministrorum turba. Sed 28 satellites regia latera utrinque claudentes populum undique catervatim propius accurrentem insuetaque admirantem et certatim aspec-

---

[1]) Einen „witten" (silbernen) Stab des Hofmeisters erwähnt sonst nur noch H. Gresbeck S. 91 u. 137. Nach Dietrich von Hamburg Bl. A 3 hat der König „ein lackeyen vor ym her lauffen, der selb hat ein weifz stäblein in der hant ..."

[2]) „Und dat der konningk tho seinem perde hadde," meldet uns H. Gresbeck S. 88, „dat gerust ofte dat beschloch, dat was auck al mit golt beschlagen, wante ick holde, dat datselve silver were tho dem beschlage und wer overguldet ... Und tho seinem sadel dat beschlagh was auck al verguldet." „Der König," so heifst es in der „Newen zeitung" (Zeitschr. a. a. O. S. 256), „hat 31 pferdt mit gulden tüchern bedeckt und etliche gulden settel." Von 31 Pferden des Königs redet auch die andere „Newe Zeytung" a. a. O., ebenso L. Hortensius S. 32

[3]) Der eine derselben war Christoph von Waldeck, der natürliche Sohn des Bischofs Franz. Vergl. oben S. 648 und die dort angeführten Belegstellen. Unter den sonstigen Quellen erwähnt auch noch Dietrich von Hamburg Bl. A 3 die beiden Knaben, und zwar führt bei ihm der auf der rechten Seite das Schwert, der auf der linken die Bibel. Vergl. auch den Brief A. Corvin's an G. Spalatin Bl. A 3v f. Der Junge mit der Bibel trägt nach der Angabe der „Newen zeitung" (Zeitschr. a. a. O. S. 256) und nach L. Hortensius S. 33 auch noch die Krone. Sehr ausführlich beschreibt H. Gresbeck S. 91 f. die Bedeutung, die der König den von den Knaben getragenen Symbolen unterlegt, und den Sinn, den er damit verband, wenn er die Knaben ihre Plätze mit einander vertauschen liefs. Kurz sagt Joh. Fabricius Bolandus Bl. O 8v:

„A laeva gladius, signum terroris, acutus,
Sed liber a dextra relligionis adest."

Auch Theod. Fabricius sah bei seinem Aufenthalte in Münster im Nov. 1534 (vgl. seinen Gesandtschaftsbericht a. a. O. S. 100) „zwen buben, einer ein gulden swert, der ander ein buch dem konig furtragendt."

Digitized by Google

tantem arcent. Cum ad forum venitur, hemerodromo regium retinente equum rex solium sibi exornatum conscendit sceptrumque dextra quatiens ad se controvertentes advocat[1]; se enim iusto omnes lites decreto dirempturum. Ibi (bone Deus!) causae turpissimae et castis auribus indignissimae turpissimo iudici decidendae offeruntur[2], de incestu, de fornicatione, de adulterio, de impotentia coniugali, de coniugum divortio, de matrimonii distractione, de reliquis rebus foedissimis. Maxima autem controversia fuit inter coniuges de negato sibi utrinque debito coniugali querentes[3], quae inobedientia extremo supplicio saepe plectebatur, ut postea dicetur. Peracto iudicio eadem pompa eo, unde venerat, redit. Saepe etiam conciones audiendi causa rex totusque populus ad forum convenit, ad quas regina quoque mitiori equo villosa purpura strato et ab hemerodromo ducto insidens accedit ac Henrico Roede, aulae praefecto, aliisque aulicis quibusdam praeeuntibus, reliquis vero scortis vel pellicibus longo ordine subsequentibus et quatuor satellitibus utrumque latus defensantibus in proximas librae aedes concedit, ubi ipsa exadversum regi sericis pulvillis incumbens aliis aulicis et pellicibus circumsedentibus concionem audit[4]. Ecclesiastes autem iuxta

---

[1]) „Knipperdolling," sagt die „Newe zeitung" a. a. O. S. 257, „stehet ein stuffe under im, und darnach die rete. Wer daselbst zu thun hat, mus sich zweymal neygen und zum dritten mal auff die erden nider fallen und dernach sein meinung antragen." Vgl. auch L. Hortensius S. 33. Nach der „Newen Zeytung" Bl. A 2v ist für Knipperdolling der Platz zu Füfsen des Königs angewiesen, und ebenso berichtet H. Gresbeck S. 91: „Der stathelder ifs dem konninck fur sein voete gain sitten. Der stathelder iss dem konningk negst gain sitten, dan die rede deden und predicanten." „War hei hen riet vur dat volck," erzählt er S. 94, „dair deden sie ime reverentie. Sie nigeden und bugeden im tho ..." A. Corvin schreibt an G. Spalatin Bl. A 4: „Et poena parata erat praetergredienti non congenudantibus."

[2]) Vergl. H. Dorp Bl. F 2v: „Und wie der Richter, so waren gemeiniglich auch die klagen."

[3]) H. Dorp a. a. O.: „... das weib klagt uber den man, der man uber das weib, und brachten so schendliche ding herfur, das es keinem Christen nach zu sagen stehet ..."

[4]) Einen solchen pomphaften Aufzug beschreibt auch H. Gresbeck S. 90 ff.: „So heft der konningk mit seiner konningkin einmael so kostlick

Digitized by Google

regem regiumque tribunal e suggesto editiore ibi extructo verba ad populum facit[1] suoque more concionatur. Interdum post concionem pomeridianam rege chorago aulici aliique, quotquot
*p. 533. volebant, *permixtas ad satietatem duxere choreas[2].

Praeterea ut rex se non solum aequalem, sed et superiorem cunctis mundi principibus faciat, numismata tam aurea quam argentea inaequalis valoris et magnitudinis cum magnifica inscriptione cudit. In altero latere haec in media superficie fuere scripta: „Verbum caro factum est et habitat in nobis[3];“ in circumferentia: „Qui non est natus ex aqua et spiritu, non potest intrare.“ In altero vero latere perficitur sensus his verbis: „in regnum Dei[4].“ „Unus rex iustus super omnes, unus Deus, una

---

gereden na dem marckede, und sie wolden eine predicate doin ... So hadde die konningkin ein huifs up dat marckede, recht tegen des konniges stoel over, dair hadde die konningkin ein velt doer tho gerustet mit decken umbher behangen und twei seiden kussen, roit sammet oft flawel. So is de konningkin up einen morgen uth gereden na dat marckede und hadde einen kloepper, dair se up saet, der was over behangen mit einer decken ... Als sie nu iss an dat marckede gekhomen, so moiste sie doer dat volck hen reiden na dat huifs, dair sie in liggen wolde. Do moisten der luede ein deil up stain und laten sie doer reiden mit iren dieners und mit iren mitfrowen. Dieselve mitfrowen sint oer gefolgt by paren up de rige. So iss die konninckin in ir fenster gain liggen und heft auck die precate gehoirt.“

[1]) Vergl. H. Gresbeck S. 93: „So plagh altiet fur dem konninck tho stain ein predicante up der banck und hadde ein pulmet fur sick stain, dair hadde hei ein boick up liggen.“

[2]) Von Tanzbelustigungen, zu denen der König in seinen Hof „die rede und alle siene houptluede und oversten dieners und predicanten tho gaste tho bidden plach mit ein deil frowen,“ berichtet H. Gresbeck S. 103. „Wan sie nu getten hedden, so giengen pipen, trummen und luten, und begunten tho dantzen und tho hoveren mit den schonen frowen. Datselve haveren plach wol ein nacht tho duren. Datselve was al Goddes wille.“ Auf diese Feste bezieht sich auch die Aussage Bernh. Krechting's vom 25. Juli 1535 (M. G.-Q. II, 381): „dat der koninck toegericht hadde, dat men in die vierde wecke einen dantz in des koninghs hof hielde und dair selfs wallust dreve und guet zier maeckte.“ Vgl. auch Bernh. Krechting's Bekenntnis bei J. Niesert: U.-S. I. S. 195. Von späteren allgemeinen Tanzbelustigungen im Rathause, die der König anordnete, um das Volk während der Hungersnot zu zerstreuen, erzählt H. Gresbeck S. 135 ff.

[3]) Ev. Ioan. 1, 14. — [4]) Ev. Ioan. 3, 5.

Digitized by Google

fides, unum baptisma.“ In medio eiusdem lateris: „1534. Monasterii.“ Utriusque numismatis tam maioris quam minoris veram effigiem, formam et magnitudinem cum inscriptionibus sequentes figurae demonstrant[1].

[1]) In Bezug auf die Münzen der Wiedertäufer vgl. die von P. Bahlmann: Bibl. S. 52f. angegebene Literatur, in der zahlreiche Abbildungen enthalten sind, und J. B. Nordhoff in den „Bonner Jahrb.“ Heft 96 u. 97 (Bonn 1895) S. 324 ff. — Schon vor der Errichtung des Königtums haben die Inhaber der Stadt Münster Münzen prägen lassen. Die älteste Quelle dafür ist die „Ordnung,“ deren Bericht sich auf die Zeit vor Einführung der Vielweiberei (Ende Juli 1534) bezieht. Es heifst da: „Sy haben auch etlich dick pfenning müntzen lassen sonder wappen mit einer umbschrifft also lautende: Wer nit geborn ist auss dem wasser und gaist, mag nit eingeen in das Reich Gottes. Zum anderen: Ein Herr, ein Glaub, ein tauff zu Munster. Noch auff der andern seiten: Das worte ist flaisch worden und wonet under uns.“ Ausdrücklich sagt auch H. Gresbeck S. 48: „Ditselve gelt hedden sie al ein deil schlain laten, ehe dat Johan von Leiden konningk woert.“ Als Grund, weshalb die „propheten und predicanten hebben dit gelt schlain laten und alle die oversten in der stat,“

Digitized by Google

Si quis oppidanorum regem aliosque proceres urbis secutus polygamus esse aut plures nuptias celebrare affectaret, regem tanquam paranymphum adit sponsasque secum adducit. Ubi autem rex inquirendo voluntatem atque consensum utrinque intellexisset, „Quos," inquit, „Deus copulavit, homo non separabit[1]. Itote ergo et iuxta praeceptum Dei[2] multiplicabimini et replete terram[3]!"

Princeps malitiam et rebellionem in urbe iam quotidie incrementum sumere sentiens vehementer animo perturbatur. Et cum ex captivis et transfugis accepisset oppidanos contra imperii decreta, contra aequitatem, contra ius divinum pariter et humanum iusiurandum et pacta violasse, suum magistratum contempsisse et reiecisse, novum regnum et regem sarcinatorem

---

giebt er an: „Al dat ander gelt, et wer silver oder golt, dat solde nicht mehr gelden in der werlt. Datselve gelt, dat sie schlain leten und dat sie noch wolden schlain laten, datselve gelt solde gelden over die gantze weide welt." — Ueber die Verwerfung des Geldes seitens der Wiedertäufer vgl. auch oben S. 561 f. — Die beigegebenen Abdrücke sind von Wiedertäufermünzen aus der Sammlung des Altertumsvereins in Münster genommen. Die Prägung der gröfseren, aus der Zeit des Königtums Johann's stammenden entspricht der von Kerss. gegebenen Beschreibung. Die kleinere, auf der eines Königs nicht gedacht wird, ist wohl mit Sicherheit in die Zeit vor Errichtung des Königreiches zu versetzen. Im Manuscript sind Münzabbildungen eingeklebt, die sich mit Kerss.'s Darstellung nicht decken, sich aber mehrfach in der von P. Bahlmann a. a. O. angeführten Literatur wiederfinden.

[1]) Ev. Matth. 19, 6. — [2]) Genes. 1, 28. — [3]) In den sonstigen Quellen ist nicht erwähnt, dafs die neu einzugehenden Ehen dem Könige angezeigt wurden. Sehr einfach war nach dem Berichte H. Gresbeck's die Form der Trauung. Er schreibt (S. 79): „Wan sick ein pair luede laten tho hope geven wolden, die en geven sie nicht tho hope, glich als sie mit den irsten deden, von den predicanten. Wer tho dem andern in gingk, derselve brachte einen ofte twe mede ofte seine frunde, und hielden einen zogh tho hope und deden sick malckander die hant. Dairmede weren sie echte luede." Johann selbst bekennt am 25. Juli 1535 (M. G.-Q. II, 375): „Item geschagh oire trouwe in bysin 2 ader 3 oirer broder, also seggende: „Wilt gy my hebben? Ich beger uwer." Und wanner sie dan willichlich jae sachten, was die trowe vollenbracht, sus niet." Vgl. auch J. Niesert: U.-S. I. S. 184. Knipperdolling sagt am 21. Jan. 1536 aus (M. G.-Q. II, 409): „In der ehe hielten sie ghein solenniteten noch ceremonien, dan das der ein dem anderen sin hertz ubergaf."

Digitized by Google

constituisse[1], qui omnes leges antiquas abrogaverit, novas et inusitatas substituerit, omnia sacra profanaverit, sua somnia in locum reposuerit et coli praeceperit, adeo iam libidine indomita aliisque flagitiis honestis auribus indignis omnes flagrare, ut tota iam urbs suburbana fornix et *foedissimum prostibulum *p. 534. sit nec virgo duodecim annorum intra moenia deprehendatur[2], adeo omnia esse corrupta et deturpata, ut nihil sani et a turpitudine alienum supersit, — omnes ergo militiae praefectos ad diem 24. Augusti de retundenda retinctorum pervicacia et im- 24. Aug. pietate ad consultandum convocat; et cum forte archiepiscopus Coloniensis, Palatinus, dux de Grubenhagen, comites de Schouwenburgk, Isenburgh, Nassauw, Waldegk, Neuwenar, Vberstein, Benthem et Wedda aliique militaris ordinis viri complures rei bellicae peritissimi vel animi gratia vel oppugnationis iuvandae studio in castris adessent[3], a principe nostro ad hanc quoque

---

[1]) Beim Folgenden ist stets zu beachten, dafs Kerss., wie oben S. 633 Anm. 3 erwähnt, die Errichtung des Königtums zeitlich ganz falsch einordnet, und dafs das Königtum erst im September nach dem siegreichen Abschlagen des gegen Münster unternommenen zweiten grofsen Sturmes proclamiert wurde.

[2]) Vergl. oben S. 627. Auch Dietrich von Hamburg berichtet Bl. A 4v: „Und ferner ist der gebrauch in der statt Munster, das kein weibsbild, das uber 12 jar alt, es mufs ein man haben.“ Auf dem Kreistage zu Köln im October 1534 liefs der Bischof in der Instruktion vortragen (M. G.-Q. II, 286), dafs „die iunffer, de 14 iair olders erlangt, tom man gedrungen“ wurden.

[3]) In einer Beilage zum Schreiben des Herzogs Philipp von Braunschweig-Grubenhagen vom 5. August an den Kurfürsten Johann Friedrich von Sachsen (M. G.-Q. II, 267) heifst es: „Als heut ist der churfurste von Collen in den leger vor Munster kommen. Und seint zuvor da gewest von wegen Collen und Cleve grave Wilhelm von Nassaw, von Collen wegen allein grave Wilhelm von Newenar und Ruprecht grave zu Manderscheit, von Cleve grave Wirich von Oberstein. So ist am negstvergangen donerstagk“ (30. Juli) „ankomen hertzoge Wolfganck, des paltzgraven Ludewigs bruder, zwehen graven von Solms, graven Berntz sonne, ein grave von Issenbergk und einer von Reineck.“ — Der Herzog Philipp von Braunschweig-Grubenhagen war schon früher am 15. Mai im Feldlager vor Münster eingetroffen. Vergl. den Brief der clevischen Kriegsräte an ihren Herzog vom 16. Mai (M. G.-Q. II, 233). Nach einer Beilage des Briefes des Herzogs Ernst von Braunschweig-Lüneburg vom 24. Juni an den Kurfürsten

Digitized by Google

consultationem benignis verbis invitantur. Et cum diu ultro citroque aliis hoc, aliis vero illud, ut fit, suadentibus in consilio rem volvissent, tandem decernunt legationem prius publicam in urbem mittendam, si forte aequis conditionibus citra magnas impensas et sanguinis effusionem se dedant; sin illud facere nolint, urbem summis viribus esse oppugnandam et fortitudinem oppidanorum, quanto cum apparatu bellico queat fieri, tentandam [1]. Hoc etiam in militari hac consultatione decernitur [2], ut principes, comites, supremi militiae domini barones et militaris ordinis viri se ab expugnatione abstineant, sed cum equitatu in locis sibi designandis sese turmatim sustineant [3]. Si autem oppugnatio ab oppidanis vel prorogetur vel vi repellatur [4] ac utile necessariumque comitibus de Nassauw, Neuwenar, Uberstein ac Benthem [5] visum fuerit, ut ab equitatu impressio augeatur roboreturque et supremi militiae domini in locis, ubi necessitas

---

von Sachsen (s. ebd. S. 259) war er „stathalter des bisschofs von Munster in abwesent des selbigen bisschofs." — Die Grafen Wilhelm von Nassau, Wilhelm von Neuenahr und Wirich von Dhaun, Graf zu Oberstein, waren die auf dem zweiten Tage zu Neufs dem Bischofe neu zugeordneten Kriegsräte (s. oben S. 604 Anm. 2). — Auch Joh. Fabricius Bolandus, an den sich Kerss. bei der gleich folgenden Beschreibung des zweiten Sturmes auf Münster eng anschliefst, sagt Bl. S 5:

„Visendi studio princeps pius Agrippinus
Atque Palatinus Nassoque castra petunt;
Quo simul afflicto praesentes tempore cunctis
Longa bonis solito taedia more levent."

[1]) Aktenmäfsige Nachrichten über einen Kriegsrat vor Münster liegen mit Ausnahme eines gleich zu berücksichtigenden undatierten Papieres im St.-A. M. nicht mehr vor. Doch schreibt Viglius von Zwichem bereits am 22. August an Erasmus von Rotterdam (s. C. P. Hoynck van Papendrecht: Analecta Belgica Tom. 1[1] [Hagae Com. 1743] S. 108 f.): „Extremam porro aleam hisce diebus iacere Monasteriumque, cunctarum haereseon sentinam, omni vi oppugnare principes nostri constituerunt."

[2]) Das Folgende nach einem undatierten Papiere im St.-A. M. M. L. A. 518/19 III. fol. 316. Die Fürsten, Grafen und die vom Adel hatten sich nämlich bereit erklärt, bei dem beabsichtigten Sturme mitzuwirken.

[3]) In dem Papiere ist hinzugefügt: „Es ist auch gleichmefsig vor nodich angesehen, das die velthern auch nit mit stormen sollen, sundern mit fursten, graffen und rittermefsigen uff den storm halten."

[4]) „an einem oder mher orthern." — [5]) „und den velthern."

Digitized by Google

exegerit, ad militarem irruptionem extimulandam ab equis descenderint, sub his quoque militantes turmae relictis subito equis oppugnantium animos suo robore et exemplo excitent et erigant. Praeterea equitatus post captam urbem intromissus a direptione sibi temperabit, sed magistros equitum suaque signa turmatim sequetur[1].

Haec legatio libera veniendi recedendique securitate impetrata datisque utrinque ad trium horarum spatium indutiis 25. Augusti in urbem est admissa[2]. Et quanquam ad oppi- 25. Aug.
danos omnes pertineret, eam tamen nisi coram solo rege et paucissimis aulicis obire non licuit. Fuit autem huius legationis haec summa: Principem insigne clementiae exemplum oppidanis exhibiturum ipsisque vitam donaturum et omnis superioris iniuriae et admissi flagitii memoriam depositurum, si impietatis et rebellionis pertaesi inermes urbe excedant eamque *sibi de- *p. 535.
dant. Si vero illud facturi non sint, sed in rebellione superiori perstiterint, se ferro et sanguine viam facturum.

Ad quae rex: Se hostis clementiam, quae mera sit tyrannis, sibi populoque suo non optare; sufficere sibi Patris coelestis

---

[1]) „... und die von reisigen (wo Got das gluck gebe, die stat erobert und sie in die stat kommen) sollen by dem fenlin bleiben, davon nit abweichen und sich plunderns enthalten und uff der velthern bevellich warten."

[2]) Das Folgende berichtet Kerss. allein. Ganz kurz sagt nur Joh. Fabricius Bolandus Bl. S 8 über die Gesandtschaft:

„En redit a rapta legatio principis urbe,
Quae regem sese dedere nolle canit."

Wenn D. Lilie S. 241 erzählt, dafs vom bischöflichen Lager aus „mitlertidt vele sprake geholden, darumme dat se nicht gerne dat unschuldige bloet vorstort hadden unde de stadt mit den scheiten vordorven," so wird das bestätigt durch die bischöfliche Instruktion zum Kölner Kreistage im October, in der der Bischof ausführen läfst (M. G.-Q. II, 285): „Wo wal ock sine f. g. in sulcher dapperer belegeronge den inhebberen velger. stat avermails schriftlich heft anbeiden laten, alle de ghenne uth der stat an zine f. g. up gnaden kommen und uthwiken worden, eres levens fristonge und velicheit to geven ..." Aehnlich äufsert sich der Bischof in einem Hülfsgesuch an den Kurfürsten von der Pfalz (Kopie im St.-A. M. M. L. A. 518/19 IV. fol. 103). Erhalten hat sich ein Schreiben der Feldherren vor Münster an die Inhaber der Stadt vom 31. Juli (abgedr. M. G.-Q. II, 264), in dem die Letzteren wiederholt der bischöflichen Gnade versichert werden, wenn sie die Sache der Wiedertäufer verlassen.

Digitized by Google

clementiam. Ad haec blasphemiam esse insignem existimare a se clementiam et vitae beneficium pendere, qui ipse clementiae et vitae inops sit. Postremo se nullius impietatis aut rebellionis sibi conscios esse, cum verbo Dei pareant illudque pro vivendi norma habeant. Ipsum episcopum potius esse impium et rebellem, qui destinata quadam rebellione et pertinacia ruptis foederibus pios ad praescriptum verbi Dei viventes sine publica belli denunciatione armis persequatur. Cum haec ita sint, se neque arma pro defensione evangelii sumpta deposituros neque urbem suam quasi malum Punicum dedituros, sed ad extremum halitum defensuros et sanguinem tandem suum, si necessitas exigat, pro gloria Dei fusuros.

Princeps ubi cognovit legationem illam ad colloquium populi non admissam et a rege scenico pro nihilo pene habitam, ut ergo, quod oppidani a legatis intelligere non potuerunt, alia ratione intelligant, literas passim e castris ex arcubus telis alli-
26. Aug. gatas et sigillo principis confirmatas 26. Augusti in urbem mittit, quibus urbem et impietatem anabaptisticam deserentibus admissi flagitii remissionem certissimam promittit, quarum haec fuit sententia[1]: Se aliquoties, ut innocentiae parceretur, detentoribus urbis violentis eam deserentibus et transgressiones agnoscentibus liberum exeundi commeatum, delicti gratiam et vitae beneficium suis literis benigne obtulisse neque fidem addictam ulli unquam violasse; se nunc quoque eandem gratiam omnibus clementer exhibiturum, qui ante horam quintam pomeridianam diei Iovis futurae[2] urbem gratiam optantes deseruerint; eo vero tempore lapso, si quid durius adversus oppidanos benignas admonitiones temere excutientes decreverit, se his scriptis coram Deo et omnibus mundi hominibus publice purgaturum.

Quod cum regi nunciaretur, edicit protinus, ne quis literas ab hostibus impiis in sanctam civitatem sparsas humo tollat et contrectet, quibus ab impolluta evangelii doctrina ad defectionem sollicitentur; transgressores ultimo supplicio afficiendos et e christianorum coetu tollendos esse denunciat. Hoc regis edictum

---

[1]) Nur durch Kerss. überliefert; ebenso auch der gleich folgende Befehl in Münster, dafs Niemand in der Stadt die hineingesandten Briefe lesen dürfe. — [2]) 27. August.

Digitized by Google

tantum *oppidanis terrorem incutit, ut de defectione nemo quic- *p. 536.
quam cogitare, nedum verba facere audeat. Rex etiam, ut regni sui robur cognoscat, omnium novi foederis nomina utriusque sexus libello cuidam monente propheta inscribi iussit, quem a bono viro mihi donatum non sine causa conservo[1].

Princeps se prima parte decreti superioris consilii nihil efficere posse videns, cum in eadem rebellionis pertinacia oppidani perseverarent, ad alteram igitur partem necessario confugiendum esse existimat. Comparatis itaque omnibus, quae ad oppugnationem necessaria visa sunt, 28. Augusti urbem a quatuor 28. Aug.
partibus tormentis quatere incipit[2], quorum horrenda tonitrua ultra decem et sex milliaria Westphalica[a] clarescunt et in pagis villisque vicinioribus vitreas fenestras aut e suis sedibus excutiunt aut plumbo assiduo tremore convulso frangunt. Pleraeque

[a]) *Ms.:* Westphalia.

[1]) Ein Verzeichnis der Unterthanen des Königs Johann ist bis jetzt noch nicht wieder aufgefunden. In einem anderen Zusammenhange ist ein solches Verzeichnis in dem Bekenntnisse des Joh. Klopriſs erwähnt. Bei Berührung der Erhebung Johann's zum König sagt er aus (s. J. Niesert: U.-S. I. S. 112): „Item de prophet" (Johann Dusentschuer) „sagt zu Johan van Leiden ..., das er sulle koningk sein, und Got geve ime die gantze werelt; und des sulle er die gantze gemeind ufschreiben. Und darauf habe sich auch die gemeind gehorsamlich ufschreiben lassen." — H. Gresbeck S. 166 f. macht 46 Münstersche Bürger namhaft, „die mit dem koningh tho hielden und mit den Fresen und mit den Hollanders ..." Er fügt hinzu: „Diese hedden des koninghs kleidungk und weren seine dieners und giengen mit dem koningh tho have." Weitere Hauptanhänger des Königs nennt H. Gresbeck nicht, da er deren Namen „nit behalten." — Reichhaltige Namens-Verzeichnisse der wiedergetauften Münsterschen Bürger sind im St.-A. M. erhalten.

[2]) Das Datum nach Joh. Fabricius Bolandus Bl. S 8:

„Hinc tres usque dies muri quatiuntur, in urbem
Moenibus ut fractis latius esset iter."

Dafs die Stadt vor diesem zweiten Sturme, ebenso wie vor dem ersten im Mai (vgl. oben S. 592), zunächst heftig beschossen wurde, berichtet auch H. Gresbeck S. 80: „Und hedden die stat tho storm laten schietten und hedden seess porten nidder geschotten und noch ein deil ander tornne und hedden umb die stat her laten graven storm schantzen." Kurz erwähnt ist die vorhergehende Beschiefsung auch in dem Flugblatte „Der gantze handel" Bl. A 2 und von D. Lilie S. 241.

Digitized by Google

portae civitatis dissolutis compagibus sternuntur, quaedam nutantes ruinamque minantes pendent, quae, ne in fossas praecipites ruant, funibus ab oppidanis attrahuntur. Turres in moenibus stantes sphaerulis ferreis impulsae excavantur et defensores inde deturbantur; et cum e turri aedis Marianae Geldris magna clades missilibus inferretur, multum laboris et impensae in ea deiicienda frustra consumitur. Habet enim firmissimam basim e patrio marmore et calce tenaciore consolidatam, quae quosvis tormentorum ictus facile respuit; arroditur tamen ab occasu eius apex, sed sine fructu[1]. Cacumina ac pinnae murorum ab occasu aestivali inter portam Iudefeldanam et Crucis usque ad vallum in urbe obiectum, sine magna tamen munitionis noxa, quassantur et abraduntur. Saepe etiam tegulae domorum in pomeriis errore tactae magno cum fragore corruunt. Ita saxa muris dissoluta et evulsa volant, ut in locis pomerio vicinis sine discrimine versari non licuerit. Tanta fumorum instar magnorum montium moles conglobata attollitur, ut partim e pulvere nitrato, partim aliarum rerum ruina sine intermissione excitata aërem opplet tantaque caligine solis lucem obscurat, ut coelum horrifica tonitrua maximosque imbres minari existimes[2]. Quicquid autem murorum deiicitur, quicquid munitionum interdiu labefactatur, mulieres quorundam virorum ductu excitatae noctu reparant, ne viri eo labore defatigati vires suas debilitent, sed integras futurae oppugnationi reservent[3]. Apparant tamen omne genus

[1]) Vgl. zur Ueberwasserkirche auch oben S. 53 f. Bei seiner Schilderung der Verwüstung der Kirchen erzählt H. Gresbeck S. 159, wie die Wiedertäufer zwar auch das Innere der Ueberwasserkirche zerstört, die Kirche selbst aber nicht abgebrochen hatten. Nur die Kappe vom Turme sei niedergeworfen worden, die Glocken seien im Turme verblieben. Sie hatten, setzt er dann hinzu, „up demselven torn twe halve slangen up stain und deden groite schuit in dat leger fur die stat. So hebben sie die torn uth dem leger tho schotten und hebben ouck die kercke doer dat dack geschoten. Sufs is die kercke stain gebleven."

[2]) Vorlage für Kerss. ist hier und im Folgenden die Schilderung bei Joh. Fabricius Bolandus Bl. S 8 u. T 1 ff.

[3]) Ganz ähnlich lautete schon Kerss.'s Schilderung bei Gelegenheit des ersten Sturmes auf Münster (s. oben S. 592). Joh. Fabricius Bolandus a. a. O. sagt:

„Ast ea quod damni faciunt sibi luce, per atras
Instaurat noctes regis ubique labor."

Digitized by Google

armorum, quae ad arcendum hostem conducunt, neque ullum telum, nisi hostem feriat, reiiciunt, sed in propugnaculis firmioribus quasi consopiti expectantes hostium impressionem *taciti *p. 537. et securi degunt. Quaedam feminae in aggeribus per certa intervalla cacabos et ahena capacissima disponunt calcem pro matutino ferculo hosti coquentes; aliae stupea serta ligneis circulis involuta furculis quibusdam ad hoc comparatis liquefactae resinae et pici immergunt; aliae saxa in hostem desuper rotanda congerunt[1]. Pueri quoque decem aut plurium annorum ad iaculandum edocti hirundineas caveas aliaque inter aggeres erymata occupantes adversus hostes disponuntur, quibus tamen viri cordatiores et in re militari exercitatiores admiscentur. Neque quisquam in urbe est, cui non sit suum officium. Rex ipse equo per pomeria urbis vectus omnia ad tutelam et defensionem necessaria disponit, cuique locum, quem aut vivus aut mortuus teneat, defendendum tribuit simulque diem oppugnationis, quem a transfugis quibusdam clanculum acceperat, quasi spiritu prophetico afflatus praedicit[2]. Partitur ita oppidanos, ut quidam

---

[1]) Vgl. Joh. Fabricius Bolandus Bl. T 3. Auch H. Gresbeck S. 80 berichtet: „So hedden sie in der stat tegen den storm tho gerustet von heittem water mit kalck gesoden und hedden teerkrenfse gemacket ..." Vergl. noch D. Lilie S. 242. S. auch oben S. 615 das von Kerss. übersetzte deutsche Gedicht gegen die Belagerer der Stadt.

[2]) Dafs den Inhabern der Stadt abermals der neu bevorstehende Sturm verraten war, erwähnt das Flugblatt „Der gantze handel" und ebenso D. Lilie S. 241. Joh. Fabricius Bolandus Bl. R 5v u. R 6 macht ebenso wie Kerss. in seinem Jugendgedichte S. 48 (bei D. Gerdes: Scrin. antiqu. Tom. 2² S. 585 f.) als Verräter bei dieser Gelegenheit den Hans von der Langenstraten namhaft. Doch findet sich dafür in den sonstigen Quellen kein Beleg. — „Der kunig hab vom sturme prophetiert," sagt Joh. Kloprifs aus (s. J. Niesert: U.-S. I. S. 128), und ausführlicher bekennt er (s. ebd. S. 119, vgl. auch S. 133): „Drey tage vur deme sturme gebe der prophet zu Munster bevelh, uf den wellen zu sein und zu wachen, und also zeuch er selbst umb und verkundigt solchs deme volck ..." „Und do man sturmete, reidt der kunig umb und reizte das volk an." Aehnlich heifst es nach dem Bekenntnisse des Joh. Boentrup in der „Newen zeitung" (Zeitschr. 17 S. 266): „Was der prophet prophetiert hatte gegen dem storm, were jnen alles also begegnet, als auff was zeit de sturme angehen solten; und hatte jnen drey tage gepoten vor dem storm, zu fasten und zu beten." Die Einzelheiten von dem Plane zum Sturme scheinen jedoch den Macht-

Digitized by Google

munitionibus defendendis sint occupati; alios per manipulos passim in pomeriis collocat, qui aut defatigatis aut repulsis a defensione murorum succedant aut hostes munitiones forte superantes excipiant. Aliam quandam multitudinem in foro armatam et ad quamcunque belli aleam paratam constituit. Se vero cum fortissimorum iuvenum globo passim in urbe vigilaturum, ne quid proditionis metuatur, promittit. Ita autem a rege ad futuram impressionem animantur, ut iam tempus adesse optarent, quo hostibus internecionem adferant, sibi vero victoriam pariant[1]. Cum autem munitiones urbis iam triduum continuum tormentis quassatae militesque a suis ducibus fortitudinis militarisque sacramenti eximiis orationibus intra castra admoniti
31. Aug. fuissent, ultima die Augusti, quo nundinae Grevonianae eo anno peragerentur, in ipso crepusculo matutino hora quinta[2] machina quaedam aenea a Lantgravio in praesidium obsidionis missa diaboli nomen circumferens, omnibus militibus a terrifico suo bombo cognita[3], ingentis ponderis globo feta horrendo boatu partum suum edit et ex composito, uti inter militiae duces convenerat, milites ad oppugnandam urbem hoc signo impellit. Continuo equitatus lituorum tubarumque clangore concitus turmatim cir-

---

habern nicht verraten worden zu sein, denn Joh. Kloprifs bekennt (a. a. O. S. 119) weiter: „Aber sie wisten nirgentz des anfals zu warten, dann an deme ort, da die stat geschossen war. Und so hetten sie auch die perde hoeren krysschen, und demnach gisten sie uf den sturme. So weren auch lude uf deme thorne, die konten alle das velt durchsehen.“ Auch Dionys. Vinne sagt aus (M. G.-Q. II, 276): „Se hebben nicht gewust, an welcherem orde men stormen wolde.“

[1]) Auch H. Gresbeck sagt S. 80: „So hat den wiederdoepers verlangt na dem storm und hebben in groten furchten gewest. So plagen sie tho ropen uth der stat: Wanner wil gy khomen? Wy hebben gebacken und gebrouwen dry oft vehr nacht lanck; der bry iss langk gar gewest, wolde gy anders khomen.“

[2]) Noch am 31. August schreibt der Bischof aus dem Feldlager vor Münster an Lubbert Torck (Konzept im St.-A. M.), „dat wy gemelte stadt Munster huet den maendach to viff urhen vormyddage geweldige und stormender hant angefallen.“ Das richtige Datum für den Sturm bietet auch die Bischofschronik (M. G.-Q. I, 332), das Flugblatt „Der gantze handel“ Bl. A 2, H. Gresbeck a. a. O. und D. Lilie S. 241. — [3]) Vgl. oben S. 529.

Digitized by Google

cum urbem in equis haeret; et cum tympana ad arma sonarent, ex omnibus castris primum signiferi dupliciariique milites simul omnes certatim a sex partibus urbem adoriuntur[1]. Currus cum viminibus, fasciculis, straminibus et ericis in usum *impressionis *p. 538. reservatos in priores fossas praecipitant; alii vimineis cratibus incumbentes eas tranant et crates roboreas sepimentumque aggeris rumpunt gladiisque findunt; alii reliquiis deiectarum portarum scalas uncatas affigunt scanduntque; alii valvas foresque subiecto pulvere tormentario cardinibus eiicere conantur nullique labori, quem utilem sibi fore existimarent, parcunt. Quidam etiam signiferi ipsis muris insidentes auxilium suorum implorant[2].

Oppidani vero fortiter pugnantium impetum non modo sustinent, verum etiam magnam eorum partem vel munitionibus impeditam vel vepribus aggeris irretitam missilibus interficiunt. Hi scalas *un*catas[a] illisque inhaerentes deiiciunt miseroque casu terrae eos enecant; illi muros apprehensantes praecisis manibus mutilant; hi trabes in valli cacumine suspensas funibus resectis solvunt, quarum praecipiti rotatu in aggere consistentes perimuntur et in fossas praecipitantur; illi clava dentata scandentium capita frustra galea tecta tanta vi feriunt, ut effuso cerebro magno cum boatu spiritum quoque emitterent; hi hasta ascen-

[a]) *Ms.:* fulcatas.

[1]) Ebenso sind nach H. Gresbeck a. a. O. „des morgentz die lansknecht angefallen fur seess porten an die stat Monster und hebben gestormet."

[2]) Vgl. dazu die ähnliche Schilderung bei Joh. Fabricius Bolandus Bl. T 2, der seinen Bericht mit den Worten schliefst:

„Nec mora; contendunt fera moenia fortibus omnes
Expugnare suis viribus, arte, manu."

„In tyth des storms," gesteht Herm. Regewart (J. Niesert a. a. O. S. 32), „sy de meeste fruchte an der Jodevelth und Crutze porten, avers an S. Servaes porten wer dat spyll schyr am ersten versehen gewest." Aehnlich äufsert sich Joh. Beckmann und fügt hinzu (M. G.-Q. II, 412): „Sint ock ein deel upn walle gewest, avers wederum uthgewecken." Auch die Bischofschronik erwähnt (s. M. G.-Q. I, 332), dafs der Sturm abgeschlagen wurde, „wowol ein deel der knechten in den wellen, ein deel up der muren; sint wedder to rugge geschlagen, und dat dorch vorrederie uth dem leger ..."

Digitized by Google

dentes detrudunt, illi bipenne dissecant; hi accurrentes saxis eminus arcent, illi in caveis hirundineis aliisque defensaculis latitantes per fossas tranantes aut in aggere haerentes de transverso traiiciunt. Miserrimum autem lethi genus a mulieribus illatum est, quarum aliae receptaculis ligneis ferventem calcem in hostem munitiones subeuntem effundunt, aliae piceas coronas adhibita face incendunt atque ita flagrantes furculis quibusdam ferreis in ascendentium colla iniiciunt[1], qui horrendis flammis ipsa arma penetrantibus miseris modis excruciati sursum deorsumque cursitant maiorique motu flammas exuscitant et frustra chyrotecis e crassioribus ferarum pellibus ad hoc comparatis ardentia serta eximere tentant. Ita enim flagranti resina et pice tenaci contrahuntur, ut manus inde retrahere nequeant. Tandem quidam eorum proni concidunt seseque in terra algenti prae intolerabili cruciatu ita volvunt, ut herbae circumquaque flammis emarcescerent; hinc magno cum clamore animam evomunt. Alii vero conceptas flammas restincturi in fossas proruunt et pondere armorum depressi subsidunt.

---

[1]) Vergl. oben. „Die wiederdoepers deden grote wer uth der stadt Monster," sagt H. Gresbeck S. 80 f., „mit schietten und mit steinen tho werpen und mit heitten water tho gieten und mit den fueren krenfsen tho werpen, dat de lansknecht moisten wieder afwiecken." S. auch Joh. Fabricius Bolandus Bl. T 3. — Die energische Verteidigung der Stadt ist von den Gegnern der Wiedertäufer mehrfach anerkannt worden. Der Bischof selbst schreibt an Papst Paul III. (s. J. Niesert a. a. O. S. 84 f.), „propter ipsius (proelii) ... incredibilem mutationem desperatorumque hominum diligentissimam defensionem" sei die Hoffnung auf Eroberung der Stadt für ihn gescheitert. „Aber die Widertauffer," äufsert sich das Flugblatt „Der gantze handel" Bl. A 2, „... haben mit aller geschicklichkeit drauff zugelegt, der feindt erwarten mit feur reyffen, allerhand geschütz und weer so grausam und dapffer begegnet, das die, so entlauffen mochten, fro waren und sich bedanckten." — Nach D. Lilie S. 242 unternahmen die Bischöflichen „den dach seven geweldige unde gruwelige storme na einander," nach H. Gresbeck „twe storme fur ein ieder port, und fur ein deil porten deden sie dry storme." — Letzterer führt als Grund für das Scheitern des Sturmes die Saumseligkeit im bischöflichen Lager an. „Mehr hedden die lansknecht anderhalf stunt ehe angefallen, so hedden sie die stat gewunnen gehat, wante sie wachten viel tho lange up den dagh, dat it tho licht was." Uneinigkeit unter den Landsknechten kam hinzu.

Digitized by Google

Inter portam Neopontanam et Crucis, quasi ea pars urbis defen*soribus nudata esset, hostem primam fossam vallumque superare sinunt[1]. Id cum posteriores animadverterent, priores in urbem evasisse existimant, magno proinde nisu subsequuntur; alius alium ad invadendum et verbis et nutibus extimulat. Retincti vero in insidiis tectisque propugnaculis latitantes et omnia ad mactandum parata habentes, ubi satis hostium vallum transisse putarent, tanto telorum turbine eos invadunt et ad satietatem sternunt, ut pauci se fuga eriperent. Non enim aliter ibi chyrobombardae, quam arengarum ova in ignem coniecta sonant et sine intermissione crepant. Ita repulsi novis saepe viribus impellente equitatu impressionem redintegrant eamque ad vesperam eius diei magna suorum strage frustra continuant. Tandem vivi diuturnitate oppugnationis defatigati, lassitudine propemodum exanimati vulneribusque confecti non solum muros et aggeres, verum etiam fossarum aquas et campos sanguine suorum commilitonum rubere et innumera cadavera passim prostrata videntes spem potiundae urbis abiiciunt. Duces etiam milites in angustum adductos esse sentientes desperatis quasi iam rebus suis receptui canunt integrosque pedites ad castra revocant. Multi semianimes inter cadavera fusi resumpto spiritu in quiete nocturna vel ad castra repunt vel eo deferuntur[2]. Dici vix queat, quantus in castris fuerit luctus virorum carissimos suos commilitones desiderantium, quantus fletus vulneratorum intolerabilem cruciatum sentientium, quantus ululatus feminarum maritos amissos querentium! Si retinctis non fuisset satis hostem a moenibus propulisse, sed in tanta perturbatione erupissent, castra aliquot sine dubio fudissent et internecione delevissent. Id cum miles metueret, vigilias nocturnas accurate disponit[3].

* p. 539.

---

[1]) Nur von Kerss. überliefert.

[2]) Nach Joh. Fabricius Bolandus Bl. T 5:

„Repit et huc noctu quae pars est saucia, multos
Mors adimit largo fusa cruore viros.
Semineces socii superante dolore gementes
In sua nocturno tempore tecta gerunt."

[3]) So auch Joh. Fabricius Bolandus a. a. O.:

„Cumque metus foret huc hostis ruitura per astus
Agmina, noctivagas sors facit excubias."

Digitized by Google

Post amplissimam istam victoriam oppidani, cum paucissimi, nempe decem et sex, cecidissent[1], non solum hymnos Deo gratias agentes canunt, verum etiam epulantur, festos laetosque dies agunt et insolentiores fiunt[2]. Princeps vero non tam impensarum, quam insignium virorum clade consternatus gemit et animo vehementer angitur, non tamen spem potiundae urbis prorsus abiicit, sed dioecesis ordines, militiae duces, signiferos,
*p. 540. centu*riones et primipilos de rebus futuris consultandi gratia ad
3. Sept. tertium diem Septembris convocat. Qui ut urbem vi non posse capi animadvertunt, ad moras consilium vertunt; sic enim rem minori impendio et clade militum posse peragi existimant, maxime cum a transfugis accepissent oppidanos de commeatus penuria incipere queri, hordeum siligini ad panem misceri, coemiteria aliasque in urbe areas, imo ipsos urbis vicos silicibus dimotis frumento, oleribus, radicibus, rapis et similibus ad usum hominum necessariis consitos esse, quae omnia certissima sint argumenta ipsos de annona desperare, et parum rerum necessariarum ipsis superesse[3]. Unanimi ergo consilio decernunt militum

---

[1]) „Item in deme sturme blieben in Munster irgend 15 oder 16 personen.“ So bekennt Joh. Klopriſs a. a. O. S. 133. Abgesehen von dem ganz allgemein gehaltenen Berichte des Joh. Fabricius Bolandus sind Nachrichten über den Verlust der Münsterer nicht erhalten. Klopriſs hat wohl die Zahl der in der Stadt Gefallenen zu niedrig angegeben. Sehr groſs war die Anzahl der Gefallenen auf der bischöflichen Seite. „Nicht ane merkligen schaden unser krygeslude“ habe man den Sturm aufgeben müssen, schreibt der Bischof am 31. Aug. an Lubbert Torck (Konzept im St.-A. M.). Die Bischofschronik meldet (M. G.-Q. I, 332), daſs der Sturm „mit vorlesingh veles guden volckes iſs affgeschlagen.“ Vgl. auch D. Lilie S. 242. Die Flugschrift „Der gantze handel“ berichtet Bl. A 2: „Da ist ein groſse menig volcks, edel und unedel, umbpracht und vil gewundt. Es sein auch 42 namhaffter Haubtmänner, welche in vil kriegen geubet und eer eingelegt, bliben. Dergleichen etlich Kriegssvolck der stat zugefallen und eingelauffen.“

[2]) Aehnlich Joh. Fabricius Bolandus Bl. T 8. „Nach verlorenem storm hebben se Got gelovet,“ heiſst es im Bekenntnisse des Dionys. Vinne (M. G.-Q. II, 276). Vgl. auch die Ausführungen bei H. Gresbeck S. 81 und D. Lilie S. 242.

[3]) Verhörsprotokolle aus der Zeit vom Juli bis September scheinen nicht erhalten zu sein. Die Aussagen der im October aus Münster entsandten Apostel verbreiten sich mehrfach über den Stand der Verprovian-

Digitized by Google

numerum esse minuendum et circum urbem per certa intervalla septem propugnacula seu castella esse erigenda eademque munitionibus et sufficienti praesidio aliisque rebus ad bellum pertinentibus firmanda; interstitia quoque inter singula propugnacula vallo fossaque continuo ductu esse obstruenda, ut tam accessus ad urbem quam egressus omnibus praecludatur[1]. Huic rei con-

---

[2]) Aus dem Bekenntnisse des Dieners: „Item men hefft alle korn uth den husern gesamblet und up einen hop gebracht und Berndt Menneken dar vuer vor einen oversten gesatt, und moth nymantz backen oder bruwen, he hale dan dat mell van den verordenten; und datsulvige is gemenget mit gersten melle." Aehnlich sagt W. Scheiffart (M. G.-Q. II, 293) aus. Er nennt aber B. Menneken nicht, sondern spricht von vier Diakonen, denen das Zusammenbringen und Verteilen des Korns übertragen war. Zugleich berichtet er, „das vier diaconi verordent, die ein ider huifs besichtigen, wie sie mit profiand versorget, und wa se vil gefunden haben, darvon genomen und den andern verteilt." Zillis Leitgen gesteht (J. Niesert a. a. O. S. 143), „sie boucken roggen und gerst zusamen."

[3]) Aus den Bekenntnissen W. Scheiffart's. Zur Sache vgl. oben S. 627 f.

Digitized by Google

sit, sese coram tota multitudine purgasse; se id in gratiam omnium confratrum suorum fecisse[1], ne liberationis medium a Patre sibi revelatum excutiat, non uti desertor fiat suosque in necessitate destituat; se enim tam adversa quam prospera communi
*p. 566. *sorte cum populo Dei laturum.

Ludgerus tho Ringe, pictor sui temporis praestantissimus, qui filium nomine Hermannum tho Ringe se excellentiorem pingendi artificem, symmetriae architecturaeque peritissimum et virum magni ingenii anno 1573 adhuc superstitem habuit, ne seditioso se schismate pollueret, urbe excessit, sed ministrum suum isto malo infectum neque admonitiones salutares admittentem intra moenia suae temeritati reliquit. Qui postea schis-
23. Dez. matis pertaesus elapsus captus est ac 23. Decembris tormentis adactus fatetur[2]:

Primum oppidanos equinis carnibus vesci ac boum vaccarumque carnes pro rege, lac vero pro infantibus et praegnantibus conservari[3]. Item ante dies paucos tres aromatibus onustos, quibus equorum carnes condiant, in urbem castris non sentientibus reversos[4]. Item omnia apud oppidanos ad eruptionem

---

[1]) So weit aus den Bekenntnissen W. Scheiffart's. Der Diener des Ludger to Ring sagt aus: „Ock ist dat gerume bynnen Munster, wanner dat gemeyne volck uthfalle, so wil der konig und Knipperdollinck sampt iren anhang als koplude up der anderen syden ock uthfallen und alle golt und sylver mit sick nemen."

[2]) Die Geständnisse des Dieners des Ludger to Ring haben sich im St.-A. M. erhalten und sind noch nicht veröffentlicht. Sie datieren vom 23. Dez. 1534. Die obere Ecke des ersten Blattes des Aktenstückes ist abgerissen, so dafs wir nur den Vornamen Hermann, nicht den Familiennamen des Dieners erfahren. — Ueber die Malerfamilie to Ring vgl. J. B. Nordhoff in Th. Prüfer's „Archiv für kirchliche Baukunst" Bd. 9 u. 10 (Berlin 1885 u. 1886).

[3]) „Item se mothen perde fleisch etten und hebben nicht mer dan 3 stige perde und hebben noch etzliche koie. De melck brucket men tho kleinen kindern und swangern frouwen, und das fleisch werdt alleine von dem konynck gespiset." H. Graes giebt die Zahl der Pferde auf 44, der Kühe auf 300, Zillis Leitgen auf 96 resp. 220 an (s. J. Niesert a. a. O. S. 143 u. 147, die Verbesserungen dazu M. G.-Q. II, 415 f.).

[4]) Nachdem der Diener berichtet hat, dafs Peter Symonson aus Friesland wieder nach Münster zurückgekehrt sei, fährt er fort: „Und gegen den avent syn ehme gefolget twe mans und eine fraw, de hebben gehatt

Digitized by Google

esse instructa, sed regia saltem mandata ipsos opperiri [1]. Item Rothmannum in publico conventu et concione dixisse omnes reges, electores, principes, comites, magistratus ac nobiles totius orbis ipsorumque uxores, filios et filias regi reginaeque novae Syonis subditos et pedissequas fore [2]. Item Grasium solum apostolorum reliquis interemptis reversum regi fuisse carissimum et magnae auctoritatis prophetam [3]. Item regem aliquot vasa contusis carbonibus referta pro pulvere tormentario plebi de eius penuria querenti ostentare [4]. Item oppidanos suggerente rege sibi persuadere episcopum anabaptismum scriptis suis approbasse ipsumque consortem imperii posse ferre et regi profanam administrationem libenter permissurum, si sibi ecclesiastica non adimatur [5]. Et alia inepta risuque digna fatetur, quae perlongum

---

einen kramkorff vol pepper, spise, krut, sucker und allerley kruth gehatt, damit men de perde kecken solde, und was wol 4 eder 5 hundert gulden wert gewesen."

[1]) „Item se hebben einen geweldigen und einen verloren hupen verordent und alle gewere togerustet und gewarten des konynges gebot, dat se uthtrecken sollen."

[2]) Diese Aeufserung Rothmann's findet sich nicht in dem Bekenntnisse des Dieners, wohl aber in dem des W. Scheiffart, doch behält dort Rothmann die Dienste der Könige u. s. w. nicht nur dem Könige Johann und der Königin vor, sondern neben diesen auch sich selbst und „siner hufsfrauwen" (s. J. Niesert a. a. O. S. 153 und M. G.-Q. II, 295 f.).

[3]) Ueber H. Graes berichtet der Diener noch weiter, er hätte „prophetert, wie dat in des capittels camern solde ein groth schat begraven syn. Derhalven se dan eine grote kulen gemaket und den schatz gesocht, averst nichts gefunden. Und Knipperdollinck hefft den greveren de luchten gehalden. Ock hefft he gesagt, wu dat Got ehme in syner gefengnifs hebbe openbart, he solde an synen hals tasten, so solde dat isern dar van springen, und solde sick alsdan mit einer spetzen uth dem thorn lathen; denn he also gedan. Ock sy des Vaders wille, he solle noch kortz wedderumb vor den bisschop komen. Wanner ock der konig utthtehen werdt, sollen ehme alle buren underdenig syn."

[4]) So der Diener. Zillis Leitgen bekennt a. a. O. S. 143: „Sie haven loede genoich, aver nit vill pulvers, dan sie machen noch pulver, aver mit gebranten wyne, dewyle sy nit vill zwefels haven." H. Graes a. a. O. S. 149 sagt aus: „Dair sint noch bynnen Munster umbtrint 7 tunnen krudes, de ick gesehen hebbe."

[5]) So die Aussage des Dieners. Seine sonstigen Angaben bieten nichts wesentlich Neues, es sei denn, dafs er berichtet, wie ein Einkömm-

Digitized by Google

esset chartis committere. Solus autem horum Scheiffort et amicorum et generosi sanguinis ope liberatur[1].

Circa festum Nativitatis magnus Daventriae motus ab anabaptistis excitatur, qui varia armorum genera paulatim ita, ut nemo animadverteret, in aliquot aedes civium congesserant, quibus ad caedem bonorum et occupandam urbem uterentur, inde Monasterium ab obsidione liberarent. Sed cum res proderetur, Ioannes a Wintzum, consulis filius, cum aliis tribus civibus capti et in Brinco (sic enim forum vocant) praecisis capitibus
*p. 567. extra muros se*pulti suo exemplo motum represserunt[2].

Rex interea iuventutem urbis variis agilitatis et militiae studiis exercet nunc iaculando, nunc pugnando, nunc currendo, nunc saltando. Interdum eam in dissidentes et quasi hostiles exercitus partitur, qui composita utrinque acie per iocum concurrunt. Interdum longum agmen in gyrum contorquet; hinc idem illud explicat et in phalangem dispositis utrinque cornibus deducit, inde rursus in cuneum contrahit diversasque aciei formas effingit[3]. Interdum currus falcatos regiis insignibus exor-

---

ling in Münster verbreitet, der Bischof habe für den 20. Dezember einen Sturm auf die Stadt geplant.

[1]) Er starb am 12. Juni 1553. Siehe J. Habets: De Wederdoopers te Maastricht (Roermond 1877) S. 230.

[2]) Zur Sache vgl. C. A. Cornelius in den „Abhandlungen d. hist. Kl. d. Kgl. Bayerischen Akad. d. Wissensch." Bd. 11 Abtlg. 2 (München 1869) S. 66. — H. Graes hatte die Münsterer auf Hülfe auch von Deventer her verwiesen (s. oben S. 728). Da, wo H. Gresbeck berichtet, dafs der König dem H. Graes ein weifses Fähnlein mitgab, fügt er hinzu (S. 116): „Datselve solde Henricus laten flegen binnen Deventer up dat marckede of up dem brienck, dair solden sick die wiederdoepers under geven." „Jacob van Wynssem, burgermeister bynnen Deventer," heifst es in den Aussagen des H. Graes (J. Niesert a. a. O. S. 149), „is gedoipt und hefft eine suster bynnen Munster."

[3]) Vgl. dazu den Bericht H. Gresbeck's S. 122: „So liet der koningh alle wecken alle die mans einmail up den doemhof khomen mit irem gewer und geweldigen hoep und mit irem verloren hoep und giengen dair in die schlach orden und deden so eine schlacht tegen einander, recht wie sie an die feiande weren, dat sie wolden leren, wie dat sie sick solden hebben, ofte sie schier ofte morgen solden ein schlacht doin mit den feianden. So heft sick al dat volck gerustet, al dat werhaftigh was, und hedden sick uth gerustet glick wie ein hoep lansknecht ..." Vgl. auch S. 126 u. 133f.

Digitized by Google

natos, ut erant edocti, provehunt, quos ipse rex cum expedita iuvenum multitudine per iocum saepe singulari certaminis genere oppugnat atque ita suos exercet, ut adversus hostes, si quando eruptionem his curribus, sicut decreverat, facturus sit, instructiorem contra omnem pugnae aleam exercitum habeat[1]. Sed cum equos paulatim cogente necessitate in cibum verterent, propter eorum penuriam horum curruum usus esse desiit[2]. Quare in partes distracti in summi templi angulos collocantur, ubi post captam urbem inveniuntur.

Comitia Confluentina obsidionis causa habita.

Cum iam tempus comitiorum habendorum instaret ac legati quatuor electorum Moguntini, Coloniensis, Trevirensis ac Palatini, nec non ordines et consiliarii trium provinciarum, scilicet Rhenanae, Inferioris et Westphalicae, ad petitionem episcopi Monasteriensis ad diem Luciae[a], quae fuit 13. Decembris, Con- 13. Dez.
fluentiam convenissent[3], episcopus autem, cum difficillime obsi-

[a]) *Ms.:* Lunae.

[1]) Von der Wagenburg sagt Bernh. Krechting am 25. Juli 1535 aus (J. Niesert a. a. O. S. 193): „Item up des konigs propheteren, das se solden up Paschen erloset werden, hebben se ehre wagenborch gemacht in meynung ehren brodern under ogen to thehen." In der Fassung des Bekenntnisses M. G.-Q. II, 380 heifst es, „uit angeven des vursz. Graefsen hebben se dat wagenborgh verordent to macken ..." Eine genauere Beschreibung der Wagenburg liefert uns H. Gresbeck S. 123: „So hebben sie die wagenborgh tho gerustet und hebben dair geschuit in laten macken von halven schlangen und von falckenetten und halve falckenetten und schrappentmers und hebben ouck laten gieten eine heile veltslange und hedden ouck up karen geschuit gemacket, recht wie orgelpipen, die bei einander stonden, von heilen hacken ... So hebben sie die wagenborch nicht groter gemacket, dan von vieftehn ofte sefstehn wagen, wante sie en hedden des holtes nicht, dat sie eine groetter macken konden ..."

[2]) „De wagenborch, so se angericht," sagt Sybbeken Frese am 19. April 1535 aus (St.-A. M.), „hebben se affgestalt umb gebrecke der perde."

[3]) Vgl. oben S. 684 f. Kerss. hat keine Kenntnis von den Verhandlungen, die dem Tage zu Coblenz vorhergingen. Bereitwillig war der Herzog von Cleve auf das Hülfsgesuch des Bischofs Franz vom 6. September eingegangen und hatte am 11. Sept. erklärt, er halte es für gut, dafs nicht nur der niederrheinisch-westfälische, sondern auch der oberrheinische und

Digitized by Google

dioni ipse abesse non possit, Ioannem a Dockheim cognomento Freiss, Iodocum Rulandum archigrammateum, doctorem, Hermannum a Mengersen, satrapam Sualenburgicum, Temmonem ab Hoerde, aulae episcopalis hipparchum, ac Eberardum ab Elen a secretis eo suo nomine ablegat. A capitulo vero primario, equestri ordine et dioecesi Monasteriensi Rotgerus Smisinck, scholaster aedis maioris, homo apprime doctus, Gerardus Morrien, dioecesis hipparchus, ac Wilbrandus Plonies, consul Monasteriensis urbis, mittuntur. Qui cum eo venissent et ad coetum principum legatorumque admissi fuissent, ibi nomine sui principis per oratorem gratiis actis referunt[1]: Quod horrendum ana-

---

sächsische Kreis zur Unterstützung herangezogen würden. Doch kam es zunächst nur zu einer Versammlung einiger Stände des niederrheinisch-westfälischen Kreises zu Köln, die in ihrem Abschiede am 26. October die definitiveEntscheidung auf einen erweiterten Kreistag im Dezember zu Coblenz verschoben. Inzwischen hatte sich der Bischof erst durch Vermittlung des Erzbischofs von Köln, dann selbständig um Hülfe an die Kurfürsten von Mainz und Trier und von der Pfalz, weiter an Burgund und Lüttich, am 16. October auch an die kaiserlichen Gesandten in Fulda gewandt. Durch den Einfluſs Cleves hatte zwischen dem Bischofe und dem Kurfürsten von Sachsen eine Annäherung zu Anfang November in Essen Statt gefunden. Auf einer Versammlung zu Oberwesel war es dem Landgrafen von Hessen nicht gelungen, die Kurfürsten von Mainz, Trier und der Pfalz zu einer ausreichenden Hülfe für Münster zu bewegen und damit die gröſsere Tagung der Kreisstände in Coblenz zu verhindern. Die Kurfürsten beschlossen, die Entscheidung in Coblenz abzuwarten (Abschied vom 16. Nov.); erst danach hat sich der Landgraf entschieden, auch seinerseits den Tag zu Coblenz zu beschicken. Die Beteiligung des niedersächsischen Kreises war durch die ablehnende Stellungnahme des Herzogs Georg von Sachsen verhindert worden. Nur Kursachsen, das keinem der Kreise angehörte, nahm freiwillig an den Beratungen Teil. Zur Sache vgl. L. Keller: G. d. W. S. 262 ff. und in der „Histor. Zeitschr." Bd. 47 (1882) S. 432 f.

[1]) Im Folgenden giebt Kerss. eine Uebersetzung des „Abschiedt der vier Churfursten am Rhein, auch der Reynischen, Niderlendischen und Westfelischen kreyſs Stenndt, Botschafften und Rhet, so ... auff dem tag Lucie Anno etc. xxxiiii zu Coblentz erschienen sein" vom 26. Dez. (s. P. Bahlmann: Bibl. 1534 Nr. 8). Auf dem Tage waren 34 Reichsstände vertreten. Die Namen der Gesandten sind auch dem Drucke des Abschiedes beigefügt. Nach einem Schreiben der Münsterschen Räte zu Coblenz vom 17. Dez. an den Hofmeister Friedrich von Twist (Orig. in der Bibl. des Altertumsvereins zu Münster Mscr. 101) kamen dieselben erst am 15. Dez. zum

Digitized by Google

baptistarum schisma superiori Quadragesima in civitatem Monasteriensem aliaque circumfusa op*pida et territoria irrepserit, et *p. 568.
nisi divina ope repressum fuisset, sine dubio illud in cladem multorum et avitae religionis internecionem latius serpturum fuisse. Monasterienses vero tam in contemptum privatae admonitionis a caesarea maiestate factae quam in ludibrium publici illius edicti adversus imperii signata conventa, adversus publicam pacem, adversus iusiurandum, adversus pacta et sollicitationes suas collegia ac templa profanasse, antiquas et laudabiles ceremonias ac cultum divinum profligasse, inusitatos mores substituisse, libros, literas tam signatas quam non signatas, instrumenta et scripta publica magno totius reipublicae malo partim discerpsisse, partim flammis exussisse, omnem magistratum tam ecclesiasticum quam profanum contempsisse totumque politicum ordinem evertisse ac in nihilum redegisse, multorum civium bona ipsis pulsis diripuisse eademque communia inter se fecisse[1], ignotum quendam sarcinatorem regem, qui se Syonis et novae Hierosolimae regem appellarit, creasse, sicut concionatores a se urbe emissi, quorum quidam flammis, quidam aquis, quidam gladio transgressionis poenas dederint[2], confessi sint, qui et hoc adiecerunt: se a rege popularis seditionis passim concitandae gratia ablegatos, ut innumerabilem et armatam eiusdem farinae hominum multitudinem non solum in dioecesis Monasteriensis, sed etiam totius Germaniae exitium et eversionem cogant, quae, si per vires liceat, totum christianum orbem persuasura eumque omnibus principibus et magistratibus a fide sua abhorrentibus gladio incendioque extinctis sibi subiectura sit. Hanc impietatem, hanc rapinam, hoc flebile et per vim extortum bonorum civium exilium, hanc denique plus quam cyclopicam immanitatem et barbaricam tyrannidem principem suum aegerrime tulisse et, ne rem pessimi exempli in sua dioecesi aequo animo tolerasse existimetur neque Germania ac tandem totus christianus

Vortrage, da sie „des maendages ander yngefallenen underhandelong by den stenden ungehort bleven."

[1]) Die Vertreibung der Bürger und Verteilung ihrer Besitztümer ist im Abschiede nicht erwähnt. — [2]) Im Abschiede: „... die zum theil gefangen und mit dem schwert gericht worden."

Digitized by Google

orbis negligentiae suae causa in vitae, animarum et bonorum irreparabilem cladem praecipitetur, ipsum exercitus tam equestres quam pedestres comparasse et quorundam vicinorum principum praesidia, ut in Spirensibus et Augustanis comitiis convenerat, ad reprimendam istam impietatem et audaciam imploraſse, qui magnitudinem etiam periculorum expendentes ingentem pecuniarum summam ipsi in sumptum belli mutuaverint, milites,
*p. 569. tormenta pulveremque bombardicum in auxilium trans*miserint certissima quidem spe rebellionem Monasteriensium retundendi et per gratiam divinam eos ad pristinam obedientiam revocandi [1]; sed nihil hucusque cum fructu actum esse. Proinde ipsum contracto bello in compendium septem castra fossis aggeribusque munita, quibus singulis quingentorum militum praesidium [2] adiectis quibusdam equitum turmis impositum sit, ut oppidanis commeatus intercluderetur, circum urbem erexisse et partim dioecesis sumptibus, partim mutua pecunia in nonum iam mensem sustentasse et ultra septies centena florenorum millia huic rei impendisse, nec ipsum iam diutius has impensas sine aliorum auxilio perferre posse neque maiori mutuo superiori nondum soluto principes degravare audere [3]. Quare status, legatos et consiliarios superiorum principum et provinciarum trium, quotquot his comitiis intersint, suum principem rogare atque obsecrare, ut horrendam hanc causam simul et periculosam diligenter secum expendant neque novum regnum Turcicum in medio christiani orbis coalescere sinant [4], sed subito eximioque praesidio sibi succurrant atque subveniant [5]. Si enim illud futurum non sit, se diuturno bello exhaustum et fractum rebus istis diutius superesse non posse. Si quid inde mali aut incommodi Romano imperio contingat, principem suum purgatum esse velle.

---

[1]) Gemeint sind die Hülfsverträge des Bischofs mit dem Erzbischofe von Köln und dem Herzoge von Cleve zu Köln am 7. Mai und 20. Juni. Vgl. oben S. 592 Anm. u. 600 ff.

[2]) Im Abschiede: „sieben fenlin kriegsknechte."

[3]) Im Abschiede: „... so wer den chur- und fursten, die s. f. g. bifs anher hilff geleyst, hoch beschwerlich, etwas weither daruf zu wenden."

[4]) Neque — sinant ist Zusatz Kerss.'s. — [5]) Im Abschiede: „... und s. f. g. itzo mit einer ylenden und zu künfftigen wettertagen mit einer statlichen und beharlichen hilff zu trost und stewer kommen."

Digitized by Google

Cum Monasterienses finem dicendi fecissent, illis digressis res in consultationem est delata. Et cum non solum confirmato Monasteriensi ac dioecesi, verum etiam imperatoriae ac regiae maiestatibus, imperio ac Germanicae nationi ac tandem toti christiano orbi clades, exitium atque eversio ex hac sceleris impunitate, si non reprimatur, sit metuenda, Monasteriensem ergo tanquam imperii membrum et reliquos dioecesis ordines nullo modo deserendos et non minus contra hanc sectam, quam Turcam, bellum ab imperio suscipiendum esse censent[1]. Quanquam autem Ioannes Fredericus dux Saxoniae, elector, ad has tres provincias huc accitas non pertineat, a reliquis tamen electoribus et episcopo Monasteriensi[2] rogatus, cum causam comitiorum intellexisset, suos quoque legatos cum auctoritate eo mittit et se in hac pia causa, quae omnium merito christianorum praesidium posceret, contributionem sua sponte facturum pollicetur, ut schisma hoc plenum periculis maturius supprimatur; quare *et huius legati ad consilia a statibus admittuntur. Post con- *p. 570.
sultationem diuturnam concordibus tandem suffragiis ad sustentationem erectorum castellorum et ad continuandam obsidionem subsequentia praesidia et articulos decernunt:

Primum septem castra ad obsidendam urbem, et ad praesidium eorum tria millia exercitatissimorum militum sufficere[3]. Si vero imperator praecipuus iam designatus reliquique quatuor illi a consiliis militaris delectus praefecti post accuratam rerum inspectionem utile et necessarium esse iudicaverint pluribus castris urbem cingendam, confirmati Monasteriensis curiae et dioecesis impensis illud incumbet, ita tamen, ut tria tantum millia peditum in castella, quotquot etiam fuerint, distribuantur. Stipendiorum quoque exacta ratio habebitur, ut, si quibus plura, quam rerum, officiorum et personarum dignitas postulaverit,

---

[1]) Im Abschiede: „... keins wegs zu verlassen, sonder das inen die hilff pillich mitgeteilt werde; haben demnach zu underhaltung der plochheuser sich itzo einer ylender hilff und anders halber nachfolgender artickell entschlossen."

[2]) „... auf meiner gnedigsten hern der chur- und fursten Cöln, Gülch und des confirmirten von Monster."

[3]) Auch sollen die Blockhäuser „mit geschütz und desselben zugehörde wol versehen und bestelt werden."

Digitized by Google

stipendia assignata fuerint, cum illis familiariter de diminutione stipendiorum agendum, ne modus excedatur, ut, quod istis detractum fuerit, aliis usibus necessariis applicetur. Ad haec si fossae et aggeres superimpositis cratibus roboreis in summitate dentatis a castris ad castra continuo ductu nondum protracti fuerint neque castra tormentis, globis, pulvere nitrato aliisque rebus ad bellum pertinentibus nondum sint communita, ut id propediem a confirmato reliquisque Monasteriensis dioecesis statibus, sicut in Essendianis comitiis[1] convenerit, diligenter curetur atque efficiatur.

Praeterea, cum necesse sit omnes vias circum urbem ita obsessas tenere, ne oppidani insperatis eruptionibus adversus milites insolescant neve quis ex urbe elabatur effugiatque neve eam ingrediatur, ad quam rem efficiendam cum non equites exterranei, sed dioecesani partim propter viarum locorumque notitiam, partim pro in patriam periclitantem amore adducti promptiores accommodatioresque videantur, et in comitiis Essendianis confirmatus et nobilitas Monasteriensis se trecentos equites suis sumptibus et impensis in eam rem sustentaturos receperint, — cum legatis itaque Monasteriensium actum esse, ut pollicitis satisfiat et totidem equites ad oppidanorum eruptionem aut fugam in castris ad expeditionem instructi semper maneant dili-
*p. 571. gentiusque, quam hactenus, in officio suo vigilent[2] *negligentiamque maiori studio sarciant imperatorisque monitis pareant; et nisi id fiat, metuendum esse, ne principes et status provinciarum decretum auxilium iusta de causa denegent.

---

[1]) Vgl. oben S. 683 Anm. 3. — [2]) Die Ueberwachung der Stadt durch die Bischöflichen hatte in der That bisher viel zu wünschen übrig gelassen. Das beweisen die erfolgreichen Streifzüge der Münsterer zum Zwecke der Zuführung neuen Proviants, von denen die oben angeführten Bekenntnisse reden, und die Aussendungen um Hülfe nach Holland u. s. w. Joh. Kettel van Tiel sagt ausdrücklich (M. G.-Q. II, 292): „se konnen dach und nacht uth der stat und wedder in kommen.“ W. Scheiffart gesteht (M. G.-Q. II, 294), man habe den Glaubensgenossen in Holland, Brabant u. s. w. ansagen lassen, „dat se sick dair binnen foegen, want se kunnen tusschen die blockhuser aen faer herdurch komen.“ Am 13. Dez. erläfst der Bischof strengen Befehl an die Amtleute, sie sollten für bessere Einrichtung des Wachtdienstes sorgen (Konzept im St.-A. M.).

Digitized by Google

Tertio in primis curandum esse, ut periti longoque bellorum usu exercitati et seduli duces militibus praeficiantur. Et cum Wilkinus Stedingus hactenus omnium castrorum supremus rector fuerit, multis de causis imperatori militiae iam designato et quatuor illi a consiliis committitur, ut quam diligentissime de illius industria inquiratur et illi, quo dignus officio, destinetur. Totius autem militiae tam equestris quam pedestris Wirichus comes a Valckenstein ac dominus in Uberstein moderator seu imperator designatur[1], ut coeptam obsidionem sex mensibus, quibus auxilium decretum est, praesens in castris semper continuet, nocturnae diurnaeque vigiliae et stationes tam equitum quam peditum quam accuratissime agantur, ne quicquam, quod ad publicum et privatum imperatoris officium pertinet, omittatur. Huic quatuor consiliarii rei bellicae peritissimi a Trevirensi, Coloniensi, Iuliaco et Hasso designandi adiunguntur, quorum semper bini[2] alternis mensibus consilii capiendi causa de rebus praeter opinionem forte incidentibus in castris apud moderatorem militiae manebunt, quorum etiam consilio pactorum militarium articuli pro ratione circumstantiarum commutabuntur, delectus militum habebitur, castra necessariis munitionibus, fossis, aggeribus, cratibus roboreis, tormentis et similibus firmabuntur[3]. Ad haec grammateus exercitatus designabitur[4], qui continuus in castris degat nec ab imperatore recedat.

Quarto ad sustentationem exercitus castrensis, supremi moderatoris et quatuor consiliariorum, quaestoris aerarii, grammatei militaris, exploratorum, nunciorum aliorumque impendiorum quin-

---

[1]) Oberster Feldhauptmann vor Münster war bisher nach den Bestimmungen des zweiten Tages zu Neufs am 20. Juni der Bischof Franz (s. oben S. 604 Anm. 2).

[2]) „... als nemblich der Tryrisch und Gülgisch und darnach der Cölnisch und Hessisch ...“ Die Räte sollen zuerst am 6. Januar 1535 in Warendorf sein.

[3]) Im Abschiede heifst es weiter: „... sich daby gelegenheit, wesens und haltens des kriegsvolcks eygentlich erkundigen und was mangels und ungeschicklicheit erfunden wurde, dasselbig sampt dem obersten zum besten keren und anschicken ..., was aber ires erhebens nit were, dasselbig jeder zeit an die obgemelten chur- und fürsten zu bringen, der gepur dar under zu verfügen.“ — [4]) Und zwar von Seiten des Obersten.

Digitized by Google

decim millia florenorum Rhenensium in singulos menses a praedictis principibus et provinciarum ordinibus contribuenda decernuntur[1], unde moderator totius rei militaris, quem imperatorem appellavimus, quingentos, consiliarii singuli et delectus praefecti ducentos, quaestores aerarii quinquaginta, grammateus quinque et viginti florenos singulis mensibus capient; reliquis vero pentacosiarchis, signiferis, centurionibus, tribunis inferiorumque *officiorum praefectis et gregariis militibus Embdensis monetae floreni assignantur. Hoc autem praesidium ad sex tantum menses decernitur. Sed si intra illud tempus urbs non capiatur, aliis comitiis opus esse. Trium priorum mensium decretum praesidium ad festum Purificationis Mariae[2], inde duorum ad festum Paschae[3], ultimi autem mensis ad festum Pentecostes[4] exolvetur. Trium electorum, scilicet Moguntini, Trevirensis, Palatini, illorumque provinciales simul et Rhenanae provinciae status suam decreti praesidii partem apud senatum Confluentium, sed Coloniensis, Saxo simul et Inferioris ac Westphalicae provinciae ordines contributionem suam apud senatum Coloniensem deponent, unde militiae consiliarii, quoties opus est, in usum stipendiorum redditis apochis postulabunt. Si vero interea urbs vel expugnetur vel dedatur, ratione facta et deductis impensis superflua pecunia pro rata portione singulis statibus restituetur. Quatuor militiae consiliarii Ioannem Udenheim in quaestorem aerarii adsciscunt, qui legatis principum ac provinciarum omnium receptorum expositorumque rationem exactam reddet; dabitque operam, ne miles negati sibi stipendii causa in castris tumultuetur. Totius militiae moderator, consiliarii, duces, pentacosiarchae et omnes, quotquot officiis condecorantur, principibus et statibus supradictis sacramento militari erunt obstricti, miles quoque nunc in castris et obsidione degens hactenus confirmato Monasteriensi iureiurando obligatus eo remisso universae militiae gubernatori nomine superiorum statuum iuratus erit[5].

*p. 572.

[1]) „... und sol solcher Rynisch gulden zu fünfftzehen batzen, sechss und tzwentzig weyſspfennig und tzwen pfennig, oder ein und tzwentzig groschen oder dergleichen werdt verstanden und gerechent werden."

[2]) 2. Febr. 1535. — [3]) 28. März. — [4]) 16. Mai.

[5]) Diese Bestimmung führte später zu Differenzen zwischen dem Bischof und dem Oberbefehlshaber. S. weiter unten. — Im St.-A. M. haben

Digitized by Google

Quinto decretum est milites nunc in castris retinendos esse, sed alios ipsis adiungendos, non tamen ultra trium millium numerum, nisi aliqui eorum vel inobedientiae vel contumaciae vel sceleris et impietatis vel ruditatis armorum nomine in delectu militiae excludantur, in quorum locum meliores et exercitatiores substituantur.

Sexto matura deliberatione in his comitiis constitutum est, ut civitates, pagi, arces et quaelibet aliae munitiones, quae a confirmato ac dioecesi Monasteriensi defecerunt aut in posterum defecerint *et per principum provinciarumque decretum auxilium *p. 573. iure belli recuperatae fuerint, iurisdictioni episcopali nullo modo subtrahentur neque a dioecesi Monasteriensi et imperio quovis colore quaesito abalienatae peregrinis dominiis subiicientur[1]. Si Monasterium intra decreti praesidii sex menses aut expugnatum

---

sich (M. L. A. 518/19 VIII. fol. 167 ff.) die Artikel erhalten, die von den Kreisständen in Coblenz im Laufe der Verhandlung den Münsterschen Räten vorgehalten wurden, ebenso die Antworten, die die Räte darauf erteilten. Auf den Artikel, dafs der Bischof „die knecht mit den gethanen pflichten an den ubersten hauptmann weisen solt, demselbigen an stat der kreysstende etc. gewertig zu sein," erwiderten die Räte schon während der Verhandlungen, „das mein g. h. ongetzweivelt sampt dero lantschafft sich nit wenig des wurden erfreuwen, das die stende darselbst einen ubersten hauptman verordent, und wurde auch ir f. g. zu noitturfft und berichtung der sachen die iren zugeben. Aber die rethe wyllen ... nit bergen, das die knecht, und zuvor die, so ein einfeltig und ploefs bezoldung hetten, ... gern sich aus dem dienst begeben solten. Wo nu dieselbig knecht solten mit pflichten und eyden demselbigen ubersten zugestalt werden und auff neuwe artickell und bestellung sweren solten, das daraus sie ursachen muchten nemmen, sich aus dem dienst zu begeben und die blockhausser zu verlaissen ... Mein g. h. wurde wal verschaffen, das die knecht dem ubersten sollen gehorsam leisten ..."

[1]) In Bezug auf die Verpflichtung des Bischofs, „das stifft Munster bei dem reich unzertrent pleiben zu lassen, auch das in ander hand nit stellen adir an sich zu loefsen nit vergunnen," erklärten die Münsterschen Räte während der Verhandlungen, „das mein g. h. noch derselbige lantschafft dasselbig in ir gemuet nit genommen, vil weniger wurden sie es thun, wan inen von e. g. w. und gunsten wurde gehulffen ... Solt aber an der hilff mangell geschehen ..., haben e. g. w. und gunsten zu erachten, das mein g. h. aus dem stifft musse entweichen, so sie sich selbst nit helffen ader erretten kunten."

Digitized by Google

aut deditione facta recuperatum sit, nulla reipublicae forma in eo citra dictorum principum ac statuum consensum et arbitrium instituetur. Qua in re confirmatus et reliqui dioecesis Monasteriensis ordines signatis literis sese obligabunt[1].

Septimo, si anabaptistae liberandae urbis causa confluxerint et aut in castra aut provinciam aliquam impetum fecerint, reliquae provinciae subitam opem oppressis aut afflictis ferent[2]. Electores et provinciarum status in suis regionibus, territoriis ac dominiis diligentissime vigilabunt, ne quam retinctorum turbam intra fines suos coalescere sinant, sed eos apprehendant, ut iuxta imperii caesarisque edictum poenae commeritae subiiciantur.

Octavo, cum metuendum sit, ne subitum hoc praesidium ad rem praesentem conficiendam non sufficiat, decretum est itaque, ut confirmatus Monasteriensis, ad quem haec causa potissimum pertinet, secundum imperii sanctiones praecipuos reliquarum provinciarum septem principes per legatos exoret, ut provinciales suos ad diem dominicam Quasimodogeniti, quae fuit 4. Aprilis anni 1535, Wormatiam comitiorum habendorum gratia convocent, ubi fusius de insequentis temporis auxilio, si urbs interea non capiatur, consultetur[3]. Ad quem etiam diem Ferdinandus Carolo imperatore occupato non solum electorum, verum etiam confirmati Monasteriensis familiaribus scriptis et legatis invitabitur,

---

[1]) Auch soll der Bischof den Kriegsräten ein Verzeichnis aller Städte, Schlösser und Flecken seines Landes zustellen. Dann heifst es im Abschiede weiter: „Doch was mein g. und g. hern Cöln und Gülch und ander chur- und fürsten dem confirmirten uff zimliche ablöfsliche verschreibung furgestreckt, das solchs iren chur- und f. g. furbehalten und unabbruchlich sein soll." — Ein Verzeichnis der Städte u. s. w. des Stifts befindet sich im St.-A. M. M. L. A. 518/19 VIII. fol. 75 und hat den Vermerk: „Gelych ludende zedell is na vermoge des aveschcitz to Coblentz dem oversten velthopmann und veer kriegessreeden tor Wolbecke donredach na Conversionis Pauli" (28. Januar) „overgeven anno etc. 35." — Die geforderte Beurkundung ist vom Bischofe und der Landschaft am 7. Febr. 1535 ausgefertigt (Orig. im St.-A. M., Fürstent. M. Nr. 3017).

[2]) „Und im fal, so einer oder mehr stende ... von einem andern uberzogen und zur gegenwehr gedrungen, das die der ylenden hilff wegen zu leysten entladen sein."

[3]) Der dahin lautende Brief des Bischofs an die Obersten der einzelnen Kreise datiert aus Iburg vom 1. Jan. 1535 (Kopie im St.-A. M.).

Digitized by Google

ut, cum omnium provinciarum totiusque imperii Romani intersit hoc seditiosum, impium et nefandum schisma, quod iam multas regiones invasit atque in aliis latens incrementum sumpsit, deleri et extirpari, communi quodam provinciarum et imperii tum consilio tum auxilio de eo supprimendo agatur et quibus poenis detentores urbis Monasteriensis ea capta afficiantur[1]. Hoc etiam eodem die de collatione superiorum sumptuum trium provinciarum consultabitur, ut, quod ad omnes aequaliter spectat, omnium aequalibus *impensis conficiatur[2]. *p. 574.

Trium provinciarum principes ac status hic iam praesentes, etiamsi specialiter ad futura Wormaciensia comitia non revocentur, tamen ipsi vel legati ipsorum cum plena auctoritate de utilitate publica acturi communi ordinum consensu ac mandato adesse iubentur. Quamvis trium provinciarum quidam neque suam neque legatorum suorum copiam fecerint neque se de absentia sua purgaverint, decretis tamen horum comitiorum non minus, quam praesentes parebunt[3]. Si quis suam decreti praesidii partem exolvere detractaverit, adversus hunc tanquam inobedientem fiscus imperii ex officio suo iure experietur[4].

Cum autem nunc praesens rei necessitas subitam provinciarum opem serio deposcat, ne miles desertis castris diffluat, cum legatis electorum et principum Coloniensis, Saxonis, Clivensis, Hassi, Leodiensis ac Monasteriensis actum est, ut singuli principes tria millia florenorum continuo conferant et expendant. Coloniensis vero senatus cum ad hoc non possit adduci, ut idem

---

[1]) Kopie des Schreibens der in Coblenz versammelten Botschafter und Räte vom 31. Dez. 1534 und des Schreibens des Bischofs aus Iburg vom 1. Jan. 1535 an den Römischen König Ferdinand im St.-A. M. Orig. der zustimmenden Antwort des Königs Ferdinand an den Bischof vom 5. Februar ebendas.

[2]) Im Abschiede ist hier weiter bestimmt, dafs „im fal, das in mitler zeit die stat Monster erobert, dieweil sich dan die sect weither ausgebreyt hat," trotzdem die Beratungen zu Worms Statt finden sollen.

[3]) Im Abschiede: „... sol inen dieser abschiedt mit antzeige, wie ein jeder in der ylender hilff angeschlagen, zugeschickt, und zu dem angesetzten tag ghein Wormbs ... abermals beschrieben und erfordert werden ..."

[4]) Der Abschied hat den Zusatz: „Es sol auch der anschlag, wie der itzo zu der ylender hilff gestelt worden, niemant an seiner protestation der ringerung halber ... künfftiglich zu nachteil reychen oder gelangen."

Digitized by Google

faciat, Clivenses tamen se id apud senatum effecturos[a] pollicentur[1].

23. Dez. Decernitur etiam 23. Decembris in iisdem comitiis scriptum publicum[2], quo oppidani serio prius admoneantur, ut secum meliore mentis parte seclusis omnibus perturbationibus expendant, quam impie et nequiter tam ius divinum quam humanum violaverint, catholicae ecclesiae decreta pariterque principum sanctiones excusserint, sacramenta contaminaverint, pristinas ecclesiae ceremonias et cultum divinum antiquitus receptum profligaverint, sua somnia in locum reposuerint, templa profanaverint, profanata diripuerint et tandem solo aequaverint, publicam pacem violenter polluerint, magistratum suum deiecerint, regem sarcinatorem propria auctoritate creatum substituerint, cives spoliaverint, spoliatos urbe in exilium exegerint, bona eorum ad se traduxerint et inter se communia fecerint aliaque, quae neque pia neque iusta sint, perpetraverint. Imperii proinde
*p. 575. principes et provinciarum proceres postulare, ut ad *cor reversi impia dogmata aversentur et reiiciant, magistratum legitimum

a) *Ms.*: effecturum.

1) Während der Verhandlungen war der Artikel aufgestellt worden, dafs bis zum 2. Febr., dem Zahlungstermine für die erste Rate der zu bewilligenden Hülfe, der Bischof und die Münsterschen Stände allein „die weghe suchen“ sollen, „damit an der underhaltung des kriegfsvolcks nit mangel erscheine; soll inen solch dairgelegt gelt yeder tzeit in erlegung der kreifsanlage wider vergnugt werden.“ Erst auf Bitten und Vorstellung der Münsterschen Gesandten wurde dieser Artikel abgeändert. Doch erklärten die Abgeordneten des Bischofs von Lüttich nur, sie hofften, ihr Herr werde sich auf diese Bestimmung einlassen. Auch sagten im Abschiede nicht nur, wie Kerss. berichtet, die Gesandten des Herzogs von Cleve ihre Vermittlung beim Rate der Stadt Köln zu, sondern auch die des Erzbischofs von Köln. Der Abschied schliefst sodann mit der Versicherung der Abgeordneten, dafs die beschlossenen Hülfsgelder bis zum 2. Febr. richtig erlegt und die etwa säumigen Stände durch gemeinsames Vorgehen gezwungen werden sollen, ihren Verpflichtungen nachzukommen.

2) Kopie des Schreibens der in Coblenz versammelten Botschafter und Räte vom 23. Dezember an die Inhaber der Stadt Münster im St.-A. Marburg und im Stadt-A. Strafsburg, neuere Abschrift im St.-A. M. Das Schreiben hält den Münsterern zunächst ihr Vorgehen in der Form vor, wie es auf dem Tage zu Coblenz von den Räten des Bischofs geschildert worden war.

Digitized by Google

in pristinum honoris dignitatisque locum reponant, cives bonis exutos et in exilium pulsos in priorem statum restituant, civitatem et poenae et gratiae dedant. Si vero illud facturi non sint neque haec salutaris et familiaris admonitio apud ipsos quicquam ponderis sit habitura, sed in ventos eam excutere maluerint, sciant principes et ordines imperii communibus auxiliis et impensis contra ipsos arma sumpturos[1].

Haec sunt in comitiis Confluentinis acta.

Annus 1535.[2]

Hoc superius scriptum Wirichus generosus ab Uberstein, totius militiae iussu principum triumque provinciarum praefectus, quamvis ipse ante diem 18. Ianuarii in castra non venerit, per nuncium ad oppidanos mittit, cui prius tutum commeatum ad portam Mauritianam veniendi recedendique per literas suas[3] impetrat. Nam in haec verba oppidani 13. Ianuarii respondent[4]: 13. Jan. „Nos gratia Dei secundum verbum suum designati rectores, cives ac inhabitatores sanctae civitatis Monasteriensis tua Wirichi comitis in Valckenstein ac Lymborch, domini in Uberstein ac Broeck, constituti militiae praefecti etc., scripta accepimus, quibus petitur, ut nuncio tuo die 14. Ianuarii hora nona ad portam Mau-

---

[1]) Das Schreiben der Kreisstände lautet zum Schlufs: „... das wir dan in erwegung, das noch etliche junge und frome leuthe bey euch sein möchten, denen solche ungeschickte sachen nit lieb, die auch der ding nit ursach sein noch gefallen haben mochten ..., nit mogen underlassen, euch nochmals uffs hochste zu erinnern und zu ermanen ..., ihr wollet ... von solchem eueren irsal und ... furnemen abstehen ... Dan wo das nit ..., so seint ... rom. keys. und kon. Mt. ... und alle christliche stende und glider des romischen reichs ... geneigt ..., das sie dem bestetigten und stifft Munster des fhals mit hulff und bystandt nit verlassen werden ...“

[2]) Vergl. oben S. 341 Anm.

[3]) Vom 12. Jan. 1535. Abgedr. M. G.-Q. II, 305 f. Es geht daraus hervor, dafs Kerss.'s weiter unten wiederholte Behauptung, Wirich sei erst am 18. Januar vor Münster eingetroffen, irrig ist.

[4]) Kopie im St.-A. M.

Digitized by Google

ritianam veniendi literasque nomine principum imperii ac provinciarum trium ad civitatem nostram adferendi liberum commeatum dare velimus. Ad quae respondemus: nos neminem unquam a nobis repulisse, sed semper quosvis libenter admisisse, ut causas suas, si quas habuerint, nobiscum agant; quae eadem benevolentia merito a nostris adversariis nobis quoque expectanda esset. Permittimus itaque, ut nuncius ille tuto nostro commeatu fretus ad portam urbis nostrae Mauritianam veniat literasque, quas habet, tradat libereque recedat. Nos similiter petimus, ut et noster nuncius, quem ad principes quosdam ablegabimus, securam a vobis abeundi redeundique libertatem habeat. Quid horum facturi sitis, responderi cupimus. Datum sub signo nostrae civitatis die Mercurii post Trium Regum anno 1535."

*p. 576. *Tabellarium hunc ad se missum benigne excipiunt, munere decorant, scripta allata legunt et quaedam inepta alienissima a proposito viva voce respondent, sed accuratius ac deliberatius se scriptis per suum nuncium responsuros recipiunt. Eodem itaque die, quo scripta allata fuerant, nempe 14. Ianuarii, brevi delibe-

14. Jan. ratione habita, uti receperant, respondent[1] eamque responsionem Lantgravio per nuncium, pro quo commeatum petiverant et impetraverant, transmittunt[2], quam ille principum provinciarumque legatis remitteret, qua se innoxios omnique culpa vacare conantur ostendere neque se unquam vero suo magistratui rebelles fuisse eumque urbe expulisse; se ergo praeter meritum, contra ius divinum pariter et humanum tyrannico more non indicto bello

---

[1]) Das Schreiben ist aus dem Original im St.-A. Düsseldorf abgedruckt in der „Zeitschr. des Bergischen Geschichtsvereins" Bd. 20 (Bonn 1885) S. 34 ff.

[2]) Vgl. dazu den Briefwechsel zwischen Wirich v. Dhaun und den Inhabern der Stadt Münster am 18. und 19. Januar (M. G.-Q. II, 306 ff.), nach dem es dem Münsterschen Boten nur gestattet wurde, unbehindert mit dem obersten Befehlshaber und den zugeordneten Kriegsräten zu verhandeln. In einem Briefe (Kopie ohne Datum im St.-A. M. M. L. A. 518/19 V. fol. 74a) zeigt Wirich sodann der Stadt an, dafs er das Schreiben befördert habe. Vgl. auch Wirich's Schreiben vom 28. Januar an den Landgrafen Philipp (M. G.-Q. II, 308). — Kerss. folgt hier und im Folgenden genau der Darstellung bei Ant. Corvin: Acta etc. Bl. B 2 ff.

Digitized by Google

ab episcopo armis infestari et indignis modis opprimi[1]. Ad id autem, quod de rege privata auctoritate creato in literis principum obiectum illis fuerat, nihil respondent, sed callide silentio praetereunt[2].

Scribit quoque rex privatas ad Lantgravium literas, quem suae factionis esse vel certe futurum sibi persuadebat. His literis non aliam epigraphen proposuit, quam „Unsern leiben besonderen Lipsen, Landtgraven etc.[3]“ Unde, quantum sibi prae

---

[1]) „Eth is lichtlick und wywesch,“ heifst es im Schreiben, „eynen anderen houch tho beschuldigen; overs bewysen und bybrengen hoeret dapperen und redelicken mennen tho.“ Nachdem dann ein Teil der den Inhabern der Stadt von ihren Gegnern gemachten Vorwürfe aufgezählt wurde, heifst es weiter: „Hierumb is unse endtlick und beslutelick antwordt: So wanner uns obgelachte ticht und schult, als godtlick und recht is, overwiset wert, willen wy allethidt tho redelicker, billicker straffe oerbodigh befunden werden; overst wo nach rechte ... one bewyfs beschuldigen mer den kleger dan den beklageden besweren doet, also is unse klegelick gesynnent und begerent, men wille rechtlickes bewyses nach gelegenheit der sake mit uns plegen ... Et is uns better, mit logenhafftiger schult umb die wairheit willen tho liden, dan uth fruchten des tyrannischen und Babylonischen vervolges van der bekanter wairheit affthowyken ...“ Das Schreiben spricht wiederholt von dem „vermeynten bisschopp“ und fügt hinzu, wie derselbe „sampt sinen thostenderen“ die Stadt „slecht, plump, verloeren, unangetzeichder oursaken mit heres krafft overfallen, belegert und beschedigt“ habe. — Ein Schreiben des Bischofs Franz aus Wolbeck vom 14. März an Wirich v. Dhaun giebt eine eingehende Widerlegung des Schreibens von bischöflicher Seite (Orig. im St.-A. Düsseldorf).

[2]) So auch Ant. Corvin a. a. O. Das Schreiben geht überhaupt auf keine der den Münsterern vorgehaltenen Anklagen ein, erwähnt unter denselben aber auch die, dafs man „unchristlick eynen konnynck opgeworpen“ habe.

[3]) Der Brief ist bereits vom 10. Jan. datiert. In einer Beilage vom 14. Januar zeigen die Inhaber der Stadt dem Landgrafen den inzwischen geschehenen Schriftwechsel mit den Koblenzer Kreisständen an und senden ihm denselben in Abschrift zugleich mit ihrem Schreiben vom 10. Januar. Abdruck des Briefes und der Beilage M. G.-Q. II, 296 ff. Die Unterschrift lautet: „Uth gotlicker ordnunge und vereinigung der regenten und gemeinen der stat Munster;“ die Anrede: „Besonders leve Philips, Lantgrave tho Hessen.“ — Der Brief weist auf die früher vom Landgrafen der Stadt Münster erwiesenen guten Dienste hin. Die Inhaber betonen, „dat wy mit goder vertrostinge und hopeninge, der warheit sollen noch bei iuw stede finden ..., hebben wollen an iuw schriven.“ „Mehr es ist iamerlick, dat

Digitized by Google

ceteris principibus tribuerit, videre licet. Utrumque autem scriptum nihil continebat praeter inanem et ineptum verborum strepitum, quo rex non aliter suam impietatem, quam Adamus sua verenda fici foliis obtegere contendebat[1]. In scripto vero privato ad Lantgravium misso regni et regis creati causa sic describitur: „Leve Lips," (hoc est: care Philippe; hoc enim erat nomen Lantgravio) „tu sine dubio nosti, quod Christus et prophetae dixerint, ne apicem quidem propheticarum scripturarum frustra positum fuisse[2]. Petrus in Actis Apostolorum inquit, quod in tempore restitutionis, quae coepit, postquam per claritatem evangelii Babylonica captivitas manifestata est, omnia, quae locutus est Deus per os omnium Prophetarum suorum, adimplebuntur etc.[3] Revolve ergo Prophetarum scripta et diligenter scrutare, quid de captivitate Babylonica et consummatione huius mundi scribant, similiter quid parabolae Christi, Apostolorum scripta et Apocalypsis *testentur, quid Babylonicis pro sua militia retribuetur, et e diverso ad quod regnum quamve gloriam populus Dei ex omnibus terrae finibus congregandus exaltabitur. De hoc tempore, quo id futurum sit, minores Prophetae potissimum agunt. Si haec accuratius tecum expenderis et scripturas recte, ut Paulus Tymotheum docet, secueris et intellectum earum a Deo consecutus fueris, facile ac sine magno negotio intelliges, an propria auctoritate regem designaverimus, an a Deo praedestinatum habeamus."

*p. 577.

---

de, de sick des evangelii beromen, dat ware evangelium also verfolgen," heifst es später weiter. „Dat de papistische, die rechte Babilonische uns tegen stan und verfolgen, des hebben sie nach irem gotzdienst rechten bescheit. Overst dat die evangelischen ... den lugenhaftigen Christen beifallen, helpen in iren leidtprecken, lever, we mach sodane unbescheidenneheit genochsam utsprecken?" — Auch in diesem Briefe fordern die Wiedertäufer wiederholt, zum Verhöre zugelassen zu werden, geben keine Verteidigung gegen die wider sie erhobenen Anschuldigungen, senden jedoch zugleich die Rothmann'sche „Restitution" dem Landgrafen ein. S. weiter unten.

[1]) Genau aus Ant. Corvin a. a. O., dem Kerss. auch die gleich folgende Stelle aus dem Briefe der Münsterer entnimmt. Auch A. Corvin citiert Nichts weiter daraus. Seine Wiedergabe stimmt mit dem Texte des Briefes M. G.-Q. II, 301 f.

[2]) Matth. 5, 18; Luc. 16, 17. — [3]) Act. Apost. 3, 21.

Digitized by Google

His scriptis adiungit libellum quendam in urbe impressum, plane impium ac satanicum, cui titulus „de restitutione," unde Lantgravius anabaptistarum furias cognovit[1]. Quem librum sicut

---

[1]) Zwar nennt Kerss. hier und im Folgenden genaue Daten; aktenmäfsig aber läfst sich eine Beratung der erzbischöflichen und herzoglichen Räte in Köln nicht nachweisen. In dem von J. Niesert a. a. O. S. 197 ff. veröffentlichten undatierten Konzepte zu einem Schreiben des Bischofs Franz an den Erzbischof von Köln, das die Ernennung der Herzöge in Münster bereits erwähnt, also zeitlich nach dem 3. Mai fallen mufs, heifst es nur: „Mith den kindern und wyvern, de tuschen de stadt und blockhuiser gelegen, zinth wy vast hoich beswert und mith den oversten und krigesluden etlige dage in ratslag gestanden, wat wege mith denselven voir to nemen ..." Aus den Akten steht jedoch andererseits fest, dafs sowohl Bischof Franz wie auch Wirich v. Dhaun sich aufser an den Landgrafen auch noch an andere Fürsten um Rat wandten. So schreibt der Bischof am 26. April aus Wolbeck an seine auf dem Tage zu Worms anwesenden Räte (Konzept im St.-A. M.), sie sollten die Meinung der Reichsstände einholen, wie mit den Ausgefallenen zu verfahren sei. Am 1. Mai bat Wirich zusammen mit den Kriegsräten den Erzbischof von Trier um seine Ansicht. Die Antwort vom 7. Mai (Orig. im St.-A. Düsseldorf) empfahl möglichst schonendes Vorgehen. Sicher ist noch, was auch Kerss. gleich weiter unten berührt, dafs die Angelegenheit auch den Münsterschen Landtag beschäftigt hat.

Digitized by Google

pellantur, ubi maritos suos aliosque sanguine sibi iunctos ad capiendum regem reliquaque praecipua factionis capita commoveant, quibus principi traditis urbeque reclusa sibi reliquisque oppidanis innocentibus gratiam comparent; si vero ad id induci non possint, ut in urbem revertantur, totam multitudinem egressorum hominum Dickhausium per equitatum deductam nocturnis diurnisque vigiliis ita ad captam usque urbem coercendam et custodiendam, ne quis eorum sese subducat neve quis peregrinus ad ipsos colloquendi causa admittatur. Praeterea, ut diligens et accurata tam inter feminas quam mares inquisitio fiat, spontene an coacti in urbem transierint vel in ea remanserint, an anabaptismo addicti fuerint, quid de eo sentiant etc., eo certe consilio, ut innocentiae parcatur, flagitiosi vero et anabaptistica labe contaminati commeritis suppliciis secundum ius *imperatorisque *p. 602. constitutiones afficiantur. Ad haec, ut ad supplicium destinatis doctus et pius ecclesiastes adhibeatur, qui ipsos ab errore ad veritatis agnitionem, a deviis in viam veram per scripturam sacram revocet et, ne salutis aeternae iacturam faciant, reducat. Postremo dabitur opera, ne et illi, qui tanquam innocentes Dickhausii conservandi sunt, concionatore catholico destituantur, ut, si forte impietatis reliquiae ex pristina labe in ipsis remanserint, stirpitus eradicentur et in catholica religione confirmentur.

Ad haec consulta episcopus noster 27. Maii respondet: 27. Mai. Aliquot centena hominum plebeorum capita inter urbem et castra errantia neque blandis verbis adduci neque vi ulla cogi posse, ut in urbem revertantur; se hostili gladio malle continuo occumbere, quam ad priores aerumnas, quas deseruerint, redire. Dioecesis proinde capita, ad quae potissimum hoc negotium pertineat, hinc totum militare concilium censuisse egressorum hominum multitudinem datis vadibus in diversas regionis partes spargendam esse, in quibus se, donec inde revocentur, mortis poena non parentibus proposita contineant, ne dioecesis haec pluribus degravetur sumptibus, quam ferre queat[1]. Multis

[1]) Am 21. Mai schreibt Justinian v. Holtzhausen seinem Vater (M. G.-Q. II, 335): „Es wirt fur gut angesehen von der lantschaft, obersten, auch der verordenten chur- und fursten, das die ausgelauffen an ein odder 2 versichertter ort bis zu endung der handlung be-

Digitized by Google

enim impendiis opus esse primum ad vigilias tam diurnas quam nocturnas peragendas, deinde ad tantam hominum multitudinem alendam, quae in singulas etiam horas transfugarum numero incrementum sumptura sit.

28. Mai. Princeps ergo 28. Maii totam illam multitudinem per quosdam bombardigeras et equitum turmas ex ergastulo illo seu regno undique concluso liberat Dickhausiumque transfert. Sed cum multi utriusque sexus fame, inopia, aegritudine vel senio fracti neque consistere neque ingredi possent, quadrigis eo devecti sunt. Ibi crimine notati ab innocentibus seiunguntur et ultimo supplicio destinati post biduum plectuntur, insontes vero pactionibus quibusdam obligati praestito iureiurando et datis fideiussoribus ad diversa dioecesis loca relegantur, fideiussores autem pro personarum dignitate ad certam pecuniae summam exolvendam principi loco iuramenti se obligant, si relegandi a fide data recedant et pacta in minimo violent[1].

---

haltten werden, und inen gnade mitgetilt werde." Ein Münsterscher Landtag war am 18. Mai zu Dülmen versammelt, doch geben die im St.-A. M. über denselben erhaltenen Akten in Bezug auf diese Angelegenheit keinen Aufschlufs. Wohl aber schreibt der Bischof am 20. Mai aus Iburg seinen Räten zu Wolbeck (Orig. im St.-A. M.), sie sollten dem Obersten und den Kriegsräten die Beschlüsse des Landtages in Betreff der flüchtigen Frauen mitteilen. Er sei mit ihnen einverstanden. Am 23. Mai schreibt er an dieselben weiter (Konzept im St.-A. M.), „dat iw ane twivell bewust, wy uns hirbevor entslotten, dat wy uns der gefangen henforder nicht undernemen, noch vel weiniger der to doen hebben wolden. Derwylen so willet denn verschaffen, dat sodane gefangen dem obersten togestalt, der toversicht, he werde sich mit denselven der gebor to holden wetten. Der gefangen frouwen halven hebben wy dem drosten tor Wolbeck unfse gemoith und meinunge geschreven, darna he sich to richten." Der bischöfliche Befehl an den Drosten ist nicht mehr zu ermitteln.

[1]) Am 29. Mai berichtet Justinian v. Holtzhausen seinem Vater (M. G.-Q. II, 346): „Die wiber und kinder, so fur den plocheusern ligen, und alten mennern hot der bischof von Munster gefencklich verwart, und wer burgschaft hot, wirt ledig und gewonlich des bischofs undersossen. Mit den ingelauffen frembden weibern weis ich nicht, wie ers halten wirt. Er wolt den last uf uns geschoben haben. Wir wolten aber nicht richter und hencker sein uber das arm folk." Am ausführlichsten erzählt die „Newe zeittunge von Münster" vom 3. Juni (bei J. Niesert a. a. O. S. 503 f.). Danach waren seit Pfingsten (16. Mai) „an

Digitized by Google

*Pactiones et articuli mulieribus ac senibus Monasterio egressis et in gratiam quodammodo receptis propositi, quos singuli uno propinquorum adhibito et iureiurando interposito se servaturos recipiebant[1]: *p. 603.

Primum anabaptismum et omnes ex eo articulos manantes, per quos seducti seductaeve sint, ex animo abiurant neque se his in posterum adhaesuros aut ad praeterita delicta redituros, sed cum superioris vitae resipiscentia pie et christiane victuros pollicentur.

Secundo, se locum, ad quem relegantur, sine arbitrio et voluntate principis[2] sub poena ultimi supplicii non mutaturos neque se apud quenquam hominem, cuiuscunque etiam sit aetatis, de anabaptistica secta verba facturos, nedum viam ad eam praestituros eamve dicturos, sed hominum multorum commercia ad tempus se evitaturos promittunt.

---

die 300 weiber, one die kinder, der sie vil bei sich hatten, darunter waren nicht mer dann sechs alte menner in die schantz, aufs der stat hungers halben zusammen gelauffen ..." Auf Befehl des Bischofs wurden sie zum „teich hausse" gebracht. „Und wer nu von den selbigen bürge und glauben, das sie sich von ihrem glauben zur besserung wöllen geben, künnen stellen, die hat man zu bürger handen komen lassen. Also das der mehre teil von selbigen freunden zu handen gestellt. Es seind aber noch von den selbigen wol an die 70 zum teich haufs, doch des versehens, sie werden von iren freunden, so ein teil aufswendig gesessen, auch der mafsen aufs geborget. Nu seind in den zweyen tagen, die weil man die andern weiber zu bürgen haben komen lassen, widerumb ungeferlich wol hundert weyber, so auch vil kleiner kinder bei sich haben, in die schantze angekommen. Item es hat mein gnediger herr von Münster auch yetziger zeit 14 oder 15 ungeferlich gefangene sitzen, so aufs der stat Münster komen seint, die meins versehens der mehre teil in kurtz sollen gericht werden."

[1]) Im Ganzen decken sich die folgenden Artikel mit denen, die in einem Konzept im St.-A. M. (M. L. A. 518/19 VI. fol. 167b) erhalten sind und die Ueberschrift haben: „So unse gnedige her van Munster etc. etlige frouwespersonen, de uth Munster gekomen, uth gnediger bewegung und sunderlinger bede mith willen und wetten der oversten und krigesreede in gnade und ungnade upgenommen und deselven eren bloitzverwanten und frunden bes to entschap dusser belegerong und wideren bescheitz to bewaren und in gewifsheit to holden ton handen leveren und bevellen lathen, sallen de berorte frouwen vor zick, und beneffen ennen er frunde und borgen folgende artickel loven und schweren."

[2]) Im Artikel heifst es nur: „... bes to wideren bescheid ..."

Digitized by Google

Tertio, si vero demonstratum fuerit se quenquam cuiuslibet aetatis hominem verbis, factis, scriptis aut qualibet alia ratione post hanc relegationem anabaptismum docuisse aut propagasse[1], continuo poenas bene commeritas se daturos recipiunt[2].

Quarto, recuperata per Dei gratiam civitate Monasteriensi, etsi remissionem delicti mereantur[3], se publicam impietatis et admissi sceleris poenitentiam, qualemcunque sibi princeps imposuerit, libenter acturos.

Quinto, omnes articulos superiores sub privatione vitae et aeternae salutis se servaturos, neque se eos verbis, factis, scriptis aut quacunque sinistra machinatione clam palamve neque per se neque per alios oppugnaturos neque[4] se adversus eos ab ullo magistratu ecclesiastico seu profano privilegium ullum impetraturos iureiurando affirmant.

Uberstenius reliquique militiae praefecti cum incredibilem miseriam et calamitatem in urbe esse a transfugis illis, quos fames, ut dictum est, expulerat, accepissent, ad deditionem oppidanos fore nunc proniores existimant. Proinde, ut sanguini parcatur[5],

---

[1]) Der Artikel setzt hinzu: „off der wederdoep wederumme byfelle und de to vertedigen understonde."

[2]) Im Artikel: „... alsdan sall de persone, alsbald men des innen worde, tor stundt on alle inredde weder an unsen g. h. eder s. f. g. bevelhebber tor straeff und tor plaitz, waerhen men de benompt, in behafftong gestalt werden."

[3]) Im Artikel: „und de persone alsdan uff midler tyth des leventz begenadet worde ..."

[4]) Das Folgende ist in dem Artikel nicht enthalten. Bei Kerss. fehlt aber der Schlufssatz: „Des sollen zick ock de borgen na einer jder persone gelegenheit verplichten und an ede stadt geloven, mith einer nompligen summa gelden u. g. h. verfallen to syne, so in dussen vorg. artickeln allen off einen jderen in sunderheit overfaren unde nicht geholden worde."

[5]) Ein wahrhaft furchtbares Bild von der in der letzten Hälfte des Mai und in den ersten Tagen des Juni massenhaft vollzogenen Tödtung der aus der Stadt Flüchtigen giebt die „Newe zeittunge von Münster" a. a. O. Mit einer Uebertreibung haben wir es da wohl kaum zu thun. Die Zahl der Fliehenden war sehr grofs (vgl. H. Gresbeck S. 173 u. 189, sowie den Brief Justinian's v. Holtzhausen an seinen Vater vom 21. Mai [M. G.-Q. II, 335]), und, wie wir wissen, wurde den ausgefallenen Männern in der Regel keine Gnade gewährt. Noch am 8. Juni schreibt Justinian dem Rate seiner Vaterstadt (M. G.-Q. II, 351): „Der lauffen deglichs vil aus. Es

Digitized by Google

scripto 30. Maji in urbem misso[1] ipsos iterum admonere utile (1. Juni.)
visum est, ut deposita impietate serio resipiscant et civitatem
ad gratiam poenamque dedant; si vero, ut id faciant, sibi per-
suaderi non sinant, viros, mulieres *puerosque in urbe retineant *p. 604.
neque eos egredi permittant, alioqui se eos infestissimorum ho-
stium loco habituros[2]. Ad haec oppidani 2. Iunii respondent 2. Juni.
in hunc modum[3]:

„Quanquam responsum a nobis non postulatis memores
sine dubio superioris praemeditati et constantis responsi nostri[4],
ut tamen mentem nostram plenius assequamini, pro constanti
et immutabili responso habetote: Nos ita erga veritatem, quae
per Dei gratiam apud nos fulget, affectos et animatos esse, ut
eam totis viribus ad extremum etiam vitae halitum tueri, pro-
pugnare eique adhaerere decretum sit nobis, nisi ea a vobis aut
aliis quibuscunque validioribus scripturarum arietibus convel-
latur et expugnetur. Ridiculum profecto ac stultum esset, cum
nullius flagitii simus nobis conscii, etsi a vobis falso insimu-
lamur, nos nondum convictos culpam agnoscere, delictum de-
precari, hostium gratiam implorare et in arbitratum illorum nos

---

sent in vier tagen bis in die 200 man erschlagen.“ Vgl. auch H. Gresbeck S. 199.

[1]) Das Schreiben erging erst am 1. Juni. Kerss. hat es, chronologisch ganz ungenau, bereits oben S. 761 f. mitgeteilt, aber aus einem undatierten Entwurfe, der seinen Ursprung wohl in der bischöflichen Kanzlei hat und von J. Niesert: U.-S. I. S. 437 ff. abgedruckt ist. Eine gleichzeitige Kopie des wirklich abgesandten Schreibens befindet sich im Stadtarchiv zu Frankfurt a. M., eine Abschrift danach im St.-A. M. Inhaltlich deckt sich das Schreiben mit dem Entwurfe, ist aber in der Form kürzer.

[2]) Im Schreiben: „So ir aber solchs zu thun nit gemeint, so warnen und bevellen wir euch hieruff zum aller ernstlichsten, euer mans personen, weyb und kindt in der stadt zu behalten, hinfurter nit mehr hierufs zu khomen. Wo dar uber jemand begriffen, nemant ufsgenomen, wellen wir dieselben als unsere hochste feind zum aller ernstlichsten verfolgen lassen.“

[3]) Orig. im St.-A. M. Abgedruckt bei J. Niesert a. a. O. S. 431 ff. Auch dieses Schreiben ist von Kerss. schon früher, aber an ganz unrechtem Orte, verwertet worden. Vgl. oben S. 796 f.

[4]) Das Schreiben giebt hier ganz kurz den Inhalt der Briefe an, die von den Inhabern Münsters am 14. Jan. auf das Schreiben der Coblenzer, am 10. Mai auf das der Wormser Stände eingesandt worden waren.

Digitized by Google

dedere. Si Christi nomen digne circumferre velitis, de quo satis arroganter gloriamini, christiano iure, quod saepe, sed frustra, postulavimus, nobiscum ageretis, accusatis et in crimen vocatis coram iudicibus incorruptis et non suspectis defensioni daretur locus. Sed frustra haec querimur. Divinitus enim haec fieri Daniel 7 [1] nobis praefiguravit. Nam sic bestia quarta quartam terrae monarchiam, hoc est imperium Romanum, praesignificans sanctos Dei conculcat; sic haec bestia est affecta, ut nulli legitimae defensioni det locum, sed pro sua libidine et tyrannide sanctos Dei conculcet, comminuat, mactet, perdat, latrocinetur, interficiat ac devoret, cum sit[a] ultima quartae bestiae tyrannis longe a prioribus tribus bestiis diversa omnia comminuens et pedibus conculcans. Legantur omnium Patrum et historicorum scripta, et non invenietur tyrannis similis in causa fidei circa sanctos Dei, quam huius bestiae temporibus. Et quod horribilius est, iudices et praefecti huius bestiae, etiamsi sciant se innocentes et sanctos Dei opprimere, tamen a crudelitate et sanguinis effusione ex destinata quasi malitia in gratiam bestiae sibi non temperant, ne veritas in suam ipsorum perniciem emergat et populum ad vindictam commoveat. Testes evangelii ita sub pedibus pressos tenent, ita linguas ipsorum praecidunt, ita ora obturant, ita tibiis tympanisque obtundunt, ut ipsos in defensionem sui exurgere non sinant; atque hoc illud est, quod Pro-
*p. 605. pheta dicit [2]: „residuum pedibus suis conculcans.“ *Christus etiam in evangelio Matthaei 24 [3] haec praedixit. „Erit,“ inquit, „tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi ad hoc usque tempus neque fiet.“ Et eodem capite [4]: „Abominatio desolationis stabit in loco sancto.“ Quod iam manifestum evadit. Nam sanctum Christi nomen locumque sibi arrogant, horrendam tamen abominationem sanctimoniae fuco super terram committunt. Quare si neminem causae nostrae ratio moveat, si nulla purgatio nostri permissa fuerit, sed bestiae pedibus conculcati fuerimus, si id Deo ita placuerit, exempla tolerantiae Sanctorum Dei nostras afflictiones consolabuntur levioresque facient, donec

[a]) *Ms.:* sic.

[1]) Vgl. besonders Vers 7, 8 u. 23 ff. — [2]) Daniel 7, 7. — [3]) Vers 21. — [4]) Vers 15. Vgl. auch Daniel 9, 27.

Digitized by Google

lapis ille angularis pedes bestiae aeneos conterat et regnum atque potestatem et magnificentiam regni subter universum coelum populo sanctorum excelsorum dederit[1]. Ad id vero, quod scribitis, nec viros nec mulieres neque pueros plures emitteremus, alioqui vos cum illis vestro more acturos, respondemus nos nullos vobis misisse neque missuros esse, sed eos, qui sponte sua a nobis recedere postulant, abire permittimus, etiamsi sciamus ipsos nihil boni nobis praestituros, imo vobiscum omne malum contra nos excogitaturos et moturos. Cum illis igitur agite vestro more, quicquid animus vester suaserit, quicquid[2] bestia haec, cuius praesides estis, suggesserit! Nos, ut non arcemus eos a nobis, qui familiaritatis conciliandae gratia ad nos veniunt, ita quoque neminem invitum retinemus, qui abeundi facultatem efflagitaverit, etiamsi tanquam hostis a nobis sit captus. Haec ex abundanti respondere ea mente voluimus, ut hac postrema et immutabili responsione satiati nullam a nobis posthac exigatis. Non enim tam sumus rudes et rerum imperiti, ut christianos vestros animos non intelligamus et quam certa sit commeatus vestri securitas et promissa fides. Datum sub signo civitatis nostrae post incarnationem Filii Dei Iesu Christi, Domini nostri, 1535 secundo Iunii."

Dum haec mutuis scriptis aguntur, interea die 11. Maii circa octavam vespertinam magna fuit retinctorum Amstelrodamae ad liberandum ab obsidione Monasterium colluvies[3], qui occupata curia eam civitatem pro asylo et receptaculo suae fecis habituri erant. Sed cum in eo motu alterum consulem[4] cum 11. Mai.

---

[1]) Vgl. Daniel 2, 34 ff. u. 7, 27. — [2]) Dieser Satz ist Zuthat Kerss.'s.

[3]) Vgl. zu dem kurzen Bericht Kerss.'s über den Aufruhr in Amsterdam, zu dessen hervorragendsten Führern der von Johann v. Leiden aus Münster entsandte Johann v. Geel gehörte (s. Johann's Bekenntnisse bei J. Niesert: U.-S. 1. S. 182 und M. G.-Q. II, 374; s. auch oben S. 758 Anm. 1), die ausführliche Erzählung bei L. Hortensius S. 58 ff. Zur Sache s. besonders C. A. Cornelius in den „Abhandlungen d. hist. Kl. d. Kgl. bayer. Akad. d. Wissensch." Bd. 11 Abtlg. 2 (München 1869) S. 70 ff. und L. Keller: G. d. W. S. 278 f.

[4]) Es war Petrus Colinus. Siehe L. Hortensius S. 63. Den Tod des Bürgermeisters erwähnt auch Justinian v. Holtzhausen in seinem Berichte über den Aufstand an seinen Vater vom 21. Mai (M. G.-Q. II, 337).

Digitized by Google

vigilibus occidissent, cives prima formidine deposita adversus hos arma capiunt, curiam cum civitate ferro recuperant, retinctos
*p. 606. occisis 27[1] capiunt, *quorum quosdam gladio feriunt, quosdam suspendio iugulant, quosdam aquis suffocant, quosdam evulso corde vivos laniant. Irritus proinde fuit eorum conatus.

Dum plebs lacrimis, fame et luctibus miseris modis se conficit, rex choreis, luxu et caedibus[2] pro libidine indulget. Nam Ioannes Iuliacus, signifer, cum a multis accusaretur, quod defectionem clancularíam moliretur et verba seditionem spirantia in vulgus sparsisset, ex vinculis causam a rege dicere iussus est. Ille vero in carcere cum Christophoro Schonhovio, signifero, qui et ipse, quod anabaptisticae impietati restitisset, ibidem captus detinebatur, in defectionem conspiravit. Quare fortunae sese committentes effracto carcere urbe quoque se elabi posse sperant. At Schoenhovius Iuliaco capto evasit, apud quem signum mili-
11. Mai. tare convolutum et in sinu abditum reperiunt. Proinde 11. die Maii capite plectitur[3].

---

[1]) „Viginti octo ex anabaptistis ea nocte occubuerunt," sagt L. Hortensius S. 66. „Inter cives viginti sunt desiderati."

[2]) Wenn auch H. Gresbeck wiederholt berichtet, dafs Johann schon früher eigenhändig Hinrichtungen vollzog, so sagt er doch S. 89 noch ganz besonders: „Up dat leste, so plach der konningk mede tho richten." Johann selbst gesteht freilich nur zu, er habe höchstens 8 mit seiner Hand geköpft (vgl. seine Bekenntnisse bei J. Niesert a. a. O. S. 181 und M. G.-Q. II, 374). Die aus Münster Flüchtigen wufsten jedoch anders zu erzählen. Am 21. Mai schreibt Justinian v. Holtzhausen seinem Vater (M. G.-Q. II, 336): „Er hot neulicher tag vier, so herausfallen wolten und widder sein regiment geret haben, mit eigner hant gericht und sol diesse wort dartzu geret haben, wie man glublich sagt im leger, auch etzlich gefangen bekant haben, also wolt er allen weltlichen fursten thun, konnig und keissern."

[3]) Dieselbe Sache berichtet ausführlich H. Gresbeck S. 192 ff. Er nennt die Namen der Fähnriche nicht, sondern sagt nur: „Der eine vendreger was ein Hollender, der ander was ein Gulicher." Auch fehlt bei ihm eine genauere Zeitangabe, doch setzt er die Hinrichtung des einen Fähnrichs auf den der mifsglückten Flucht unmittelbar folgenden Tag. Kerss.'s Datum ist wohl nicht das richtige. Denn nach einem Schreiben Wirich's v. Dhaun vom 27. April an den Bischof Franz (Orig. im St.-A. M.) sagte derselbe aus Münster flüchtige Knabe, der Auskunft über die Hungersnot in der Stadt gab (vgl. oben S. 797 Anm. 2), aus, „des nechst verliden soderstag" (24. April) „am abent ... sey ein knecht ufs Munster

Digitized by Google

Henricus Radanus, qui bis exeundi facultatem a rege impetraverat et bis receptus est in gratiam, nunc tandem clanculum a communitate Christi deficere machinatur et cum Andrea Coloniensi negotiatus est, a quo sibi gladium et thoracem emit. Praeterea liberum exeundi commeatum pro Andrea Coloniensi id petente ab episcopo se impetraturum recipit. Quare uterque captus et 12. Maii capitali sententia damnatus est[1]. 12. Mai.

Item[2] uxor Henrici Grassii propter mariti sui in regem scelus neque exilii iudicio condemnata neque communitate retinctorum eiecta clanculum egredi conatur. Ideoque vestibus aliisque ornamentis, quantum potest, se comit. Gerdrudis etiam, magistri Conradi chirurgi coniunx, a fide anabaptistica deficit, marito obstrepit et ab eo clam annonam secum auferens divertit, pecuniam et argentum contra regium edictum apud se reconditum habet neque in commune, sicut alii, defert, varia supellectilia in fundo domini Dungellii defossa esse reticet. Quare utraque deprehensa eodem die, nempe 12. Maii, in monte Syonis, hoc est campo dominico, decollatur.

Albertus natione Frisius, cum in animo haberet se episcopo portam aliquam urbis et pecora in regno pascentia traditurum et ad eam rem secum conficiendam aliquot oppidanos sollicitaret, ab iisdem proditus 8. Iunii iugulum gladio incidendum praebuit[3]. 8. Juni.

---

gefollen, heis Christophel von Schonhoffen, sey dis gantz jar ein venderich darin gewest; und als er ufsgefollen, hab er das venlin mit genomen, aber er hab solchs venlin in dem graben mussen lassen, er der knecht hinweg khomen. Ist zu erachten, das derselbig knecht durch der lucken ein, die noch nit zugemacht, hinweg khomen must sein." H. Gresbeck bemerkt S. 194: „Und der ander vendreger was enwech gekhomen mit dem venlein."

[1]) Unmittelbar an die Erzählung von der Hinrichtung des einen Fähnrichs knüpft auch H. Gresbeck S. 194 den Bericht: „So heft der koningk kort dairna noch twein lansknecht dat hoevet af laten schlain. Dieselve hedden noch gelt gehat, und der eine hadde dem andern wat afgekoft. Darumb moisten sie sterven." Vgl. oben S. 768 Art. 16.

[2]) Das Folgende ist nur durch Kerss. bekannt.

[3]) Vergl. dazu H. Gresbeck S. 170: „So iss einmail gewest ein Frese, gnant der lange Albert. Derselb was der koningkinnen dravante. Der wolde hebben up ein mail alle die koe na dem blochuifs geiaget, na den lansknechten, up dat hei hedde gefangen worden, und dat hei hedde dat leven beholden. Dit woert der koningk gewar und liet denselven Fresen

Digitized by Google

*p. 607. *Anna Rodehosiana, cum marito semper rebellis esset et obstreperet eo, quod aliam et iuniorem se duxisset uxorem, reprehensa autem a marito adeo furiis agitabatur, ut maledictis dirisque ipsum devoveret et correpta sella cranio mariti minaretur, nisi eam, quam duxisset, a se abigeret. Haec rebellio poena gladii digna visa est; ideoque capitis supplicium eodem
8. Juni. die, nempe 8. Iunii, pertulit[1].

Nicolaus Sniderus Northornanus, cum uxorem suam ad episcopum et satrapam Stromburgicum cum literis, quibus salutem et officium hostibus suis precaretur et offerret, ablegasset, praeterea literas ad Stedingum destinatas cuidam confratri suo deferendas credidisset, at ille non Stedingo, sed regi eas obtu-
9. Juni. lisset, patefacta autem proditione 9. Iunii gladio caesus[2], inde in tredecim partes dissectus misere vitam finivit[3].

---

fangen und heve ime selver dat hoevet af. Diese Frese wolde dit doin von grotem hunger und kummer; anders was hei ein recht wiederdoeper, glick als der koningk und die andere sein lansleut." Ob dieser Friese Albert identisch ist mit dem „groit, lanck man" Albert oder Beneventura de Beneventura, der nach dem Geständnisse des Joh. Kettel van Tiel vom 6. Dez. 1534 mit 3 Genossen Proviants wegen nach Friesland gesandt wurde (vgl. oben S. 735 Anm. 2)?

[1]) Vgl. hierzu die oben S. 688 Anm. 1 aus den Geständnissen der beiden Knaben Herm. Mollenhecke und Joh. Huttman vom 8. Juni angeführten Beispiele der Bestrafung von Frauen.

[2]) Ueber diese Begebenheit haben wir weitere Berichte von H. Gresbeck S. 171 f., von Justinian v. Holtzhausen im Briefe an seinen Vater vom 29. Mai (M. G.-Q. II, 344) und in der „Newen zeittunge von Münster" (bei J. Niesert: U.-S. II. S. 501 f.). Justinian v. Holtzhausen erzählt nach den Aussagen zweier Gefangener aus Münster, „sent dobei gewesen, gehort und gesehen." Danach schrieb „Clos Northorn" an Wilkin Steding, und „als der Clos kein antwurt bekam, schrib er noch ein brif, und der konnig wart es gewar, lies in griffen und lafs ime den brif fur." Die „Newe zeittunge" und H. Gresbeck geben als Inhalt der Briefe das Anerbieten an, Mittel und Wege zur Eroberung der Stadt zu verraten. Nach allen drei Berichten vollzog der König die Hinrichtung selbst. Das von Kerss. dafür gegebene Datum ist falsch. Die „Newe zeittunge" setzt das Ereignis unbestimmt „in der wochen nach Exaudi" (9. Mai), Justinian v. Holtzhausen hat die genaue Zeitangabe: „dorstag noch Pingsten" (20. Mai). Die „Newe zeittunge" nennt den Verräter „Claus von Nortwalde", H. Gresbeck sagt: „Clais Northornne, und was ein burger in der stat Monster."

[3]) Nach den drei angeführten Berichten wurde der Leichnam in

Digitized by Google

Ioannes Floer, coriarii minister, defectionem potius clanculariam meditari voluit, quam a rege exeundi facultatem petere, quam tamen cum causae cognitione in eo mense permittebat[1]. Ideo captus et 10. die Iunii gladii poenae adiudicatur. 10. Juni.

Alexander Buschoducensis, reginae hemerodromus, defectionem agitans aureum annulum sibi a domina sua donatum soleae sinistri pedis pro viatico suffixit. In quo furto cum deprehenderetur, 11. Iunii ad viridem quercum in monte Syonis suspensus interiit[2]. 11. Juni.

Elizabeth Wantscherers a crebra maritali consuetudine abhorrens Reineri Hardewiceni, prioris sui mariti, mores aversata effugit et haud procul a Clivicis castris extra urbem, ubi sese condiderat, reperta in urbem reducitur et marito reconciliatur. Post dies vero paucos marito mortuo Augustino Torrentino cognomento Cloterberndt nubit, quem cum ferre non posset, divortium regia auctoritate fieri postulat querens se patris saevitia ad hoc connubium compulsam. Quod cum pater in consilio regis verum esse affirmasset, divortium approbatur. Obiurgatur tamen puella a patre levitatis et quod obedientiam marito suo debeat. „Nequaquam," inquit illa, „virum enim in hac urbe non esse existimo, qui me domiturus sit!" Quae puellae protervia cum ad regem esset delata, continuo eam in carcerem coniici iubet. Inde biduo exacto eam ad se duci praecipit. Et cum puella liberaliori forma *esset: „Si," inquit rex, „posthac *p. 608.
in obedientiae et verecundiae officio te continere voles, ego te in uxorem duxero." Ad quae Elizabeth: „Si," inquit, „rex illu-

---

zwölf Stücke zerhauen und jedes Stück aufserhalb der Stadt aufgehängt. Den Kopf liefs der König auf einer Stange auf den Turm des Domes stecken. „Als er gericht," setzt dann noch Justinian v. Holtzhausen hinzu (ähnlich auch H. Gresbeck), „... nam einer, genant mister Clos, ein Holender und predicant, sein, des gerichten, hertz und leber, druge das heim, kochet es und ass."

[1]) Vgl. dazu H. Gresbeck S. 172 u. 189. S. auch oben S. 804 f.

[2]) So berichtet nur Kerss. In der „Newen zeittunge von Münster" a.a.O. S. 502 f. findet sich noch folgende Notiz: Am 27. Mai „hat der könig seinen locayon auff den thumbhof an eine linden lassen hangen, derhalben, das er gesagt, das des königs lere und fürnemen wer falsch und unrecht und eytel betrugk."

Digitized by Google

strissime, eam gratiam ancilla tua in oculis regis mei consequi queat, ut omnium uxorum regis mei pedes, aut si quid abiectius, abluat, habebit rex meus ancillam suam ad haec et quaevis alia paratissimam.“ Invenit ergo gratiam in oculis regis et facta est non lotrix, non pedissequa, sed regia coniunx et pro ea ad sex fere menses habita[1]. Ubi vero Elizabeth impietatem, luxum et effusam regis libidinem, qua intemperantissime exaestuabat, populi vero fame pereuntis querelam et lacrimas agnosceret, res sibi displicere coepit. Quare annulos et reliqua sibi ornamenta donata restituit et more aliarum exeundi facultatem suppliciter petivit[2]. Ad quam rex: „Iam tandem,“ inquit, „tua impostura

---

[1]) Diese Nachrichten aus dem Leben der Elisabeth Wantscherer, die schon oben S. 658 als eine der Frauen Johann's angeführt wurde, bietet nur Kerss.

[2]) „Item ... hat der könig,“ so berichtet die „Newe zeittunge von Münster“ a. a. O. S. 502, „eine seiner haufsfrawen der ursache, das sie gerne mit andern weibern, so aus der stadt gewichen, gezogen were, eigner person ir haubt abgeschlagen.“ H. Dorp, der auch den Namen der Unglücklichen nennt, sagt (Bl. G 2): „Als nu der hunger ... gröfser wardt ..., sagt eine von den Königinnen, Els Gewandscherers genant, zu den andern irer mitköniginnen, sie gleubte nicht, das dis Gotts wille were, das man das arm volck so todt schmachtet odder hungerte ... Dis sagen die andern königinnen dem könig an ...“ Bei Joh. Fabricius Bolandus, der zugleich mit H. Dorp Quelle für Herm. Hamelmann S. 1272 f. ist, heifst es Bl. Y 7:

„Fama fuit miseram solum petiisse libellum,
Qui rata coniugii solvere iura solet;
Namque novi reputans immania crimina regni
Hac propere tutam captat ab urbe fugam.
Dixit et indignum sibi religione videri
Vera, quod miseros enecet atra fames ...“

Auch Justinian v. Holtzhausen giebt in seinem Briefe vom 29. Mai an seinen Vater (M. G.-Q. II, 344) an, dafs die Frau „hot wollen auslauffen.“ Vereinzelt steht die Erzählung des L. Hortensius S. 46: „Uxorum regiarum una, civis Monasteriensis, iurgium in regia adversus unam aliquam thori sociam moverat, quod ad aliarum ingenium se accommodare noluisset.“ — Johann selbst äufsert sich in seinem Verhöre am 25. Juli (s. J. Niesert: U.-S. I. S. 181; vgl. auch M. G.-Q. II, 373): „Sein wiff ist gekoppet worden darumb, dat se den gloven und ehme ungehorsam ist worden und van ehme tredden wolde.“ Indem C. Heresbach die Hinrichtung der Else Wantscherer kurz erwähnt, fügt er (S. 23) hinzu: „Neque hoc (rex) aliter excusabat coram principe nostro“ (gemeint ist der Herzog von Cleve), „me cum multis aulicis ... auscultante, quam quod uxor profugere voluisset.“

Digitized by Google

et fraus, tua levitas, inobedientia et rebellio patescit.“ Eam itaque in forum protractam suis manibus in conspectu totius populi omniumque pellicum 12. Iunii gladio ferit pedibusque 12. Juni. cadaver conculcat. Hac caede immani peracta reliquae pellices hymnum „Gloria in excelsis“ cantillant. Inde rex cum aulicis suis in foro publico choreas satis lascivas ducit et suum facinus impietate decollatae puellae purgat. „Scortum,“ inquit, „erat et ad seditionem semper prona. Ideo Pater eam e medio tolli iussit[1].“

Hensulus Eckius Langestratius, exiguae staturae miles, ingenio vero eximio et vaferrimo, qui ante menses aliquot desertis

---

[1]) Diese näheren Umstände der Hinrichtung giebt Kerss. in Uebereinstimmung mit H. Dorp. Vergl. auch Joh. Fabricius Bolandus. Das unbestimmte Datum bei H. Dorp „nach Purificationis Marie“ (2. Febr.) hat Kerss. zwar verändert, aber nicht richtig, denn die Hinrichtung fand bereits im Mai Statt, nach der „Newen zeittunge“ a. a. O. „am abend des Herrn leichnam“ (25. Mai), nach dem Briefe des Justinian v. Holtzhausen vom 29. Mai am 27. Mai. — Ant. Corvin behauptet in seinem Schreiben an G. Spalatin Bl. A 4, der König habe die Hinrichtung vollzogen „in reginae palatio, fortassis ut caeteris timor incuteretur. Quod facinus cum ego illi post perinde atque barbarum ac Scythicum obiicerem, respondit se, quicquid huius fecerit, iubente atque imperante Propheta fecisse.“ Die gezwungene Anwesenheit der übrigen Frauen Johann's erwähnt ausdrücklich noch die „Newe zeittunge“ und fügt hinzu, unter ihnen sei eine gewesen, „die ir antlitz, solchs nit anzusehn, darvon gewendet hette, der wolt er gleichermafsen gethan haben.“ Gerüchte über Unthaten des Königs mögen genug ausgesprengt worden sein. So schreibt Justinian v. Holtzhausen schon am 21. Mai seinem Vater (M. G.-Q. II, 336), und das ist unvereinbar mit seinem späteren Briefe, der König habe zwei seiner Frauen, „so widder in geret haben,“ richten lassen. — In den öfter angeführten Bekenntnissen der beiden Knaben Herm. Mollenhecke und Joh. Huttman vom 8. Juni (St.-A. Marburg) findet sich folgende Aussage: „Es ist war, das der konig Johan von Leden konig ist und hat 14 frawen gehabt. Deren eine hat geheifsen Anna Wantscherersche. Die hat im ingeredt ... und wolt hinaus. Die nam der konig und setzte sie in den keller, das ist in das gefengnus, und darnach hieb der konig selbst ir mit eynen degen us seiner rede eins, genant Gert von Nygehus, scheiden den kopf ab. Das hat der kleine geseen. Und hab nicht reyn abgehawen. Da kam einer, heist Ludger Wechhacke, der schneidt ir den kopf vollig ab.“ — Kurz erwähnt ist die Hinrichtung noch in der Münsterschen Bischofschronik (M. G.-Q. I, 335) und von D. Lilie S. 236. Sehr auffallend ist, dafs H. Gresbeck den Vorgang mit keinem Worte berührt.

Digitized by Google

castris in urbem transfugerat statimque a rege praefectus vigilum designatus[1], cum se aliosque plebeos summa rerum penuria laborare spemque nullam diu expectatae liberationis superesse, sed acerbiorem vitae sortem et nihil nisi extremam desperationem imminere animadverteret, de elabendi ratione cum octo aliis militibus clanculum consultat[2]. Hi certissimum sibi exitium brevi impendere videntes, quod evitare non queant, nisi se aliquo casu eripiant, fortunam ergo tentandam esse existimant, aleam iaciendam et periculum anceps, in quo spes aliqua evadendi sit, potius subeundum, quam spe vitae prorsus destitui; Deum forte coeptis
*p. 609. suis aspiraturum. Hi itaque circa festum Viti[3] simul urbe *ela-

[1]) In der oben S. 529 Anm. 2 citierten „Reckenschop und nawisinge der uthgiffte" des Hinricus Flyncterinck im St.-A. M. heifst es zum Jahre 1534, dafs im bischöflichen Lager „Hensseken vhan der Langenstraten gudensdage nha den sondage Jubilate" (29. April) „tho eynen schantzmeister verordent" wurde. Er ging später zu den Münsterern über (vgl. auch oben S. 675 Anm. 2). Nach Angabe der „Hofordnung" Johann's v. Leiden hat ihn Kerss. oben S. 649 unter den königlichen Trabanten aufgeführt. S. auch den Bericht Wirich's v. Dhaun auf dem Tage zu Worms im November 1535 (M. G.-Q. II, 393). — Nur der Bericht des Herm. v. Mengersen in der „Newen tzeittung" Bl. A 2 (vgl. P. Bahlmann: Bibl. 1535 Nr. 17) enthält die auch von Kerss. hier gegebene Namensform „Hans Ecke von der langen strafsen." Sonst heifst er stets nur Hans von der Langenstraten.

[2]) Nach H. Gresbeck S. 194 entflohen mit Hans von der Langenstrate zusammen noch 4 Andere, darunter H. Gresbeck selbst und einer, „Hensken von Nimwegen." Die Namen der Uebrigen nennt er nicht. Kerss. hat von der wichtigen Rolle, die H. Gresbeck bei der Eroberung der Stadt spielte, offenbar keine Kenntnis. Seine Darstellung beruht hier und im Folgenden teils auf mündlicher Ueberlieferung, teils auf den schriftstellerischen Quellen, die ebenfalls die Vorgänge durchweg nur von einseitigem Standpunkte, und zwar von dem des bischöflichen Interesses, wiedergeben. Vergl. dazu die Darlegungen von C. A. Cornelius im „Histor. Taschenbuch" 5. Folge 2. Jahrg. (Leipzig 1872) S. 231 ff. Von den gleichzeitigen Flugblättern hat nur die „Historia der belegerung ..." (abgedruckt in der Zeitschr. 17 S. 236 ff.) H. Gresbeck's Wirksamkeit berührt, ohne aber seinen Namen zu nennen. Später giebt Herm. Hamelmann S. 1279 zwar an, dafs H. Gresbeck Gnade erlangte, „quod potiundae urbis rationem ostenderet." Aber ganz unzutreffend fügt er sofort bei: „interim liber factus non satis fidit hosti, sed clam aufugit." Akten, die genaueren Aufschlufs hätten geben können, hat Kerss. nicht benutzt. Vgl. die Einleitung.

[3]) 15. Juni. Dieses Datum ist falsch. Als Tag der Flucht steht der 23. Mai fest durch die bestimmte Angabe H. Gresbeck's S. 194 und

Digitized by Google

buntur et dum diversis in locis septa regni penetrare moliuntur, (23. Mai.) septem eorum strepitu imprudentius concitato a vigilibus nocturnis excipiuntur et mactantur. Hensulus vero et Conradus Sobbius multas in circuitu vigilum stationes explorant facilioremque elabendi locum perquirunt; quo invento Sobbius prior opus agricolarum, hoc est septum regni, quo tota urbs circumducta erat, transit, sed cum aggere sentibus et spinis irretitus haereret, strepitum concitat, quem ab equis in regno pascentibus fieri vigiles opinantur ideoque minus de eo motu solliciti. Evadunt[1] itaque non sine coelesti numine feliciter, ut ille, cuius consilio et auxilio urbs capi debebat, in vita conservetur, ne tot annorum opus et labores una dies flammis perderet. Constituerant enim oppidani absumpta omni annona et spe amissa omnibus praesidiis destituti opes urbis in aliquot aedes congerere ac urbe plurimis in locis inflammata armatam eruptionem facere fortunaeque arbitrio se omniaque sua committere[2]. Hammonam cum venissent, Sobbius sese subducit. Est autem Hammo oppidum non ignobile terrae Marcanae in confluxu Lupiae et Azae

---

Wirich's v. Dhaun (M. G.-Q. II, 359 u. 393). Auch Justinian v. Holtzhausen schreibt am 1. Juli dem Rate zu Frankfurt a. M. (M. G.-Q. II, 364), dafs H. Gresbeck vor der Eroberung der Stadt (25. Juni) 4 bis 5 Wochen gefangen gewesen sei.

[1]) So ausführlich berichtet nur Kerss., vielleicht auf Grund mündlicher Tradition. Er allein überliefert den Namen des Konrad Sobbe, den er aber gleich weiter unten von seinem Genossen sich wieder trennen läfst. Aus bester Kenntnis erzählt H. Gresbeck S. 201: „Hensken von der langer Straten qwam self derde uber die schantze und qwam dairvon. So was ein bei Hensken bleben, und der derde was seinen wegh gegangen, so fro als sie over die schantze weren gekhomen.“ Die übrigen Quellen erwähnen den Gefährten nicht. — Schon C. A. Cornelius a. a. O. S. 236 that die innere Unwahrheit und die Sagenhaftigkeit der Erzählung im „Warhafftigen bericht“ Bl. A 3 (Zeitschr. 33 S. 8 f.) dar, nach der Hans von der Langenstraten sein Entweichen aus der Stadt dadurch ermöglichte, dafs er dem König verräterischer Weise vorspiegelte, er wolle „praband und drey hundert knecht innerhalb fierzehen tagen in die statt lifferen.“ Ganz ähnlich schreibt die Münstersche Bischofschronik (M. G.-Q. I, 336) und, rhetorisch ausgeschmückt, Herm. Hamelmann S. 1279 f.

[2]) So auch Joh. Fabricius Bolandus Bl. Z 1. Sonst spricht nur noch H. Gresbeck von der Absicht der Münsterer, im Notfall die Stadt einzuäschern.

Digitized by Google

situm. Hensulus vero Meinardi Hammonii, praeclarissimi sui temporis per Germaniam militiae ducis, sub quo stipendia olim fecerat, tecta subit ibique, ut erat homo mediocriter facundus, quae miseria, quae calamitas sit *in*[a] urbe Monasteriensi, commemorat[1], quam sint inedia et fame oppidani attenuati, deturpati, exhausti et fracti, quam viribus destituti, ut difficile non fuerit exigua militum manu tota urbe potiri; se inediae et calamitatis pertaesum elapsum esse, ut periculum toti urbi omnibusque opibus impendens, quas flamma alioqui absumeret, avertat; se, si princeps periurii transfugiique culpam remittat, si omnis admissi flagitii maculam abluat, si laboris et periculi solatium seu

[a]) *fehlt im Ms.*

---

[1]) Vgl. Joh. Fabricius Bolandus a. a. O., der von Hans von der Langenstraten sagt:

„Et cum praecipue te nosset, adire paravit
Confugiens ad opem, magne Menarde, tuam.
Exponens faciles capiendi moenia causas
Conceptus animi detegit ille sui."

Auch H. Gresbeck schreibt S. 201: „So is Hensken von der langer Straten getogen na dem Hamme selfs anderde na Meinert vom Hamme, welcher Meinert vom Hamm ein houptman gewesen ist under den lantzknechten. So heft Henseken von der langer Straten geraitschlagt mit Meinert vom Ham, wolde mein g. h. von Monster innen tho gnaden nemen und wolde ime begiftigen, hei wolde dem bischof von Monster die stat lieveren." Unter den gleichzeitigen Flugblättern wird Meinhard nur erwähnt in dem „Warhafftigen bericht" a. a. O. Vgl. sonst D. Lilie S. 257 und Herm. Hamelmann S. 1280 f. Ganz ungenau ist die Erzählung des L. Hortensius S. 71. Die Münstersche Bischofschronik (M. G.-Q. I, 336) weifs, dafs der Flüchtling nach Hamm entkam, meldet aber Nichts von dessen Verkehr mit Meinhard. Auch in den gleichzeitigen Akten und Briefen ist von diesem Verkehre nicht die Rede. Bemerkenswert aber ist der Bericht Wirich's v. Dhaun und der Kriegsräte auf dem Tage zu Worms im November (M G.-Q. II, 393 f.). Danach erfuhr Wirich, nachdem er sich bereits entschlossen hatte, auf die Angaben H. Gresbeck's hin die Eroberung der Stadt zu versuchen, dafs Hans von der Langenstraten in Hamm sei. Er befahl sofort, denselben anzuhalten, „damit wir ine, wie unsern gefangen, umb secher gelegenheit, die stat zu erobern, befragen mochten." Als aber Kundschaft kam, fährt der Bericht fort, dafs „Henssgin von irer f. g. gleid erlangt und in handlung mit irer f. g. gestanden, haben wir gegen ime furzunemmen underlassen."

Digitized by Google

praemium sibi donet, capiendae urbis rationem et consilium daturum; se victoris exercitus ductorem futurum, se in prima acie iturum, se primam itineris glaciem rupturum, se primis periculis caput suum obiecturum; se, cum vigilum praefectus fuerit, omnes arcanos meatus novisse, sibi munitionis et urbis vias esse cognitas, se locum impressioni accommodum et mente et oculis designasse, se cum militibus laetam sine dubio victoriam reportaturum. Militum vires esse re*centes, ipsos esse impavidos, ro- *p. 610.
bustos armisque exercitatos, hostem vero diuturna inedia debilitatum, vires illius longa fame esse attritas et fractas; sanguinem fervidum et validum in saniem frigidam et debilem sordidi victus causa commutatum, ipsum vix membra sine armis, nedum arma movere posse. Simulque consilii sui rationem explicat. Maturandum autem esse suadet, ne communis totius urbis flamma, ad quam in extremo periculo oppidani desperantes sint confugituri, hanc impressionem antevertant, ne horrendum incendium urbem devastet et deleat, ne praedam, quam iam diu miles avide expectavit, flamma absumat[1].

Hammonius, qui consilio Hensuli in diversa militia aliquoties feliciter usus fuerat, auditam capiendae urbis rationem altius secum volvit[2]. Ubi vero nullam commodiorem excogitari posse animadvertit, continuo rem totam per literas principi significat tutum commeatum pro transfuga, quem adhuc apud se

---

[1]) Bei Joh. Fabricius Bolandus a. a. O. heifst es von Hans von der Langenstraten:

„Doctus in arte sua, quam saepius ante probarat,
Spem facit haec pauco milite posse capi.
Idque prius, totam quam flamma voraverit urbem
Impia detque furens damna parata focis;
Nam dapibus plane consumptis urere sectam
Hos ita capturam constituisse fugam.
Saevitiae fatum per bella cruenta petendum
Omnibus instantis praeposuisse famis."

Auch H. Gresbeck S. 214 erzählt, dafs er habe sagen hören, wenn die Stadt bis auf den letzten Mann gehalten sei, „so wolden sie hebben die stat angestecken und hebben sie gebrant in den grunt."

[2]) Ganz ähnlich sagt D. Lilie S. 257: „Bedachte Meynart einen snellen raidt, wu he Hanseken in vortiden in sinen ansclegen gebruket hedde, de em gelungen."

Digitized by Google

retinet, postulans. Princeps militiae pertaesus et devastationem urbis, quae per flammam futura sit, metuens Hensulum non solum libero commeatu munitum, verum etiam magnificis promissis illectum [1] nocturnis itineribus per fidissimos quosque ministros, ne res prodatur, primum Horstmariam, inde opertum frondibus in curru iacentem, quasi ferinae carnes in eo vehantur, Willinckhegam transferri iubet [2]. Est autem Willinckhega Ioannis Steveningi habitatio, quae dimidium fere miliare abest ab urbe. Huc praecipua dioecesis capita et militiae duces coeunt de strategemate et consilio Hensuli altius cum eo consulturi. Et cum ultro citroque rem aliquamdiu volvissent meliorique mentis parte pertractassent, Hensuli consilium per Dei gratiam profuturum non dubitassent, periculum invadendae urbis se fac-

---

[1]) In einem Notariats-Instrumente vom 5. Dezember 1536 (Kopie im St.-A. M.) erklärt Hans von der Langenstraten, dafs er von dem Pfennigmeister im Namen des Bischofs und der ganzen Landschaft „entfangen hedde 50 Emeder gulden, de ehme tho eyner vererunge gegeven und gelavet weren." Fortan habe er keine weiteren Ansprüche zu stellen.

[2]) Ergänzend tritt hier H. Gresbeck's Bericht hinzu. Er erzählt S. 198 ff. von sich selbst, wie er im Gefängnis „heft contrafetet alle die vestnis und alle die erthueser und porten umb die stat her, und heft auck contrafetet die gantze stat, und heft ouck eine glicknis gegraven in die erde na der stat Monster ..." (Vgl. dazu den Brief Justinian's v. Holtzhausen vom 1. Juli an den Rat der Stadt Frankfurt und Wirich's und der Räte Bericht für Worms [M. G.-Q. II, 364 u. 393].) Mit eigener Lebensgefahr hat er dann, beobachtet von einigen Kriegsräten und Hauptleuten, während der Nachtzeit an Ort und Stelle den Beweis erbringen müssen, dafs sein Anschlag, heimlich in die Stadt zu kommen, geraten könne. Inzwischen, fährt H. Gresbeck fort, der wiederholt (S. 199 u. 214) betont, er sei „der aller irst gewest, der den hern den anschlagh heft gegeven," erhielt Hans von der Langenstraten von Hamm aus freies Geleit vom Bischofe, dem er seinen Anschlag eröffnen liefs. In Bevergern wurden die Flüchtlinge einander gegenüber gestellt, und hier wurden die ersten Vorbereitungen zum Ueberfall getroffen, die auch Kerss. gleich erwähnt. Nach Beendigung derselben wurden beide Ueberläufer erst nach Wilkinghege, darauf nach Schönefliet geführt und endlich nach Haus Körde, wo, wie H. Gresbeck angiebt, ein grofser Kriegsrat Statt fand, zu dem aber nur Hans von der Langenstraten, nicht er selbst, zugezogen wurde. — Die übrigen schriftstellerischen Quellen bieten keine Einzelheiten.

Digitized by Google

turos decernunt[1]. Indicitur ad eam rem tentandam nox illa, quae D. Ioannis Baptistae nativitatem a Lebuini feriis dirimit[2]. Et quanquam Hensulus trecentos armatos ad recuperandam urbem sibi sufficere existimaret, consilio tamen ducum quadringenti ex omnibus castris longo armorum usu fortissimi atque exercitatissimi deliguntur[3], quorum Wilkinus Stedingus praecipuus ductor

---

Ut autem haec comitiorum dispositio et decreta restitutio perficiatur, per Ferdinandum regem Romanum pro commissariis deputantur et designantur electores et principes Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis, Iuliacus, Hessus, Wilhelmus generosus a Nassauw comes et civitas Coloniensis, ut hi suos legatos ad diem Lunae post dominicam Reminiscere, quae fuit 5. Martii futuri anni 1536, Tremoniam mittant, qui hinc imperii impensis et sumptibus Monasterium superiorem ordinationem et restitutionem exequendi gratia contendant [2].

Impendia huius legationis a pecunia in communem imperii usum collocata et apud Trevirensem deposita commissarii recipient [3].

---

[1]) Die Urkunde soll auch die Verpflichtung enthalten, der hier gegebenen Ordnung nachzuleben und allen Verfügungen nachzukommen, die die Kommissarien in Ausführung des Wormser Abschiedes vom 25. April treffen würden.

[2]) Kerss. ist hier ungenau. Nicht der König, dessen Ermessen es vielmehr überlassen bleibt, einen Rat zu schicken, sondern die Stände bestimmen sogleich, dafs alle geistlichen und weltlichen Kurfürsten je einen Rat absenden sollen, ebenso je einen Rat von Seiten der geistlichen Fürsten die Bischöfe von Worms und Lüttich, von Seiten der weltlichen Fürsten der Herzog von Cleve und der Landgraf von Hessen, von Seiten der Prälaten der Propst von Ellwangen, von Seiten der Grafen Graf Wilhelm von Nassau und von Seiten der freien Städte die Stadt Köln. — Der Montag nach Reminiscere fiel im Jahre 1536 nicht auf den 5., sondern auf den 13. März.

[3]) Die sonstigen Artikel des Abschiedes, die Kerss. unerwähnt läfst, betreffen fast ausschliefslich nur noch finanzielle Dinge. Bemerkenswert ist aber, dafs den Münsterschen Gesandten auf ihre Instruktion erst am 19. November Antwort erteilt wurde, als sie bereits in der dritten Woche sich in Worms aufgehalten hatten, und nachdem der Abschied, der ja vom 20. November datiert, schon fertig gestellt war. Als sie Bedenkzeit zur Gegenäufserung erbaten, hiefs es, es sei von den Ständen „der mererteil verritten. Darumb solten die rethe und gesanten ir bedenckens und antwurt kurtz machen. Dan sie, die commissarii und botscafften, kunten in so geringer antzall nichts oder gar weynich im abschiedt oder ordnung verenderen.“ Die Münsterischen Gesandten entgegneten darauf, dafs, wenn sie zu den Beratungen zugezogen worden wären, „die commissarii und stendt solten vill ein ander ordnung, die unsem gnedigen hern und der lantscafft ... liedlich, der sachen gemees und nit so hoich beschwerlich gewesen,

Digitized by Google

*Cum ante supplicium rex ille scenicus quibusdam prin- *p. 627.
cipibus spectandus fuisset exhibitus, reductus est Bevergernam atque illius arcis custodia firmiori concluditur. Knipperdollingus vero et Krechtingus in vinculis Horsthmarianis discretis detinentur[1]. Ad hos omnes diversis quidem temporibus Antonius Corvinus et Ioannes Kymeus admissi de diversis articulis colloquia miscent, videlicet de regno Christi, de magistratu, de baptismo, de coena Domini, de humanitate Christi, de matrimonio aliisque rebus male intellectis cum illis agunt. In his collationibus rex scripturae sacrae ab his viris adductae propemodum acquiescere visus est, sed Knipperdollingus ac Krechtingus adeo sui cerebri fuerunt, adeo praefracti, adeo pertinaces adeoque duri, ut neque scriptura neque ratione ulla mollirentur. Quare in his duobus parum fructus illa scripturarum collatio operatur[2].

---

haben uffgericht, oder diese ordnung verandert und gemiltert." Jetzt hofften sie das nur noch von der für Münster bestimmten Kommission.

[1]) Kerss. schöpft hier, wie im Folgenden öfter, aus dem Briefe des Ant. Corvin an Georg Spalatin Bl. B 1v ff. Der König sei, heifst es da, „spectaculi vice huc atque illuc" geführt. Aehnlich sagt auch die Münstersche Bischofschronik (M. G.-Q. I, 337), während nach H. Dorp Bl. G 3 und Joh. Fabricius Bolandus Bl. BB 2 zugleich mit dem Könige auch seine Mitgefangenen zur Schau gestellt wurden. D. Lilie S. 263 berichtet, wie der Bischof den Wunsch des Herzogs von Cleve erfüllte, indem er demselben den König zum Sparenberge bei Bielefeld zusenden liefs (vgl. auch H. Hamelmann S. 1295). Bei dieser Gelegenheit hat C. Heresbach (s. S. 22) den Gefangenen gesehen. D. Lilie fügt hinzu: „Also is van dem koninge ein monstrum unde schouwspel geworden ..., ock mannich spitzich wordt moste (er) horen." Aber auch der König hat es an spitzigen Reden nicht fehlen lassen. Beispiele dafür bringt H. Dorp Bl. G 3v bei, ferner der „Warhafftige bericht" Bl. B 3 (Zeitschr. 33 S. 15 f.), „Des Münsterischen Königreichs An- und abgang" Bl. A 1v (Zeitschr. 27 S. 268) und Joh. Fabricius Bolandus a. a. O. Ant. Corvin und Joh. Kymeus gegenüber bekennt Johann: „Das er aber erstlich, da er sey gefangen worden, unserm g. f. und h. von Münster und aller Oberkeit keine Reverentz erzeigt habe, sey geschehen aus den ursachen, das er seine Autoritet und ansehen bey den Teuffern nicht hat verkleinern wöllen ..." (Gesprech Bl. g 1.)

[2]) Von diesen im Januar 1536 mit den Gefangenen gehaltenen Gesprächen gibt Ant. Corvin in seinem Briefe an Georg Spalatin a. a. O. eine kurze Inhaltsangabe; ausführlich, „beynahe von wort zu wort," wie er sagt, fügte er das Gespräch mit Johann als Anhang dem Drucke der „Acta etc." hinzu. (Ueber die Drucke vergl. P. Bahlmann: Bibl. 1536 Nr. 3 u. 4.)

Digitized by Google

Annus 1536.

Tandem die Mercurii ante festum Antonii Abbatis, quae
(19. Jan.) fuit 12. Ianuarii, Monasterium ad supplicium transvecti sunt[1]
ibique ad diem Saturni post Antonium, quae fuit Vincentio

Mit Johann v. Leiden wurden zunächst die von Kerss. nach Ant. Corvin's Brief angegebenen Materien besprochen (nur vergifst Kerss. auch das Thema de iustificatione zu erwähnen). In dieser Unterredung näherte sich der König allein in der Frage über die Rechtfertigung durch den Glauben der Ansicht der hessischen Predikanten, während er in den anderen Stücken den ihm entgegengebrachten Argumentationen nicht nachgab. Nach etwa acht Tagen wünschte der König eine abermalige Besprechung, die ihm mit Genehmigung des Bischofs auch gewährt ward. Sie dauerte zwei Tage. „Und wiewol wir," schreibt Ant. Corvin: Gesprech Bl. F 4, „gröfsern glimpff, denn vorhin, bey im funden, so haben wir doch nichts anders vermercken können, denn das er errettunge seines lebens suchte. Denn also sagte er ungezwungen, ungedrungen, aus eigener wilköre: Wenn man in wolle zu gnad nemen, wolle er mit hülffe Melcher Hoffmans und seiner Königinnen alle Teuffer, deren denn in Holland, Brabant, Engeland und Friesland uberaus viel seien, bereden zum stilschweigen und gehorsam ..." Nach dieser Unterredung brachten die Predikanten den Kern der Aeufserungen Johann's zu Papier und liefsen das Schriftstück von dem Gefangenen unterzeichnen. In anderen Stücken nachgiebig, blieb er standhaft bei seiner Verwerfung der Kindertaufe und bei dem Bekenntnisse, „er könne in keinem wege gleuben, das Christus von Marien fleische etwas an sich genomen habe, ob er wol von ir geboren sey." Er versehe sich aber, fügt er hinzu, wenn man ihn begnadige, die Wiedertäufer in Bezug auf diese Lehren zum Schweigen zu bringen. — Die mündliche Unterredung mit Knipperdolling und B. Krechting in Horstmar giebt Ant. Corvin nicht wieder. Er führt nur an, dafs „sehr ungeschickte antwort" gegeben worden sei, und fügt dann schriftliche Erklärungen bei, die von den Gefangenen in Sachen der Mortifikation, der Kindertaufe, der Gütergemeinschaft und des leiblichen Reiches Christi verfafst waren, in denen die Predikanten aber „gar keine besserunge" verspürten. Die von Ant. Corvin und Joh. Kymeus in Form eines Briefes aufgesetzte Gegenerklärung bildet den Schlufs des Druckes der „Gespreche." — Von den Unterredungen berichtet kurz auch D. Lilie S. 263, der die Predikanten bereits am 29. November beim Bischofe in Iburg eintreffen läfst. Er irrt, wenn er angiebt, dafs auch der König in Allem verhärtet geblieben sei.

[1]) Richtiger wohl am Mittwoch nach Antonius, am 19. Januar, wie das Flugblatt „Des Münsterischen Königreichs ... An- und abgang" Bl. A 2

Digitized by Google

martyri sacra et 22. Ianuarii[1], in carcere asservantur. Ante curiam vero ex tribus curribus roboreis asseribus contectis scena ac theatrum extruitur[2], ut sit locus editior et a populari concursu remotior; in cuius medio palus numellas versatiles affixas habens eminet, unde ad altitudinem unius cubiti supra asseres transversum extat lignum, cui supplicio adiudicati diductis cruribus insideant.

Rex[3] pridie, quam publico iudicio sisteretur, interrogatus, (21. Jan.) cuperetne ecclesiasten, qui se scriptura sacra consoletur et cum quo de salutis aeternae negotio, cum postridie moriturus sit, serio agat, respondet se illud magni beneficii loco habiturum, si dominum Ioannem a Siburgh, principis sacellanum, ad se collo-

---

(Zeitschr. 27 S. 269) angiebt, welches hinzufügt, dafs am folgenden Tage mit den Gefangenen Verhöre angestellt wurden (die Bekenntnisse sind abgedruckt M. G.-Q. II, 398 ff.). Den 19. Januar als Tag der Ueberführung nach Münster nennt auch D. Lilie S. 264. Ant. Corvin giebt in seinem Briefe an Georg Spalatin kein Datum, Herm. Hamelmann S. 1295 nennt den 20. Januar. Ganz irrig läfst H. Dorp Bl. G 3v das „umbfuren“ „bifs auf Purificationis Marie“ (8. Febr.) 1536 dauern.

[1]) In den Abschied des Tages zu Worms vom 20. Nov. 1535 war auch die Bestimmung aufgenommen worden, den Bischof durch seine Gesandten anhalten zu lassen, den Gefangenen „ir geburlich straff furderlich widderfaren zu lassen, und sie lenger gefencklich nit zu halten, sorg und kunfftige geferligkeit irenthalben zu verhueten und ferrer beschwerlichen nachtail und schaden zuvorkumen.“ Im Dezember schrieb denn auch der Bischof aus Iburg dem Erzbischofe von Köln und dem Herzoge von Cleve, dafs die Hinrichtung für den Januar 1536 bestimmt worden sei. Es scheint auf einigen Seiten Neigung vorhanden gewesen zu sein, wenigstens den König noch länger in qualvoller Haft zu behalten. Denn die Instruktion, die der Erzbischof von Köln am 11. Januar seinem Gesandten Ambrosius v. Virmunden nach Münster mitgab, schliefst mit den Worten (Kopie im St.-A. M.): „Sult auch vor guit angesehen werden, das der vermeinter konig nit alsbalde umbzubrengen, sonder zum spiegell der welt ein zeit lanck, als ungeverlich ein viertheill oder halb jar, in einem weitheren oder gerumen korbe, darinnen er sich legen mocht, mit gekurtzter zunge ufgehangen und biss zu der zeit, das er entlich gerechtfertigt werden sult, doch kummerlich ernert und erhalten werden sult, dasselb soll uns nit zuwidder sein.“

[2]) So nach dem „... An- und abgang“ a.a.O. Vgl. auch D. Lilie S. 265.

[3]) Das Folgende ist teilweise wörtlich dem Briefe Ant. Corvin's an G. Spalatin Bl. C 1 entnommen. Corvin war bei der Hinrichtung zugegen.

Digitized by Google

quii causa admittant. Huius itaque opera per totam noctem usus est. A quo ita permotus et immutatus est, ut nihil praeter suam impietatem, caedes, rapinam, impudicitiam aliaque flagitia defleret et detestaretur seque decies mortem acerbissimam commeruisse diceret ac omnes errores suos praeterquam de baptismo et humanitate Christi privatim in carcere revocaret[1]; quod idem erat publice facturus, si licuisset. Nam cum metuerent ipsum
*p. 628. ea in vulgus sparsurum, unde maioris mali occasio fuisset *orta, non sunt passi tempore supplicii ipsum publice loqui. Sibi quoque dolere dixit, quod Lantgravii saluberrima consilia saepe pro nihilo duxerit et arroganter contempserit[2]. Praeterea se optare, Divaram uxorem suam simili poenitudine commissorum flagitiorum duci[3]. Et cum Siburgh se id illi renunciaturum diceret: „Nequaquam," inquit ille, „tibi ista dicenti credet, neque facile illi persuadebis me doctrinam meam tanquam erroneam recantasse, nisi certo signo id a te probetur." Refert ergo hoc signi loco, quod illa tenente lumen pediculorum inguinariorum

---

[1]) „Qui" (Johann v. Syburg), schreibt Ant. Corvin, „postea ad nos reversus miram fuisse miseri hominis poenitentiam renuntiavit, adeo, ut etiam ingenue confessus sit, si decies occidi possit, mortem certe decies meritum esse se; et tamen induci non potuisse, ut errorem de baptismo ac humanitate Christi recantaret." Die Unterredung mit dem bischöflichen Kaplan erwähnt auch der „... An- und abgang," nennt aber den Namen nicht. „Auff solche des Capplans handlung," heifst es dann, „hat sich der König als geirret bekent, sein handlung berewet und als unrecht, das kein grundt hab, widerrufft, sich auch zu dem rechten heiland Christo bekert, im zu helffen und seine sünd zu verzeihen angerufft." Vgl. dazu Herm. Hamelmann S. 1295, der hier neben Johann v. Syburg auch noch einen Kaplan Stephanus Krontingius Dulmoniensis anführt, der identisch ist mit Steffen Crumtunger, welcher nach D. Lilie S. 274 „ein lesemeister tom Barvoten im cloister to Munster is gewest." Er trat später zu St. Johann in Osnabrück energisch gegen die Päpstlichen auf und wurde hernach Pastor in Petershagen (s. Herm. Hamelmann S. 1136 und C. Stüve: Gesch. des Hochstifts Osnabrück Tl. 2 [Jena 1872] S. 87 f.).

[2]) Nach Ant. Corvin's Brief hat der König noch gesagt: „Quod si praesens Landgravius esset, suppliciter se eius delicti veniam oraturum, id quod nunc a Corvino ac Kymeo, quam primum in patriam redeant, fieri cupiat."

[3]) Dieses und das Folgende berichtet nur Kerss. Danach hätte man dem König, was wenig wahrscheinlich ist, den Tod der Divara verschwiegen.

Digitized by Google

latibulum, nempe pubem suam, abraserit. Per totam ergo noctem domini Siburgi colloquio et consolatione rex fruitur. Alii vero a sacerdotum colloquio abhorrent praesentiamque eorum aversantur[1] sibi Patris coelestis praesentiam sufficere dictitantes.

Inde post octavam horam antemeridianam die 22. Ianuarii portis oppidi conclusis captivi a carceribus ad forum producuntur, ibique scenam extructam scenicus ille rex cum suis aulicis ascendens provolvitur in genua Patremque suo more iteratis vocibus invocat[2]. Hinc surgentes circumspectant, nunc carnificum turbam, nunc palum numellarium locumque supplicii, nunc principem in aedibus Iodoci Holthufs ex adverso sedentem[3], nunc populum circumfusum, nunc ferreos duos focos et carbones prunasque candentes ipsis impositas, nunc forcipes quatuor ipso etiam aspectu horribiles, nunc turrim Lambertinam, ad quam ferreis receptaculis post supplicium inclusi pasturi alites coeli suspenderentur, miserrimo vultu intuentur. Interea carbones follium flatu a spiculatoribus excitati strident crepitantque, ac forcipes foculis impositae excandescunt. Ioannes Wesselingk, iuris licentiatus ac iudex urbis, cum assessoribus Hermanno Herden ac Melio Herten aliisque iudicii ministris theatrum conscendit[4] atque ibi captivorum causa iudicaturus pro tribunali

22. Jan.

---

[1]) So auch bei Ant. Corvin und im „... An- und abgang."

[2]) Die Angabe der Tageszeit „umb 8 uhr ungeferlich vormittag" findet sich in dem „... An- und abgang," ähnlich bei D. Lilie a. a. O. Auch berichtet das Flugblatt von dem Schliefsen der Thore. Doch geht aus den Quellen hervor, dafs, im Gegensatz zu Kerss.'s Schilderung, die Hinrichtung der Gefangenen nicht zu gleicher Zeit Statt fand, sondern erst Johann v. Leiden gemartert und getödtet ward, dann Knipperdolling und zuletzt Krechting. Ausdrücklich sagt besonders der „... An- und abgang," man habe sie „vom leben zum todt bracht je einen nach dem andern, das keiner, wes todts sein mitgeselle umbkommen odder mit ime gehandelt worden, wissens gehabt."

[3]) Nach dem „... An- und abgang" ist am 19. Januar „auch der Bischoff von Münster sampt den Kölnischen und Gülchischen Räthen und gesandten ungeverlich mit 3 hundert pferden auch zu Münster eingeritten." Dieses Flugblatt ist wohl die Quelle für Joh. Sleidan a. a. O. fol. 158 gewesen, dem wieder H. Hamelmann S. 1295 folgt. Sonst ist die Anwesenheit des Bischofs in den gleichzeitigen Quellen nicht besonders erwähnt.

[4]) Die Namen des Richters und der Beisitzer nennt nur Kerss., der

Digitized by Google

insidet. Continuo rex accusatur, quod in Deum et magistratum deliquisset, errores anabaptisticos conciliis sanctorum Patrum et legibus civilibus damnatos resuscitasset, sacramenta omnia contaminasset, templa et aedes sacras diruisset et diripuisset, sacra profanasset, seditionem concitasset, magistratum legitimum deiecisset, se propria auctoritate substituisset et contra ius commune regem fecisset maiestatisque crimine se contaminasset, cives
*p. 629. omnibus *bonis exutos urbeque eiectos in luctuosum exilium profligasset, quae omnia tam sint manifesta ac omnibus per Romanum imperium tam supremi quam infimi ordinis hominibus ita sint nota, ut probatione nulla egeant. Respondet[1] se quidem magistratum, non autem Deum offendisse. Quasi vero non offendat Deum, qui ordinationem illius contemnit et evertit! Anabaptismum autem et seditionem a se in perniciem magistratus commotam atque laesae maiestatis crimen confitetur. Quare morti adiudicatur. Propter eadem quoque propemodum flagitia Knipperdollingus ac Krechtingus mortis sententia condemnantur[2].

Continuo carnifices regem primum numellis inclusum et palo alligatum candentibus et ignitis forcipibus corripiunt et musculosas in toto corpore carnium pulpas apprehensant, quae ad singulos tactus manifestam flammam emittunt, unde tantus exhalat foetor, ut omnium in foro stantium nares graviter offenderentur. Simili poena et reliqui afficiuntur; intolerabilius tamen et impatientius cruciatus istos perferre visi sunt, quam rex ipse; pluribus enim lamentis et vocibus dolorem testantur[3]. Knipper-

---

sich im Folgenden sonst wieder teilweise wörtlich an Ant. Corvin's Brief Bl. C 1v anschliefst. Auch D. Lilie a. a. O. meldet, dafs die Gefangenen „vor dat recht unde richtestoil gebracht" wurden, „dar se mit ordelen unde rechten tom smeliken unde vorschreckliken dode vorordelt."

[1]) Von hier bis zum Schlusse des Absatzes wörtliche Anklänge an den Brief Ant. Corvin's.

[2]) Ant. Corvin: „cum ob eadem crimina accusarentur neque infitiari, quae designarant, possent."

[3]) Ant. Corvin schreibt über den König: „Non hic dicam, quanta fortitudine in perferendis cruciatibus istis usus sit; neque enim vel vocem emisit doloris testem." Von Knipperdolling sagt er: „... qui tamen ad palum deligatus, an aliquid locutus sit, nescio. Certe qui non tam procul a supplicii loco aberant, quam nos, dixisse eum ferunt: Deus propitius esto

Digitized by Google

dollingus autem cum horrendi cruciatus aspectu territus obstupesceret, subsidens numella, qua alligatus stipiti fuerat, guttur elidere et mortem maturare contendit. Quod cum carnifices sentirent, ipsum erigunt et restim per os hians inter dentes ita ductant, ut neque subsidere neque gulam frangere neque se represso spiritu et vocali arteria clausa suffocare possit[1]. Post diuturnum supplicium cum adhuc viventes palpitarent, guttura candente forcipe corripiunt ignisque fervore constringunt pariterque sicam in pectora singulorum, quanta vi possunt, adigunt, ut vulnerata vitae sede citius occumbant[2]. Inde cadavera eorum ad coemiterium Lambertinum devecta corbibus seu fiscellis ferreis et cancellatis imponuntur numellisque quibusdam erecta in iis sustinentur et supremae parti turris Lambertinae ad latus australe ita affiguntur, ut rex in medio eminentiorem locum, reliqui vero utrinque humiliorem obtineant, ubi etiam nunc in perpetuam rei memoriam carne et ossibus absumptis corbes

---

mihi peccatori! Alias inter cruciatus perpetuum silentium fuit." „Postremo," fährt er fort, „Krechtingus eodem supplicii genere periit, quem adhibitis forcipibus bis: O Pater, o Pater! exclamantem audivimus." — Ausführlicher berichtet der „... An- und abgang," dafs das Martern des Königs eine Stunde oder länger gedauert hätte. „Und dieweil," heifst es dann weiter, „man den König also gemartert, hat er drei griff mit der zang erlitten, nichts geredt oder geschrihen, darnach aber stetigs mit solchen worten zu Gott gerufft: Vatter, erbarm dich mein! Gott umb gnad ... und hülff angeruffen. Do er aber seins lebens nit lang zu sein empfunden, riefft er: Vatter, in dein hend bevelh ich meinen geist! und also sein ende genommen." Von Knipperdolling und Krechting wird dann aber erwähnt, wie sie „sich in der marter gar nicht bekeren wöllen, sondern auff irem fürnemen stracks beharrt und nach irem gebrauch nur den Vatter, wie sie ine genent, angeschrien. Hat auch ir keiner nichts sonders geredt, vileicht aufs grofser martern in der gefencknuss, das sie mehr eim todten, dann eim lebendigen gleich gesehen worden, und ir leben also geendet." — D. Lilie S. 265 bietet nur die sonst nicht berichteten Einzelheiten, dafs dem König „dorch de mundt eine starke linen getogen" ward, und dafs Knipperdolling und Krechting „swarer und dapperer worden mit den glonigen tangen angetastet, als de koninck."

[1]) So berichtet nur Kerss. — [2]) Das schliefsliche Durchstofsen der Brust meldet der „... An- und abgang" (danach auch H. Hamelmann S. 1296), D. Lilie a. a. O. und C. Heresbach S. 28.

Digitized by Google

affixae conspiciuntur[1]. Forcipes vero, quibus excruciati sunt, in columnis domus senatoriae suspensae in medio foro visuntur[2], ut seditiosis et magistratui legitimo non parentibus sint exemplo et terrori.

Post haec clerus et cives certatim maiori studio templorum reparationi et divini cultus restaurationi, quam homines illi de-
*p. 630. plorati de*structioni et abolitioni intenti in hoc potissimum incubuere, ut parietibus adhuc fere integris tecta superimponerent et divina officia quasi postliminio mature revocarent, deinde ea paulatim intus repararent, quae ad pristinum decus pertinebant, postremo suis rebus reparandis animum adiicerent[3].

Princeps etiam id sibi studio habet, ut certa recuperatae civitatis politiae forma constituatur et a futuris malis sit tuta.

---

[1]) Die Körbe hingen an dem Turme bis zu dem Abbruche desselben im Jahre 1881 und werden noch jetzt bewahrt. Aus der Dortmunder Dominikanerchronik des 16. Jahrhunderts teilt J. Hansen in den „Chroniken der deutschen Städte“ Bd. 20 (Leipzig 1887) S. 429 Anm. 2 die Notiz mit: „Anno 1535 in Tremonia fabricate sunt tres sporte ferree a magistro Bertoldo Smet, in quibus suspendendi erant rex Monasteriensis et Knipperdollink et pastor in Gildehusen. Regis sporta in libra 4 wagen iserens minus 13 talenta (libra centum talenta). Anno 1536 his sportis innectuntur.“ Als Ende 1535 der Gesandte des Rates der Stadt Strafsburg Bernhard Wurmbser, nachdem er in Bevergern mit Johann v. Leiden eine Unterredung über dessen Verhältnis zu Melchior Hofmann gehabt hatte, auch nach Münster kam, berichtet er von dem Korbe, „darin der Konig getan werden sol“: „der ist höher, dann ein langer mann, ist dry spannen wytt und stark mit isen wie ein getter gemacht, und ein tier dran.“ (Siehe F. O. zur Linden: Melchior Hofmann [Haarlem 1885] S. 461 f.)

[2]) Vgl. D. Lilie a. a. O. Sie werden noch heute gezeigt.

[3]) So sagt auch D. Lilie S. 266 f.: „Darna ... begunnen dat domcapittel unde alle vorodenthen der anderen kercken unde cloisteren wedderumb to reinigen unde to bouwen de kercken unde cloisters, dar groit schade inne geschein ...“ — Schon am 15. Sept. 1535 schrieben die Stiftsherren zu St. Mauritz, indem sie den Bischof bitten, die Eröffnung der Kirche und die Wiedereinführung des Gottesdienstes zu gestatten, sie hätten erfahren, „wie i. f. g. und derselvighen i. f. g. verordenthen bevelhebber in der stadt Munster hebben vorwilliget und ... verloveth, dat de collegia ock de kerspels kercken ... wedderumb tho betteren und upthorichten vorgenommen und angehaven,“ wie das denn auch am 19. Juli in Neufs beschlossen wäre. Vgl. oben S. 859 Anm. 3. Zur Sache s. auch L. Keller in der „Historischen Zeitschrift“ Bd. 47 S. 445 f.

Digitized by Google

Proinde consentientibus reliquis dioecesis ordinibus ad 24. diem Ianuarii dioecesana comitia in loco antiquitus consueto, nempe Laerbroeck, habenda indicit. Ad quem cum convenissent [1], variae dioecesis difficultates, onera et molestiae a principe proponuntur; quae cum in consultationem publicam producta fuissent accuratiusque examinassent, utile visum fuit consultantium multitudinem de more in compendium contrahere, ut certius aliquid super his decernatur. Designantur itaque omnium ordinum voluntate viri graves et apprime nobiles, videlicet generosus comes Arnoldus de Benthem ac Steinfordia, Gerardus Morrien, hipparchus, Arnoldus de Raisfelt, Bernardus de Westerholte [2], Godefridus a Schedelichen, Ioannes a Mervelde, Conradus Ketteler, Rodolphus a Wullen, Ioannes a Bueren, Henricus Schenckinck, Ioannes ab Asbecke ac Ioannes a Dincklage. In hos omnem figendi statuendique auctoritatem et potestatem ordines transfundunt seque ratum habituros, quicquid dioecesis nomine in his difficultatibus decreverint, pollicentur. 24. Jan.

Primum ergo, cum imperii status in superioribus comitiis Wormaciensibus in festo Omnium Sanctorum habitis decreta principi et toti dioecesi adversa, onerosa et propemodum intolerabilia fecerint ediderintque, quae etiam legati imperii nomine die 5. Martii [3] a dioecesi sint exacturi, cum principe illique a

[1]) Kerss. giebt im Folgenden in oft wortgetreuer Uebersetzung die Urkunde wieder, durch welche die Stände des Stifts am 29. Januar 1537 die in den ersten Monaten des Jahres 1536 von der Landtags-Kommission in Gemeinschaft mit dem Bischofe und dessen Räten getroffenen Vereinbarungen über die Errichtung und Unterhaltung des Blockhauses und über die bürgerliche Ordnung in der Stadt bestätigten. Die Urkunde (Orig. im St.-A. M.) ist vollständig abgedruckt bei J. Niesert: U.-S. I. S. 245 ff. Der von Kerss. erwähnte Landtag tagte vom 24. bis 29. Januar 1536 erst auf dem Laerbrok, dann in Münster. Auf demselben (Kopie des Abschiedes im St.-A. M., Landtags-Akten) ward, abgesehen von anderen hier nicht in Betracht kommenden Dingen, nur die Erwählung der Kommission beschlossen, der die weitgehendsten Vollmachten erteilt wurden. Sie war allein aus Mitgliedern des Ritterstandes zusammengesetzt. Ueber die dann folgenden Verhandlungen, die zu den von Kerss. nach der oben angegebenen Urkunde mitgeteilten Festsetzungen führten, habe ich Akten nicht gefunden.

[2]) Kerss. läfst hier folgende Namen aus: Joest Korff, Johann van Raisfelt to Raisfelt, Berndt van Oer.

[3]) Vielmehr am 13. März (s. oben S. 868 Anm. 2).

Digitized by Google

consiliis et capitulo communicato consilio secum deliberent, quibus fundamentis et rationibus ea decreta enervent ac tollant oneraque a dioecesi optimo iure amoveant; inde, quae in urbe recuperata politia quaeque propugnaculi ad futuram oppidanorum rebellionem coercendam forma erigenda sit, deliberate consultent.

Hoc conventu dissoluto princeps, capitulum et ex militari ordine delecti urbem Monasterium ingressi de rebus sibi publice commissis exactius consultant; et primum quidem, quid legatis seu commissariis imperii 5. Martii[1] respondendum sit, decernunt. Quod habes suo loco. Hinc cum penitius expendissent, ex quibus
*p. 631. causis superioribus annis *in civitatem Monasteriensem religionis causa variae, multiplices et praefractae novationes irrepserint, unde conspirationes, factiones et schismata, tandem detestabilis et horrenda anabaptistarum secta, publica seditio et manifestum bellum a violentis urbis detentoribus adversus principem et dioecesim excitatum sit, — principem itaque et obedientes subditos, ut non solum patriam suam a vastitate et bona sua a depraedatione seque a certissima clade et exitio vindicarent, verum etiam ut haec provincia et Germania christianusque orbis ab anabaptistica contagione, seditione et internecione incolumis praeservaretur, necessario ad arma confugisse, exercitum magnis sumptibus comparasse, urbem obsidione cinxisse, rebelles in ea conclusisse, eruptiones arbitrarias compressisse sectamque horrendam, ne latius serperet, coercuisse, unde eximiae calamitates, sanguinariae caedes, horrenda et inaudita flagitia ac miserandae vastitates in urbe secutae sint, quibus rebus oppidani principem, dioecesim omnesque subditos in irrecuperabilem iacturam praecipitaverint atque detruserint, praesidio tamen, ope et consilio principum ac amicorum initium obsidionis et postea ordinum imperii auxilio totum bellum ac obsidionem pertulisse eoque produxisse, ut tandem manifesto Dei beneficio et munere civitas sit recuperata ac in potestatem obedientiamque principis redacta. Quare, ut haec civitas et eiusdem innocentes incolae superiorum flagitiorum et exulceratissimi praesentis temporis ratione habita per gratiam Dei et matura consilia posthac in bona politia, obedientia concordiaque regantur, ne simile quid in posterum con-

[1]) Vielmehr am 13. März.

Digitized by Google

tingat, princeps, capitulum et delecta nobilitas unanimi consilio necessarium esse iudicarunt, ut in commodum et conservationem urbis totiusque patriae propugnaculum in ea excitetur, munitionibus, praesidiis aliisque rebus necessariis ita firmetur, ut futurae rebellionis sit repagulum et huius metu oppidani in officio contineantur.

Sequuntur articuli de propugnaculo extruendo, muniendo firmandoque:

„1. Propugnaculum seu castellum in commodo et apto urbis loco de consilio capituli et nobilitatis huius dioecesis ita construetur, ut minimo praesidio et tolerabilibus impensis sustentari queat[1].

2. Si huius arcis structura in eam amplitudinem protendatur, ut vicinarum aedium demolitione opus sit, princeps atque dioecesis iustum eorum pretium possessoribus reddet.

*3. Media pars omnium proventuum urbis tam ex male- *p. 632.
ficiis et friegraviatu Sendano aliisque praediis ad civitatem pertinentibus quam ex iudicio profano collecta in sustentationem huius arcis conferetur. Si vero hi sumptus non suffecerint, princeps[2] aliunde de suo necessaria huic arci prospiciet.

4. Praefectus huius arcis erit dioecesis Monasteriensis indigena, de militari ordine, dives[3] et ad eam administrationem idoneus; se suamque fidem principi, capitulo et nobilitati iureiurando atque antipocha astringet, neque hic a solo principe sine capituli et nobilitatis[4] consensu inauctorabitur neque exauctorabitur[5].

---

[1]) „Und sall datsulve huss und festunge ... to einer denligen, walgelegen platz gebouwet und besatt werden, dair to etlige verordent, de sulche gelegenheit besichtigen und ordenung stellen sollen, dat hues dermaten intotehen und schicklich to festen, dat sulve mit den wenigsten unkosten, personen und knechten to bewaren sy."

[2]) „... dat de gebreck van des ampts to Wolbecke off anderen unses gnedigen hern ampteren alssdann verschaffet und erfullet werde."

[3]) „... in styfft genochsam und wall beervet und begudet."

[4]) „off eren dair to verordenten."

[5]) Dem Artikel ist noch hinzugefügt: „mit dem anhange, wanner geborlige und nodige orsaken voirfallen edder des bevelhebbers gelegenheit,

Digitized by Google

5. Hic praefectus ius, iurisdictionem et constitutiones principis in urbe fideliter tutabitur ac defendet. Ac omnes bombardas in recuperata urbe inventas, quae rotis vehuntur, in hanc arcem transferet earumque quam diligentissimam custodiam recipiet.

6. Princeps illiusque successores episcopi ad arbitrium suum huc accedendi recedendique potestatem habebunt; et praefectus praesente principe non minorem arcis curam, quam illo absente aget. Neque princeps neque successores illius ullos peregrinos principes, dominos aut proceres ad hanc arcem secum adducent, qui munitionum rationes contemplentur. Si etiam ullo tempore in civitate seditio aut motus excitatus fuerit, neque capitulo neque nobilitati ad hanc arcem fugientibus accessus praecludetur.

7. Si inter principem et dioecesis ordines vel alios quoscunque dissensio aut contentio ulla suboriatur, praefectus arcis neutrius partes fovebit receptabitve[1].

8. Princeps[2] eam religionem, quam sibi imperator et imperatorii ordines in superioribus comitiis imposuerunt, in sua dioecesi tutabitur neque a recessibus Wormatiae a statibus imperii et Novesii a Coloniensi et Clivensi habitis[3] recedet.

9. Haec arcis structura et articuli ad civitatem, praefectum, sustentationem et praesidium arcis pertinentes et haec amplior quam superioris temporis ante motum anabaptisticum potestas in principem eiusque successores iam collata privilegio dioecesis antiquitus observato nihil detrahet, nihil derogabit[4], neque

---

dat ampt to verlaiten, erforderen werde, alssdann gynen anderen in de stadt des erloveden affgetredden itziger mathen upthonemen und intosetten, de sy dann voir erst by des vorigen staenden plichten mith gelickmetigen eide und gelofften gebunden, und dair over breifflich orkund und reverfs gegeven."

[1]) Hinzugefügt ist noch: „Und so seine f. g. mit einen van den stenden to uneinicheit qwemen, sall sich seine f. g., dergelyken de stende mit up- und affriden des husses entholden, und in den saken vermoge des privilegii gehandelt werden." — [2]) „mith der landtschap." — [3]) S. oben S. 796 Anm. 1, S. 859 Anm. 3 und S. 864. — [4]) „zunder datsulve privilegium in siner macht und herkommen gebrueck aller dinge bliven, hirmede innovert, bestedigt, vernuwert zin und geholden."

Digitized by Google

ordinibus huius dioecesis per has novas constitutiones quicquam iuris decedet, praeterquam quod per principem et dioecesim necessario in articulis ad civitatem pertinentibus constitutum et decisum est.

*10. Si propter seditionem et motum in vel extra urbem exortum amplioribus praesidiis[1] arx opus habeat, praefectus absente principe a satrapis dioecesis praesidium ad rem praesentem necessarium exiget, nec sibi id denegabitur. *p. 633.

!1. Contra haec omnia a principe et dioecesi constituta et decreta, quae ad civitatem Monasteriensem pertinent, neque consules neque senatus neque cives incolaeve sub poena periurii et ultimi supplicii quicquam attentare praesument aut attentari sine auctoritate et consensu principis totiusque dioecesis permittent."

Articuli boni regiminis et politicae ordinationis civitatis Monasteriensis[2].

„Ad evitandam futuram seditionem et inobedientiam, quae Deus clementer avertat, et revocandam, constabiliendam ac retinendam pacem, obedientiam tranquillitatemque inter cives ac incolas civitatis Monasteriensis, ad conservationem eiusdem ac salutem totius dioecesis, utque boni tutiores sint et ab oppressione malorum defendantur et civitas posthac divina gratia et benignitate hoc maxime exulceratissimo ac fraudulentissimo saeculo in pace et tranquillitate et optimo statu melius ac constantius conservetur, unanimi consilio principis et dioecesis structura arcis seu propugnaculi est decreta. Inde articuli subsequentes ad senatum et regimen dictae urbis pertinentes senatui designato traditi sunt dominico die Misericordias Domini[3]. 30. April.

1. Principio senatus designabitur ex duodecim patriciis et

[1]) „mit meren luden van der ridderschap."

[2]) Diese „Artikel der ordnung guden regimentz und burgerlicher polizei in der stat Munster ... mit wetten gemeiner lantschap beslotten und den verordenten raitzpersonen schriftlich overgeven am Sondage Misericordias Domini anno 36" sind aufser bei J. Niesert a. a. O. S. 256 ff. noch abgedruckt bei V. N. Kindlinger: Münsterische Beiträge zur Gesch. Deutschlands Bd. 1 (Münster 1787), Urkunden S. 294 ff.

[3]) 30. April.

Digitized by Google

duodecim aliis ditioribus civibus[1] notae originis et vitae probatae. Atque hi viginti quatuor senatores et duo ex Illis consules primum per principem de consilio capituli et nobilitatis[2] constituentur.

2. Hi viginti quatuor senatores habent potestatem posthac, ubi opus fuerit et necessitas postulaverit, ex consilio, arbitrio et auctoritate praefecti arcis[3] duos consules ex supradicto numero eligendi; ea tamen lege electio rata erit, si princeps eius fiat auctor.

3. Utile quoque visum est, ut hi viginti quatuor consules et senatores perpetuo sua officia retineant neque, quamdiu honeste inculpateque vixerint, iis destituantur; si vero aliquis eorum sui amovendi legitimam occasionem dederit, a magistratu excludi, alius idoneus[4] substitui debet cum consensu praefecti et principis auctoritate.

*p. 634. *4. Quoties etiam horum quis morte sublatus aut morbo sontico aut alia iusta causa, quae excusationem meretur, impeditus muneri sibi imposito superesse non possit, in huius locum, ut in superiori articulo dictum est, alius surrogabitur.

5. Consules et senatus civium suorum civiles controversias pereconditiones utrinque tolerabiles familiariter transigent. Sin id fieri nequeat, pro personarum qualitate causam ad suum tribunal remittent.

6. Princeps in iudicio profano iudicem, duos e senatu assessores reliquosque ministros constituet certasque iudicandi et litium forensium mature decidendarum formas praescribet.

7. Cives ac incolae civitatis anabaptismo non contaminati sine cuiusquam intercessione, impedimento et interturbatione ad possessionem suorum bonorum admittentur[5].

8. Quanquam princeps iustissima de causa et iure quidem omnes civitatis proventus sibi in sustentationem novae arcis[6] vindicare queat, singulari tamen benevolentia et gratia dimi-

---

[1]) „van fromen, begudeden borgeren." — [2]) „off eren dair to verordenten." — [3]) „in bisin, ock mit raide ... des stadtholders." — [4]) „uth welchem stande dat alfsdann nodich." — [5]) „und ruwlich bliven." — [6]) „so bes to wideren des fursten tor tidt und gemeiner Munsterscher lantschap eindrochtigen bescheide gelacht und bestalt werden sall."

Digitized by Google

dium eorum civitati relinquet, unde aes alienum exolvat reliquaque onera perferat et sustineat praeter id, quod ad arcis sustentationem in superioribus articulis destinatum est.

9. Archidiaconis nihil iuris et iurisdictionis antiquitus in civitate habitae et usurpatae hac ordinatione adimetur.

10. Cum, ut superius dictum est, dimidium proventuum civitati ex gratia relinquatur, consules et senatus cum consensu praefecti arcis officiorum urbis administrationes fidelibus et conspicuae probitatis viris principi et reipublicae Monasteriensi iuratis concedent et re ita exigente ab iisdem officiis removebunt aliosque substituent. Atque hi in interregno post mortem principis ad novi episcopi designationem eiusque confirmationem capitulo et militari ordini simili iureiurando obstricti erunt et suo tempore cum oeconomo principis coram arcis praeside praesentibus consulibus et senatu administrati officii exactam rationem reddent.

11. Arcis etiam praeses et senatus universae civitatis statum accurate perscrutabuntur et omnium circumstantiarum ratione habita ad concordiae et publicae utilitatis conservationem leges politicas et municipales emendi, vendendi, contrahendi commerciaque uberioris commodi gratia miscendi in civitate constituent.

12. Cum exploratissimum sit, quod per sodalitia, consociationes, confoe*derationes atque conventus tribuum atque plebe- *p. 635.
arum curiarum omnis seditio, factio, abusus et inobedientia in civitatem Monasteriensem irrepserint[1], ideoque curiae et tribus omnes in urbe tollentur penitusque abrogabuntur neque unquam restituentur. Praeterea, ut futuris motibus omnis occasio praecludatur, neque clandestini neque manifesti conventus, sociationes, confoederationes civium, incolarum, peregrinorum vel adventitiorum hominum in civitate perferentur. Si qui vero hoc decretum contumaciter excusserint, non solum bonis, verum etiam ultimo supplicio pro personarum et rerum qualitate mulctabuntur.

13. Ad haec, cum ante hunc superiorem motum civitas in sex partes, quas leyschoppias vocant, fuerit divisa et distincta,

[1]) „georsaket und vortganck genommen."

Digitized by Google

ut hac ordinatione vigiliae et reliqua civilia onera et munia commodius expediantur, eas partes in custodiam urbis immutatas conservare placuit, hac tamen lege, ut praefecto arcis, consulibus et senatui pareant.

14. Item magister violentiarum[1] designabitur, qui loco principis praefecto arcis iureiurando devinctus erit. Hic nocturnas vigilias aliaque, quae ad officium spectant, ex fide administrabit. Hic noctes diesque cum sex lictoribus[2] tam principi quam senatui iuratis diligenter providebit et praecavebit, ne occulta conventicula, conciliabula, factiones et seditiones in urbe agantur et concitentur. Penes hunc etiam erit, si necessitas postulabit, omnium partium urbis vel quarundam praesidium implorare, ut se contra vim seditiosorum muniant et mali poenas non effugiant. Huic imploratum auxilium a leyschoppiis non negabitur.

15. Nulli anabaptistarum et seditiosorum, qui in civitate istius factionis vel auctor vel antesignanus fuerit, neque princeps neque arcis praefectus liberum huc redeundi commeatum concedent. Qui vero innocentiam sibi praesumunt, ad suspicionis purgationem admittentur. Si autem quis seditionis superioris auctor publica sibi data securitate confisus urbem ingressus fuerit, huic publica securitas renunciabitur et aut in perpetuum exilium relegabitur aut ad commeritum supplicium rapietur.

16. Neque princeps neque praefectus urbis iurisdictionem iudicii gograviatus tam intra quam extra urbem ad clerum primarium pertinentem turbabit neque illi quicquam derogabit.

17. Vinum, cervisia et quaelibet annona in usum cleri primarii comparata citra ullum incommodum, portorium et vec-
*p. 636. tigal importabitur *in urbem et exportabitur. Clerus etiam secundarius privilegio et immunitate et suo iure non destituetur.

18. Si etiam quispiam militaris ordinis huius dioecesis filium filiamve in civitate Monasteriensi vel in matrimonium vel coenobium collocaverit, vinum, cervisiam aliaque ad eas solum nuptias celebrandas necessaria citra portorium et vectigal in urbem advehet eaque libere usurpabit.

---

[1]) „Gewaltmester.“ — [2]) „Botmesteren.“

Digitized by Google

19. Omnium pensionum et reddituum[1] ptochotrophiorum et xenodochiorum praefectus urbis, consules et senatus atque principis designatus in urbe quaestor ab oeconomis et procuratoribus earum domorum singulis annis oportuno tempore administrati officii rationes exigent dabuntque operam in primis et potissimum, ne bona pauperum dilapidentur neve in alium, quam oportet, usum conferantur[2].

20. Et hoc quoque necessarium esse visum est, ut consules, senatus, cives et incolae iureiurando se obstringant se nulli post mortem principis praeterquam capitulo et deputatae a dioecesi nobilitati usque ad unanimem novi principis electionem et eiusdem confirmationem atque inaugurationem parituros.

21. Singulis diebus[3] claves portarum clausa urbe ad praefectum arcis deferentur."

Cum superior haec ad novae arcis structuram et custodiam pertinens ordinatio ac civitatis Monasteriensis politiae forma in hos articulos contracta deliberato[a] et unanimi consilio constituta et decreta sit, placuit eam omnium ordinum signis communire, primum principis, secundo capituli, tertio Arnoldi comitis Benthemensis etc. pro militari ordine. At cum senatus (1537 Jan.) Monasteriensis tanquam quartus dioecesis ordo pro se reliquisque oppidis consignaret, distractus est in partes. Patricii enim a civibus ad militarem ordinem secesserant[4] existimantes se

[a]) *Ms.:* deliberatio.

[1]) „Van allen upkumpsten, renthen und guderen."

[2]) Hinzugefügt ist noch: „des de stadtholder ock in sunderheit ernstlich upsicht to der armen besten sall voirwenden, de guder nicht verbracht off mifsbruket werden."

[3]) „Iders avontz na gelegenheit der tith und ordnunge des stadtholders."

[4]) Hier und in Vielem, was Kerss. weiter von der Gestaltung der Dinge in Münster erzählt, deckt sich sein Bericht mit den ausführlichen Nachrichten einer aus Münster stammenden, jetzt in der Königlichen Bibliothek zu Berlin (Ms. Borufs. Qu. 272) aufbewahrten Chronik mit dem Titel: „Eine korte antekunge, wes sick binnen Münster nach veraverunge der stadt uit der wedderdoper gewalt in der ersten und lesten restution(!) hefft begeven und togedragen ... Anno 1562." Vergl. die Einleitung. — Den Landtag berührt die Chronik nur kurz. „Do wer," sagt sie, „eyn lantdach verschreven inne die stadt Munster und wort den raithe vorge-

Digitized by Google

iure civium non magis coerceri posse, quam militarem ordinem. Princeps acrius et vehementius instat, ut consignatio fiat. Plebei vero senatores respondent se perpetuae in sua republica servitutis auctores non fore neque hoc unquam commissuros, ut sua culpa tota civium posteritas in calamitatem ineluctabilem praecipitetur; se ergo articulos in perniciem civilis libertatis factos nunquam consignaturos, sed postulare potius, ut remisso iure-iurando se magistratu abdicari clementer patiatur. His princeps persuasione quorundam augente offensam vehementer exacerbatus est seque aliam cum civitate viam initurum aliaque remedia ad-
*p. 637. versus *eam rebellionem cogitaturum respondet. Quibus verbis Borchardus Herde, vir antiquae pietatis et fidei civilisque libertatis amator ac superioris responsi potissimus auctor, ita turbatus atque attonitus est, ut domum regressus in subitam aegritudinem incideret, quam mors brevi subsecuta est[1]. Sic utrinque exasperatis animis digrediuntur. Nec desunt hic interim osores publicae tranquillitatis, qui flammas adversus civitatem conceptas tacitis flatibus exuscitent. Cum itaque senatus Monasteriensis consignationem horum articulorum principi negaret,

---

geven van den fursten, capittell und ritterschafft, dat eyn raith solde dit mit den huifse und anderen verseggelen. Do treden die erffmans von den raide und gingen staen by die ritterschafft, dat do den andern eine grothe swarheit und bedenckent makede." — Dafs der ganze Vorgang erst im Jahre 1537 Statt fand, ist von Kerss. unbemerkt geblieben.

[1]) „Und do," heifst es in der „Korten antekunge" weiter, „man upt hardeste mit drouwinge, oick die furste, up die versegelunge und anders anhelt, und die radtsherrn, welcher van den burgeren weren, so die erffmanne afftreden, uff hochgste beangestet, was dar eyner mit, Borchart Heerden genant, die alde; desser war eyn dapper, rick, fromer mann. Dei weddereit, dafs man des nicht bewilligen solde, und holt dar burgemeister Willebrant Plonies tho, so he oick syn vedder was, dafs he den fursten und andern anthworden solde: „Gnedige furst und her! Des uns dar wert vorgestelt van wegen e. f. g. hoichweisen reden, das konnen, moeten und doren wy nicht doen ...; sunder dafs wy das versegelen solden, yfs uns unmoglick umb unser nachkomelunge tho donende." Und sie begerden alle van sine f. g. eyn gnedich verloeff, dat alfso mith grote bitterheit affghinck, und leith seggen, sine f. g. wolde dar anders tho trachten. Als sie nun van einander weren, gingk gedachte Borchart Heerde in sin huifs, wort kranck und starff ..."

Digitized by Google

utile visum est, ut pro oppidis totius dioecesis viginti sex nobiles tabulas articulorum consignent. Inde horum articulorum quinque exempla eiusdem sententiae in perpetuam rei memoriam et fidei robur describuntur, quorum primum principi, secundum capitulo, tertium comiti Benthemensi, quartum Gerardo Morrien, hipparcho, nomine militaris ordinis, quintum consulibus et senatui civitatis Monasteriensis traditur[1].

Iuramentum ad verbum translatum:

„Consules, senatus, cives et incolae civitatis Monasteriensis vovebunt et iurabunt se principi, successoribus illius, S. Paulo

---

[1]) Noch am 18. Februar 1525 schrieb Bischof Friedrich von Wied aus Ahaus dem Stadtrate (Orig. im Stadt-A. M. V^c. Nr. 8): „Wy werden berichtet, dat gy etlige saken, zo vor unssem wertligen gerichte unde richter unser stadt Munster er entlige geboerliger uthdracht noch nicht erlangt, und er de durch appellation an juw gekomen, tegen olde gewonte und gebrueck unses gerichts unde olden herkomen vor juw trecken unde advoceren, dat unsem gerichte to affbrocke und verkleinonge reiket, uns ock to erliden nicht getemen wyll. Derhalven wy ock nu gerorten unsen richter bevell gedain, darmede vort to faren, wo zick dat na stilum des rechten und older gewonten unde gerichts verloep behoiren zall, dar dorch unse wertlige gerichte myth zulcken ungewontliken unde unbehoirligen inbrocke ungesweckt blyve.“ Der Bischof fordert vom Rate Abstellung der Uebergriffe für die Zukunft und fährt dann fort: „So uns ock in inbrengunge unses gerichts verfelle und brocke dorch etlige juwe deiner erringe beiegent, dat de ger. unsem richter nicht werden ton handen gestalt, willen wy hirmede guitlich begert hebben, dat gy also beschaffen, zodane brocke unsem richter unbehindert folgen und gelevert werden, wo zick dat nach billicheit bethemmet ...“

Digitized by Google

quam civitati, nisi Deus avertisset, grave incommodum attulisset. Ut ergo talis contentio in posterum evitetur, modum et rationem esse eius inveniendam. Praeterea senatum non latere, quod cives gograviatus Sendani iure confisi Monasterio eruperint et in principis iurisdictionem irruerint, vi tam nobiles quam ignobiles ceperint atque in urbem secum abduxerint, quod, cum principis iurisdictionem violaret, civitati minime licuisse se existimare; unde plurimum dissidii et contentionis saepe exortum sit. Ne autem idem inter hunc principem illiusque successores et civitatem contingat, si ratione gograviatus Sendani cives, ut factitatum sit, in principis iurisdictionem irruerint, modum paci esse quaerendum.

Post deliberationem habitam Monasterienses respondent: Nullo se modo formam illam politicam a principe praescriptam admissuros; sibi enim temerarium istum consensum apud posteros ignominiosum fore, quo culpa maiorum suorum in perpetuam servitutem sint praecipitati. Se ergo rogare, ut abdicationem officiorum suorum a principe impetrent aliosque sibi amotis substituant. Se enim id ferre posse, cum nihil nisi honesta et iusta, nempe privilegiorum et libertatum antiquarum recuperationem, postulaverint. Quod autem consilium a se instituendae certae formae politicae poscant, se illud, cum consilii inopes sint, negare oportere. Sibi tamen utile videri, ut curiae opificum eorumque conventicula reprimantur neque unquam in urbem recipiantur et penes principem sit senatores constituendi removendique auctoritas; ita enim futurum, ut minus seditionis
*p. 648. in urbe excitetur. *Ad id etiam, quod adductum sit, restitutis privilegiis et libertatibus pristinis superiorem rebellionem, inobedientiam et seditionem adversus magistratum esse metuendam, se respondere: si privilegium et libertas sint rebellionis causae, nullum collegium, nullam communitatem nullamque universitatem a seditione esse alienam, et Telgetum oppidulum non tam esse expers motus, quam Monasterium. — Quantum autem ad iurisdictionem pertineat[1], hanc fuisse rationem, quod penes principem constituere vel removere iudicem fuerit; et si quem ob flagitium capi contigisset, ipsum in criminalibus per senatum

[1]) Vgl. zum Folgenden auch oben S. 93 ff. und die Einleitung.

Digitized by Google

quaestionibus subiici consuevisse, iudici fassa crimina tradita, reum, si flagitia non recantaret, in ius protractum, accusatum et tandem maleficii causa alicui supplicio aut poenae adiudicatum fuisse. Senatum non sine principis consensu facinerosum relaxaturum. Pecuniae mulctatitiae in civitate extortae dimidium ad principem, reliquum vero dimidium ad senatum pertinere, unde impensas captivorum sustineat. — Civiles causas coram principis iudice et quibusdam ex senatorio ordine assessoribus agitari et decidi consuevisse. — Commeatum publicum a senatu et iudice semper petitum et cum consensu iudicis securitatem publicam cuivis aut ad ius suum persequendum aut se iure defendendum datam fuisse. — Gograviatum Sendanum senatum antiquitus possedisse et occupasse. Eruptionem etiam civium antiquitus et ante hominum memoriam in usu fuisse; si quis illis iniuriam aut vim intulisset, se permissu iuris communis hostem persecutum fuisse.

Ad haec consiliarii e capitulo deputati: Se etiamnum animadvertere senatui praescriptam politiae formam molestam esse, cum tamen ex superioribus satis cognoverit, quae principem eam constituendi causa moverit, nempe ut seditioni via praecludatur et concordia, pax tranquillitasque in urbe conservetur. Ac nisi senatus principis auctoritati innixus in urbe regat, ipsum pacem et tranquillitatem conservare non posse. Proinde regendi ius et auctoritatem a principe pendere, atque ab eodem formam praescribi necessarium fuisse. *Nec hoc solum ad tranquillitatem *p. 649. urbis facere, quod opificum curiae non admittantur et senatus a principe constituatur removeaturque, cum ex superioribus satis superque intellexerint, si, ut imperium decrevit, restitutio fiat, plebem existimaturam sibi eodem quoque decreto curias opificum facere conventiculaque habere permissum esse, ideoque ea omnia a senatu in pristinum statum restituto extorturam. — Ad id, quod a senatu adfertur, si privilegium et libertas sint causae motus, nullam universitatem quantumvis parvam, imo ne Telgeticam quidem rempublicam a motu fore immunem, respondetur: illud hic locum non habere, si cum Monasteriensi universitate conferatur, cuius seditio non sine magno principis et totius dioecesis incommodo componi possit, Telgeticus vero motus

Digitized by Google

facile, sicut superiori exemplo satis ostensum sit. — Si ius commune scriptum expendendum sit, ipsos se magistratu non posse abdicare, cum munera publica gerant, quae nullam excusationem admittant, et antiquitus in hac civitate receptum sit, ut nemo in hunc ordinem adscitus excusatione uti queat. — Ad haec, etiamsi princeps ius constituendi removendique iudicem habeat, saepe tamen antehac in eo quibusdam contentionibus interiectis ipsum impeditum et turbatum fuisse. — Sibi quoque consultum videri, ut, quoties a captivis cruciatibus veritas sit extorquenda, id praesente iudice fiat. Nam non solum delictorum confessione, verum etiam ex vultu, gestibus aliisque circumstantiis maleficiorum rationem cognosci posse. — Praeterea penes principem, qui ius gladii habeat, merito esse pro circumstantiarum ratione flagitiosos relaxare. — Consiliarios etiam et a capitulo delectos in civilibus causis magnum abusum in iuris et iurisdictionis principalis eversionem animadvertere, ut a sententia per principis iudicem lata ad senatum appelletur, cum appellationes non contra naturam sui a superiori ad inferiorem iudicem devolvantur; proinde, ut naturae ordo servetur, sibi videri iustum, ut degravatus ad principem provocet. Sibi etiam aequitati conforme videri senatum in causis civilibus posse civibus securitatem publicam dare; sed cum arrestatio per iudicem principis
*p. 650. facta sit, senatui adversus eam non licere cuiquam *tutum commeatum dare, et multo minus in causis criminalibus; illam enim securitatis dationem ad solum principem illiusve praefectos spectare. — Quantum autem ad gograviatum Sendanum pertineat, se non ignorare doctorem Wick et alios quosdam senatorii ordinis viros nuper a senatu legationis obeundae causa Iburgum missos, qui cum principe de articulis quibusdam agerent, nempe ne quis in circuitu urbis Monasteriensis intra unum milliare cervisiam panesque ad vendendum coquat, ac ut principem exorarent, ne gograviatum Sendanum oppignoratum redimat[1]. Se

[1]) In Bezug auf die Grafschaft zu Senden findet sich im Ratsprotokoll vom Jahre 1536 (Stadt-A. M.) folgende Notiz: „... Die quidem vicesima prima mensis Augusti sin beide borgermeister by meister Everdt van Eylen gewest und emme umb gestalt und na gelegenheit der gogrevenschap tho Senden und der vrygerichte gefraget, off de oick van unsen gne-

Digitized by Google

itaque nunc scire percupere, quanti gograviatus oppignoratus sit quantave pecunia redimi queat. — Si etiam senatus friegraviatus tribunali uti velit, ne plus sibi iuris, quam habeat in eo, sibi vindicet neque causas ab imperio non permissas ad hoc tribunal pertrahat. — Eruptionem adversus forenses, qui cives concusserint, principis iurisdictionem et auctoritatem plurimum violare, quare illud impetratu difficile fore, cum id toti dioecesi non sit tolerandum, imo ipsi senatui molestias varias illaturum non temere suspicentur. Si enim homo temerarius et ad seditionem pronus levi de causa foris extra urbem cum aliquo contenderet et temere adversus illum se erigeret, posse hunc de gravi iniuria sibi praeter meritum illata apud senatum queri et praesidium ad hostem suum persequendum capiendumque sibi decerni poscere; quod si a senatu sibi negaretur, sanguine sibi coniunctos aliosque seditiosos adversus senatum ipsum concitaturum, unde primum inobedientia, inde motus civilis sit metuendus. Si vero senatus eruptionem permittat, magnam ipsum ad tumultuandum occasionem daturum. Quod autem hanc erup-

---

digen hern tho lene gain, und des widers sinen guden raith und gunstig bericht begert, off sie des oick moegen up gemeinen leendage na gewondtlicher wiese gesinnen mogen laten. Dar up meister Everdt vor eirst geantwort, he wolde sich des eirsten by den rheden wider befragen ... und dan dem rade wider bescheidt geven. Als solcks oick am selvigen dage na mitdage dorch den dorwedder an emme gesunnen und dar up ein antwort erlangt, he hedde angezeigte meinunge und gesinnen des raiths unssem gnedigen hern selver thor kennen geven, und emme vor antwort beiegent worden, sin g. wolde des in bedencken nemmen etc. Dan emme duchte geraden, dat men nichts demin als morgen up dem lehendage umb die belenunge gewondtlicher wiese lethe gesinnen etc. — Demnae ... die 22. Augusti hefft de olde borgermeister Dirick Munsterman ... up gemeinen binnen Munster geholden leendage ein zeedell overgegeven diefs inholdts in effectu: „Gnedige furste und her! I. f. g. borgermeister und raidt diesser stadt Munster, so van i. f. g. verordent sin, undertheniges flytes biddende und begeren, i. f. g. ..., se mit der goegreveschop tho Senden und sunst anderer gerechtigheit der vrygerichte, dar mit sie van i. f. g. vorvadern vormails belenet gewest, oick gnediglichen belenen willen, i. f. g. hoichmildicheit hir inne anroepende etc. ...“ Und als gemelte Munsterman de zedell overgegeven, hefft he oick van wegen des raidts de belenunge der maiten gesunnen und entfangen, oick gewondtliche huldunge und eidt wie ander lheenmans gedain.“

Digitized by Google

tionem defensionem iure permissam esse existiment, per hoc se falli, cum defensio moderamen inculpatae tutelae comprehendat; si autem plebs furere inciperet, metas inculpatae tutelae sine dubio transgrederetur. Secundo, si talis defensio civibus adversus suos oppressores permitteretur, ad quid magistratus, ad quid princeps, ad quid satrapae et praefecti, si quisque iudex suae causae esse queat? Tertio, etiamsi oppidanis permissum esset civium oppres-
*p. 651. sorem armata *manu persequi et capere, quod tamen nunquam expresse permissum sit, attamen eundem in urbem[a] abducendum ibidemque in carcerem detrudendum non esse, sed illi potius satrapae seu praefecto, in cuius iurisdictione apprehensus fuerit, tradendum, qui illum iudicio quibuslibet ius suum persequi volentibus sistat. — Si etiam Monasteriensibus liberum esse debeat iniuriam civibus illatam in iurisdictione principis vindicare, oppressorem persequi eundemque capere et ad urbem rapere, eodem iure quoque principi licere oppressorem suorum subditorum in urbem fugientem persequi, in ea apprehendere et sine senatus intercessione educere eductumque poenis afficere. Quod enim uni iustum sit, alteri iniustum esse non posse.

Ad haec Monasterienses: Se iterum atque iterum efflagitare, ut ex sententia et decreto imperii in pristinum libertatum et privilegiorum statum restituantur. Quod si fiat et opificum curiae non admittantur, tranquillam se rempublicam habituros confidere. Ad haec, ut magistratum deponere sibi princeps permittat. — Ad id, quod adductum sit, munera ista esse publica, quae excusationem sui non admittant, se respondere: quemlibet quidem debere de republica bene mereri et, quantum fieri possit, illi prodesse. Verum cum hic magistratus sit perpetuus et ad vitae finem usque sibi impositus, se cum rerum suarum dispendio ad illum astrictum non esse existimare[1]. — Et cum con-

[a]) *Ms.:* urbe.

[1]) In einem der Papiere im St.-A. M. a. a. O. beklagt sich der Rat, dafs seine Mitglieder „an erer nerunge und geschefften dorch ere beswerunge thoruggesatt, dewile unse gewontliche genutt, wiewoll klein gewest, uns oick affgekurtet." Es scheint ihm „nicht geraden noch mogelich, wy des regiments mit unser eigen beswerung und entgeltnifs tho dragen; oick dar tho unverplichtet."

Digitized by Google

siliariis utile visum fuerit praesente iudice quaestiones captivorum fieri, se putare non esse illud operae precium, cum crimina a reis extorta ipsi offerantur, unde non obscure maleficiorum circumstantias elicere queat. — Quod etiam princeps absque senatus voluntate facinerosos relaxare possit, non sine periculo reipublicae id futurum, cum incendiarius et latro pecuniae gratia vel alia de causa a principe relaxari possit. — Quod autem appellationis natura invertatur, cum a iudicio principis ad senatum appellatum sit, ad hoc se respondere: appellationem illam non esse, sed potius relationem, reductionem atque instructionem, cum ex iisdem actis fiat. Senatum enim cum consilio iudicis ex iisdem actis facere declarationem, et esse hanc unam instantiam. — *Publicam securitatem et commeatum semper, ut dictum sit supra, antiquitus datum fuisse, neque se videre, quomodo haec consuetudo cum aequitate pugnet. — Ad articulum gograviatus Sendani se neque aliter scire neque audivisse unquam, quam hunc a nobilibus de Schonebecke pecunia emptum esse et a senatu ante hominum memoriam possessum. — Quantum ad eruptionem civilem, si, quo tempore et in qua causa iniustam eruptionem fecerint, sibi aperiatur, se eius rationem reddituros. Hinc misere et flebiliter queruntur, quid superiori anno prope Schoppingam civibus suis acciderit. *p. 652.

Post deliberationem habitam consiliarii respondent: Se pluribus verbis cum senatu non decertaturos, sed ea, quae sunt producta et proposita, ad principem relaturos. Ipsum sine dubio, quae aequitati sint conformia, acturum. Verum quantum ad gograviatus iudicium in civilibus causis attinet, sese extricare nondum posse, quae post latam sententiam causa ad senatum sit referenda; se itaque respondere, quod non sit reductio, cum ab arbitris sententia non sit lata. Secundo relationem non esse, cum ea ante latam sententiam fiat. Relationes quoque aliam habere naturam et ad superiorem fieri. Illud tamen sibi utile videri, ut hic articulus ad cognitionem principis et totius dioecesis reiiciatur. — Quod facinerosi absque senatus consensu a principe non sint relaxandi, se ea in re mediam quandam viam excogitasse, hanc videlicet, quod si princeps maleficum dimittere velit, quem senatus non esse dimittendum contendat, a principe

Digitized by Google

tres suorum consiliariorum in dioecesi, et non aliunde, ortos esse designandos, coram quibus tanquam iudicibus remisso ipsis prius iureiurando utrinque rationes proponant, hinc quibus dimittendum, illinc vero quibus non dimittendum, sed capitali iudicio consistendum esse censeant; et horum decreto utrinque acquiescendum esse. — De commeatu quoque dando senatus causas audivisse, cur solus princeps in quibusdam casibus sibi eum vindicet. — Eruptionem etiam civilem plus incommodi quam commodi allaturam[a]; aequitati quoque adversari in principis
*p. 653. iurisdictionem irruere eamque praefracte *violare supra dictum est. Se tamen a senatu in medium adducta ad principem relaturos. Illud autem ab ipso se consecuturos sperare, ut civibus oppressorem seu hostem suum in iurisdictione principali persequi et apprehendere liceat, si tamen id sine subditorum incommodo fiat et maleficus satrapae seu praef cto, in cuius dominio apprehensus sit, tradatur.

Senatus his exasperatus in abdicatione magistratus perseverat. Ad quod consiliarii: se a principe eius rei nullam neque commissionem neque permissionem habere; hortari autem se et fideliter admonere senatum, ne officia sua, priusquam haec omnia ad principem referantur, deponat. Se non dubitare principem clementer ad omnia responsurum. Senatus ea lege annuit, ut brevi sibi respondeatur, cuius animi princeps sit. Quod consiliarii se apud principem effecturos pollicentur. His ita actis digrediuntur.

Cum autem de reipublicae forma mitiori et tolerabiliori reddenda aut pristina saltem recuperanda ultra quinquennium iam cum principe actum esset neque ipse princeps vehementer offensus iusiurandum remittere vellet, sedatiores quidam senatorii ordinis alio modo cum principe offenso agendum esse censent, si privilegia antiqua sint recuperanda[1]. Hermannus itaque Heerde,

[a]) *Ms.:* allaturum.

[1]) Von hier an stimmt Kerss.'s Bericht wieder in den Hauptsachen mit dem in der „Korten antekunge" überein. Diese hat keine Kenntnis von den eben von Kerss. mitgeteilten Verhandlungen. Unmittelbar nachdem das Regiment des Statthalters und seiner Diener als ein tyrannisches charakterisiert ist, heifst es dort weiter: „So nun dit durede int sevende

Digitized by Google

tunc temporis in senatu aedilis (postea consul factus cum omnium civium applausu rempublicam Monasteriensem per multos annos optime et prudentissime rexit), vir placidus et mire facundus, hic ope et consilio Hermanni Schenckinck, patricii, usus in familiaritatem Frederici a Twisth, satrapae Saxenburgici et aulae episcopalis praefecti, se insinuavit, qui ea apud principem auctoritate valuit, ut minorem episcopum ipsum passim appellarent, et nomine senatus illi obtulit dono sexaginta florenos aureos deque pristinorum restitutione privilegiorum cum illo collocutus est[1]. Et dum crebris conventionibus habitis inter se ea de re agerent consiliaque communicarent, quomodo apud principem restitutionis negotium commode conficeretur, Twistius in aegritudinem incidit, cuius curam Ioannes Wesselinck, philosophiae et medicinarum doctor ac principis medicus, suscipit. Accidit autem interea, ut Herde ac Schenckinck coeptum civitatis *negotium peragere cupientes Twisthium conveniendi facul- *p. 654.
tatem quaererent, sed ne creber ille conventus malevolis, qui intercedere et impedire coepta possent, rem prodat, ideo eam

---

jar, wort van ethlichen vorgenamen, offt man an den reden nicht erlangen konde, dat man einen gnedigen hern mochte bekommen, und disser handel up andere wege werden gestalt." Dann folgt die Notiz: „Dat wort oick gesacht, dafs die furste, capittel und ritterschafft der sake nicht woll eyns worden, und wafs dar nicht mede thofreden, dat sloth in der stadt solde van sine f. g. und der landtschoff gebouwet werden; und wolden dat capittel und ritterschap für sich hebben und den fursten dar nicht uplaten, were tho besorgen gewesch, dafs sie der furste dar oick mit zukumpftich mochte dwingen. Darumb trachteden etliche und sich daruff malckanderen berachtslageden, wo men den handel up dat beste angripen mochte."

[1]) In der „Korten antekunge": „Desser einer wart genant Herman Heerde ... kemner, eyn dapper, geschicket, verstendich und wolberedt mann ... Die begaff sich by einen der oversten rede, die ock des fursten woll mechtigh wafs und emme vacke in sinen furstlichen saken volgede. Desse hette Frederich van Twiste, den men oick den luttiken bisschop nomde. Als nun genante Heerde der restitution halven redde mit enne, so gaff he inne eyne vererunge des rades wegen als men sechstich goltgulden, und boscheiden sich darnach vaken bieinander und bewogen, wie man den handel mochte beste inleggen, und thoch manck anderen bi sick Herman Schenckinck, oick eyn wolbereden und wolbeschickten mann van den erffmannes, die do thor tidt winher wafs."

Digitized by Google

Twistius Weslingo committere illoque pro internuncio uti constituit. Proinde commemorat Weslingo, quod senatus Monasteriensis Herdenum et Schenckingum privilegiorum recuperandorum gratia ad se ablegaverit, qui secum ea de re serio egerint; neminem vero ad eam securius diligentiusque ac sine suspicione conficiendam inveniri posse, quam ipsum doctorem; illum enim, cum sit civis, civitatis commodum singulari sine dubio fide curaturum, et cum sit medicus publicaque persona, ipsum citra suspicionem ullam tam apud principem et se quam apud Herdenum et Schenckingum omnia sibi clanculum commissa tutius referre posse. Weslingus in gratiam civitatis se id facturum recipit, quare per ipsum Twistius Herdeno et Schenckingo nunciat, ne ad se Saxenburgum vitandae suspicionis causa veniant, se, quicquid a se apud principem effici velint, doctori internuncio ad se perferendum concredent[1].

Haec causa multis modis agitatur et volvitur anno 1541
Jan. in Ianuario. Sed Twistius spe uberioris quaestus multa interiicit, moras nectit causamque procrastinat, unde senatus Twistii mentem non obscure intelligit. Quare per doctorem loco honorarii quadringentos florenos aureos ipsi addicit. Nihilominus tamen maiora sperans rem suo solius astu ad festum Paschae

---

[1]) Die „Korte antekunge“: „Nun begaff sick, dat Frederich von Twiste ... kranck lach zum Sassenbergh; wafs einer unser borger Johann Wesselinck, doctor und nach der tidt richter diesser stadt Munster, by gedachten Twiste, quam und plegede eyn radt in siner kranckheit. Do nu up eyne tidt genante Heerde und Schenckinck bogerden, by Twiste tho komen, nam Twist den doctor alleyne und mit langer verworden und protestation, dat he ime in dat geheîme und geloven seggen wolde, und were dit: he were besocht von etliken des rades tho Munster, und nomede Hermann Heerden und Hermann Schenckinck, wie sie gerne wolden, den standt der stadt Munster up andere wege thobrengen, und dat sie mochten wedder tho ehren privilegien und aller rechticheit bracht werden; so wuste dann Twiste nemandt dar beth tho gebrucken, dan eyne, den doctor, wante he konde oick unbedacht bie den fursten, enne sulvest, Twisth, Herden und Schenckinck komen. Dar sich dann die doctor inbegaff. Dess schreff Twist eynen breff ane Herden und Schenckinck, dat sie nicht thom Sassenberge komen solden, ume verdenckens und archwans willen, dann wat sie gewerven und gedan hebben wolden, datselve sollen sie dorch doctor Wesselinck uthrichten; die konde unbedacht aff und an by den fursten komen.“

Digitized by Google

producit existimans se ampliori praemio pro rei inaestimabilis recuperatione dignum. Senatus cum summam principis clementiam et gratiam pollicitatione duorum millium florenorum pro grata remuneratione sibi comparasset, morae culpam in solum Twistium coniicit. Princeps etiam morae impatiens, cum pecuniam sibi a senatu promissam solvi affectaret, Twistium obiurgat, quod negotii finem non faceret[1]. Twistius ergo malam principis gratiam metuens diutius rem protrahere non audens Herdenum et Schenckingum cum curiae amanuensi et utroque Weslingo, quorum alter, de quo supra, medicus, alter vero iuris licentiatus et urbis iudex erat, in villam rusticanam cognomine Oedinckbergam ad se vocat, ubi restitutionis negotium sursum deorsum-

[1]) Die „Korte antekunge": „Dese underhandelunge heff sich an dat jair 1541 im Januario und wort fur und nach se vaste und feile gedreven; wante Twiste vertogh die tidt, bewoch dar folle beswerens inne, gedachte, darvan tho hebben; und unse lude weren arm; dar was ghin gelt vorhanden, de stadt borde keine opkomste, wante de stadtholder war gruith- und winherr. Doch wart dem doctor befoelen, dat er dem hoffmeister Twiste tho eyner vererunge solde sprecken vierhundert goltgulden. Nu verstreckede Twisth den handel byfs nach Paschen, und men konde nicht thom ende komen der meynunge und ansehunge, dat Twist mit soe kleine vererunghe nicht zufreden wass. So wuste men nu, dat der furste willich wass, und verdrott ine, dat Twist den handel so langh vertzogh, konde oick wall mercken, dat Twisth datsulvige dede ume syne gizeheit willen; wass ock den fursten gelavet zwey dusent goltgulden, die he ock gherne gehabt. Das furderden de frunde des rades vasth und vill an doctor Wesselinck und he, Wesselinck, an den fursten und Twist." Dann folgt die von Kerss. unbeachtet gelassene Notiz, dafs der vom Bischofe 1541 zum Reichstag nach Regensburg entsandte Licentiat Mumme seinem Herrn meldete, „dat etliche der hern und rikesteden nicht wolden tho der session eher, das de stadt Munster weder restituoirt wer, we dan der forst, capittel und ridderschaft dem riche toesaege gedaen und ine nicht geholden wort." — Der Bischof erhielt später in der That 2000 Gulden von Seiten der Stadt. Die „Korte antekunge" berichtet darüber zum Schlufs: „Und men gaff den fursten fur die eerste restitutio thwee dusent goldtgulden; dat eyne dusent wort gedan in eynen sulveren geschencke, soe vergoldt war, dat wort gekafft von burgemeister Willibrant Plonies vor eyn hundert goldtgulden und wort gesant dorch Johan Wesselingk licentiaten ..., de praesenterde dat den fursten tho Iburgk; und dat ander dusent goldtgulden wort den fursten gebracht tho Horstmar durch Johan Wesselingk doctor, des forsten medicus ..."

Digitized by Google

que volvitur. Sed cum in eo conventu nihil certi decerneretur, alius conventus ad eundem locum indicitur, nec in eo quicquam definitum fuit[1]. Recepit enim Twistius se in prioribus con-
*p. 655. ventibus acta ad principem *prius relaturum sine huius auctoritate nihil fieri oportere asserens; huius se decretum propediem rescripturum. At cum responsio illa ad multos dies prorogaretur, senatus metuit, ne in eversionem actorum omnium et civilis libertatis perniciem res prodatur. Quare Weslingus medicus suggestione senatus die Mercurii post dominicam Exaudi,
1. Juni. quae fuit prima Iunii, per literas ad Twistium datas responsum serio poscit; moram enim istam diuturnam multorum malorum causam esse posse. Tunc tandem rescribit, ut quidam senatorii ordinis viri cum utroque Weslingo ad diem Lunae, quae Pente-
6. Juni. costen sequitur, quae fuit 6. Iunii, in coenobium virginum Rengerinck veniant. Huc ubi princeps cum suis et Wilbrandus Plonies consul, Bernardus de Tynnen, Hermannus Schenckinck, Ioannes Bischopinck, patricii, Hermannus Herde et Gerardus Averhagen, plebei senatores, venissent, de omnibus antiquis privilegiis, libertatibus et moribus civitati restituendis coeptum est agi. Internuncii vero et quasi sequestres inter principem et senatum duo Weslingi fuere, per quos utrinque res peragitur[2].

[1]) Die „Korte antekunge“ giebt nun zunächst ganz kurze Notizen über die Belagerung und Eroberung Münsters, über den Tag zu Worms im November 1535 und die erfolglosen Verhandlungen der Reichskommission zu Münster im März 1536. Dann heifst es weiter: „Darmit ich nu wedder up die restitution kome, wort die handel van den Twiste van der eyner tidt up die andern verthogen und verbleff also, dat men eynen guden frunde dor tho brukede; die toch na den fursten ..., den vertalde do die forste, dat die officiall ... van Regensbergh geschreven, darup he do dem fursten verantwordt, dat sulchs ock tho Munster gesacht worde; dar dann up beslotten, dat die sulffte vorth van stunden an mit einer credentz ane dem Twiste gesant, der do ock dagk und nacht reisede; und so Twiste he des fursten meinunge entdeckede, sande de zu fuegen an Herden und Schenckinck, dat sie den negesten folgende morgen solden komen up einen hoff in dat kerspell van einen genant de Schulte thom Oldenhoeve, und bringen mit sich die beiden Wesselingk und eren secretarium. Do die dar quemen, wort gehandelt, doch nicht entlick beslotten, unde wert achte dage darnach wedder eine bikumst up densulvigen hoff bestemmet.“

[2]) Die „Korte antekunge“: „Twist nam sick an, dat he dat wolde bringen an den fursten. Do nu weder von densolvigen upt lengeste ver-

Digitized by Google

Sed cum antiquitus receptum et longo usu confirmatum fuisset, ut in gratiam civis alicuius cum quovis etiam militaris ordinis viro foris extra urbem controversiam habentis porta aliqua urbis nocturno tempore ad persequendum hostem suum aperiretur, Twistius hunc articulum civitati multas ob causas non esse permittendum contendit. Weslingi animadvertentes Twistium ampliora munera habendi desiderio flagrare —, quod cum senatoribus enunciassent, consilio subito inito pro quadringentis prius addictis decernuntur illi quingenti floreni. Quod cum Twistio Weslingi nomine senatus clanculum indicarent et, ut negotio faveret, obsecrarent, ipse capite more suo nutans se et bombardam bene promeruisse affirmat, quae etiam illi re iam transacta una cum pecuniis dono mittitur[1]. Princeps ergo remisso

---

handelt, wort die affscheit genommen, dat he wedder wolde an den fursten trecken und eyn entlich boscheit thoschriven, welcher sich ock vertogh, und men sich hir besorgede, dat die handel uithbrecken worde; begerden die underhandelers von den doctor, dat he wolde an den hoffmeister Frederich van Twiste schriven, dat die sake moge geendiget werden. Nu wort in den sulfften schrifften viel bewegen, wat unrath uifs der verstreckunge erwachssen konde, und wort diese breff geschreven den godensdag nach Exaudi ... Defs krech do die doctor eyn schrifftlich antwordt alsuss ludende, dat etliche perssonen des rades solden den mandach in den Pinxten den vormiddack komen tho Rengerinck in dat kloster, bringen mit sich die beiden Wesselinck. Defs togen dar hen her Willebrant Plonies borgemeister, Berent van der Tynnen, Hermann Schenckinck, Johann Bisspinck, Hermann Heerde, Gerdt Averhagen und noch etliche mehr. Da wort nu dar thor stede in der saken dapperliken gehandelt, und underhendelers weren tuschen den fursten und raide die beiden Wesselinck."

[1]) Die „Korte antekunge": „Do mangelde die sake myt eynem artikell, des men sich nicht vergelichen konde, dar oick Twiste grothe beswerniss aver makede, welcher artikell wass doesse, dat men de rechtigkeit und oelden gebruick in der stadt Munster bessher gehatt hedde, wann eyner van den burgern defs mit jemandt buthen der stadt Munster tho donende hedde, he were dann van der ridderschafft offte anderss, den plege man oick by nachten eyne porten tho oppenen tegen sine viande. Als dat nu nicht werden wolde, sachten die beiden Wesselinck: Summa, hie will mehr hebben. Dar wort do beslotten, men soelle ine baven die verhundert eynhundert gulden geven. Do nu datsulvige ine von den Wesselingen wort angesacht, wenckede na siner wise mit den hovede und sachte, he egede ock wall ein stucke geschutz; oick wass men dat willich, und da waer ime do ein valkeneth gefoirth, welcher dat sniderampt hadde wandages lacten

Digitized by Google

superiori iureiurando omnia privilegia, iura, libertates, mores,
(5. Aug.) consuetudines habitas antiquitus non tantum senatui reddit, verum etiam civitatem universam cum omnibus civibus in pristinum statum plenissime restituit, sed curias opificum, vulgo gyldas, earumque conventicula, unde omnia in urbem Monasteriensem mala primum profluxerint, nullo modo se laturum[1]. Praecipit insuper senatui, ut intra annum leges, statuta et plebiscita
*p. 656. anti*quitus usurpata ad pristinum usum revocet novaque iura in civilis libertatis et emolumenti augmentum condat eaque omnia agat intra sua moenia, quae sine iuris alieni strage suam

---

geten, dan die snider scher stonde dar noch up." — In dankbarer Anerkennung der Verdienste Twist's um die Wiedererlangung der alten Privilegien hat die Stadt Münster in einer Urkunde vom 9. Juni 1542 (gedr. bei J. Niesert: U.-S. I. S. 290 ff.) den fürstlichen Hofmeister und dessen Erben in ihr Bürgerrecht und ihren Schutz aufgenommen; wogegen Friedrich von Twist sich für sich und seine Nachkommen verpflichtet, in seiner Erbbehausung keine Feinde Münsters zu dulden oder zu schützen, vielmehr soll sein Erbhaus alle Zeit ein offenes Haus der Stadt Münster sein, damit diese von da aus ihre Feinde verfolgen könne.

[1]) In der „Korten antekunge" heifst es nur kurz: „Up sodanige verehrunge dede der hoeffmeister den uithsprocke, und sine f. g. gaff jdern die handt und scholt ine den oelden eidt qwidt, welchen se den forsten up den Brockhoff voer Monster doin mosten. So dat gescheit, gungen die ogen aver eyn jderen. Des wort der loffliche furste oick beweget, dat sine f. g. kume redden." — Die Restitutions-Urkunde des Bischofs (Orig. im Stadt-A. M. I. Nr. 9, Abdruck bei J. Niesert: U.-S. I. S. 314 ff.) datiert vom 5. August 1541. Zwar setzt sie die Bürgermeister, den Rat und die sämtlichen Einwohner Münsters wieder ein „in alle ihre vorige lofwirdige privilegien, herlicheiten, auctoriteten, übunge, gepreuche und gerechtigheiten," aber es bleiben dabei doch noch wesentliche Beschränkungen bestehen. Abgesehen davon, dafs „hinfurter die gilden ... genzlich abgescaft und uffgehaben sein und pleiben" sollen, wird die Gültigkeit der Wahl der Ratsmitglieder von der Bestätigung des Bischofs abhängig gelassen. Die Rechenschaftsberichte der einzelnen Ratsämter sollen einmal jährlich in Gegenwart bischöflicher Räte gegeben werden; u. A. m. Die Religion belangend soll „binnen Munster kein erneuwerunge noch enderunge furgenommen noch durch den rath gestattet werden biss zur zeyt, das weither versehunge oder maifs und ordnung bey dem heiligen Romischen reyche angestalt und publicert werden." — Am 22. August 1541 wird dieser Vertrag vom Bischofe und dem Rate noch einmal ausdrücklich bekräftigt (Orig. im Stadt-A. M. I. Nr. 10).

Digitized by Google

rempublicam meliorem reddant; se ea approbaturum et consignaturum [1]. Inde tam acriter potatum est, ut, quomodo digressi fuissent, nescirent. Utrinque enim erat gaudium; hos munera non contemnenda, illos vero restitutio privilegiorum exhilaraverat [2].

Post aliquot hebdomadas Twistius apud principem effecit, ut senatui arcem, civilis libertatis repagulum in urbe extructum, demoliri liceret [3]; quod cum fieret, civitatem in integrum iam restitutam esse patescit. Quae res multorum invidiam civitati non faventium ita excitat, ut penes solum principem citra aliorum statuum assensum restituendi auctoritatem esse negarent et adversus restitutionem illam iam factam clanculum aliquid molirentur. Proinde princeps, ut ratum suum decretum adversus quoscunque persistat, cum civitate Monasteriensi et reliquis totius dioecesis oppidis foedus init, illudque signis 20. Maii anno

---

[1]) Darüber besagt die Urkunde Nichts. Doch heifst es in der „Korten antekunge“: „Nu wort den borgemeistern und raides freunden by die restitution befallen, und sie laveden oick den fursten, dat sie sollden eine lofflike pollicie binnen jars instellen, darmit eindracht und borgliche nehrunge in der stadt angerichtet und erholden worde; datsulve wolde sine f. g. fürsiggelen.“

[2]) Die „Korte antekunge“: „Und also ginck men vorth tho dissche sitten, darneffens wort dapper gedruncken; die furste sanck mit den frunden und makede sich ghuder zier und uithermaten frolich, also dat men kume wuste, wo sie van einander gekomen weren ...“

[3]) Ueber die Schleifung der Engelsburg giebt auch die „Korte antekunge“ keine genaue Nachrichten. Sie meldet nur: „Hir wer nu mit inthoteken, wie das men mit den blockhusern gefaren, dat noch staen bleff, und doerfte die radt dat nicht affbrecken laten sunder consent und willen des fursten; und wie Twisth dat ock vertzog, und durch wilche dat noch wart verhandelt, dat eyn erbar raidt eyn schrifft van den fursten kregen, dat men dat mochte daell brecken.“ — Bei D. Lilie S. 262 heifst es, dafs der Bischof nach Herstellung der Einigkeit in der Stadt „den inwonners genedeliken vorgundt, alle blockhuser umme de stadt unde dat blockhues, so in der stadt begunnen to timmeren, to der stades besten afftobrecken unde slicht to maken.“ Herm. Hamelmann S. 1287 läfst die Engelsburg „ex decreto imperii“ geschleift werden. Vgl. auch C. Schele a. a. O. S. 123, der berichtet: „Senatus vero recepta ab episcopo arce tyrannicum quiddam sapere eam et onus urbis ratus ac, ne populum plus satis contra se commotum arce retenta magis etiam excitaret, funditus everti mandat.“

Digitized by Google

1542 (23. März.) 1542 utrinque confirmatur[1]. Et ut firma sit haec episcopalis privilegiorum et libertatum pristinarum restitutio, senatus a 1544 8. Mai. Carolo Quinto imperatore eius confirmationem 8. Maii anno 1544 impetrat[2].

Senatus, ut principis mandato satisfieret, Franciscum Werneum, curiae suae amanuensem, ad aliquot urbes iura, plebiscita et consuetudines petitum ablegat, quibus circumstantiarum ratione temperamento addito in sua republica uteretur. Et quamvis senatus in politicis istis legibus scribendis plurimum eniti et laborare videretur, nihil tamen certi conficitur, sed res ob disceptationem et secessionem patriciorum, qui plebeiorum statutis se nolle constringi contendebant, in annos aliquot differtur. Proinde quidam, qui principali restitutioni superius factae interfuerant, in gratiam civium apud principem et Twistium de conscribendis et absolvendis a senatu politicis legibus agunt; ea enim mora civilem libertatem et utilitatem magno civium malo in suspenso teneri et procrastinari. Horum ergo instinctu princeps senatum per scripta, ut pactis et conventionibus satisfaciat, aliquoties admonet et urget; et nisi propediem id fiat, se sena- *p. 657. torum bona arestis intercipere minatur[3]. Ideoque senatus *timore

---

[1]) Der Widerspruch des Domkapitels und der Ritterschaft gegen den von dem Bischofe ohne Zuziehung der Landstände mit der Stadt geschlossenen Vertrag ist auch in der „Korten antekunge“ mit den Worten berührt, es wäre auch anzuzeigen, „wie dat die hoffmeister Twisth van capittell und ritterschaft bynnen Munster angelanget, umb der restitution bescheit toe geven, dar dan Diderich van Merfelde bei stunt und derhalven in ungenade kam, alsoe dat ine unse g. f. und her dat ampt zur Walbecke nemmen wolde.“ — Die Urkunde, mit der am 23. März 1542 die kleinen Städte des Stiftes „als Munstersche stent genoten“ den Vertrag zwischen dem Bischofe und der Stadt Münster „gentzlick bewilligen, bevolbarden, bestedigen und eynhelliger wyse ratificeren,“ ist abgedruckt bei J. Niesert a. a. O. S. 286 ff.

[2]) Abdruck der Urkunde bei J. Niesert a. a. O. S. 313 ff.

[3]) Die „Korte antekunge“: „Defs sande ein erbar raidt an etliche stede mester Frantz, ehren secretarium, sich tho erkunden, jedoch wert dat van den eynen jar in das ander vertogen. Als nu dar nicht van wort, furderden daruff etliche luede und gude frunde, die by den handel gewest, ane hoichgedachten fursten und Twisthe, umb die pollicie antorichten und den fursten tho handen (tho) stellen; oick also, dat die furste vakenmaill

Digitized by Google

adductus quosdam articulos ad mitigandum principem conscribit conscriptosque ipsi exhibet et typis excudit, quorum exemplaria in paucorum manus devenerunt[1]. Et cum civilem libertatem et utilitatem incolarum non tam augere quam minuere putarentur, ut praefecti curiarum principi queruntur, brevi interciderunt. Postea senatus ipse ea, quae de opificum curiis in politicis le-

---

ane den raith darumb schreff und oick sich vernemen leith, dat he wolde des raides erve und ghuider lathen thoslaen. So sie et vernemen, doe leten verfaten ein erbar raidt etliche artickell in schrifft und brachten den herren fur, also dat die furste darmeddc zufredden gestelt werden solle, und wolden oick vorth die rede maken und den fursten thostellen. Dan wu dar van gesacht worden, die raidt konden sich dess under eynander nicht vergliken, so dat die erffmanns und borger sich der pollicie halven under einander nicht konden verdregen, dann es dar by biestan bleff." Die hier angedeuteten, von Kerss. unerwähnt gelassenen Artikel sind wohl identisch mit der „Ordenunge und reformation, de ingesettene burgere und amtzverwanten int gemeine betreffen," die aus den Akten des Stadt-A. M. abgedruckt sind von R. Krumbholtz: Gewerbe Münsters (in den „Publikationen aus den Kgl. Preufs. Staatsarchiven" [Leipzig 1898] S. 60 ff.). Die Artikel geben „trotz der allgemein gehaltenen Ueberschrift nur Bestimmungen für die Aemter."

[1]) Die „Korte antekunge": „Do bestundt die furste tho furderen umb die gelavede pollicie und was in meinunge wie furhen, der raidtshern guder thothoslaen. Do leith die raidt etliche articulos der policien belangende prenthen, die doch in weinich lude hande komen und balde wer verlaren worden, dar oept stoende V. D. M. J. Ae." — Der Druck liegt uns vor in der „Ordnung unnd pollicey || der Stadt Munster ||" (ein Exemplar des Originaldruckes in der Bibliothek des St.-A. M. Nr. 14 944; teilweiser Neudruck bei R. Krumbholtz a. a. O. S. 74 ff.). Der Druck ist undatiert. Auf dem Titelblatte befindet sich das Münstersche Stadtwappen, darüber ein Schriftband mit den Buchstaben V. D. M. J. E. (Verbum Dei Manet In Eternum). Die Akten des Stadt-A. M. (s. R. Krumbholtz a. a. O. S. 72 f.) ergeben, dafs der Bischof am 23. Sept. 1550 den Rat Münsters ernstlich ermahnte, in längstens zwei Monaten eine nicht nur für die Aemter, sondern für alle Bürger und Einwohner der Stadt verbindliche Polizeiordnung aufzurichten, und dafs er den Termin zur Einreichung derselben auf Bitten des Rates am 16. Dezember 1550 um einen Monat verlängerte. Die in fünf Quartbogen gedruckt vorliegende Polizeiordnung stammt also aus dem Jahre 1551 (wohl aus dem Anfange desselben). Bestätigt wird das durch folgende Notiz in der Rechnung des Grutamtes für das Jahr 1551 (Stadt-A. M.; leider ist kein Tagesdatum beigefügt): „Item gegeven Mester Goddert Tzwyvell voer 100 ordenunge eder policyen to drucken, ider van 5 quaternen, is 8 daler, facit 14 Mrk 9 ß."

Digitized by Google

gibus scripserat, commutavit. Animadvertit enim priori modo se tranquillum reipublicae statum non posse conservare. Distinxit ergo opificum curias et singulis duos viros praefecit, qui non curiis suis, sed senatui iurati essent, ita ut penes senatum omne ius curiarum esset et mulctas transgressionis nomine extortas sibi vindicaret. Timebat enim, ne hac distinctione curiarum et indulgentia iis permissa principem offendat, qui curias seu gyldas prorsus abolitas et nunquam restituendas esse voluit. Quare legati ad principem mittuntur, qui senatorii facti assensum impetrabant[1].

Hoc cum senatus convocatis curiarum praefectis magnifica oratione commemorasset, quam si rem summe necessariam et curiis utilem impetrasset, omnes tacent, quo sibi id minime placere significant. Unus itaque e senatu in Ludgerum Mummium acriter invehitur, cur nunc linguam instar mutae ovis in ore teneat? cur ea nunc, ut alias, non utatur? cur nunc taceat? Quibus verbis ille attonitus et consternatus domum recedit et subito morbo correptus intra dies paucos extinctus est[2]. Quae

---

[1]) Die „Korte antekunge“: „Als nu oick etliche articuli in der restitution mit den ampten verandert werden, want eyn erbar raidt sach, dat men mit sodaner restitution dat regiment der stadt nicht erholden mochte, makede die raith fur erste wederumb underscheit der ampter; sufs mochte jderman maken, kopen, verkopen, was eyne belavede und betalen konnde. Des stalte die raidt jderen ampte twe furwesers, die solden voer den raide jarliches reckenschop halten, solden oick ghine biekumpst maken, sunder alleine mit des rades willen, und solde oick der ampter bodde den raide geschworen sin. Jdoch befruchtede sick die raidt, disse puncte den amptern thotholaten sunder wettent und consent des fursten, nach den mall in der restitution was klarlich uifsgedrucket, dafs nummermer solden gilde wedder gestadet offte togelaten werden.“ (Am Rande: „we ein radt begert hadde, unde nicht der forst“). „Derhalven togen etliche des rades nach den fursten na Iburgk ... und erlangeden dar van den fursten syn consent und bewilligunge, die inn oick beseggelt wort.“ Die Bewilligung des Bischofs vom 17. Nov. 1552, in der einige Vorschläge des Rates die Aemter betreffend wörtlich angeführt werden, ist abgedruckt bei R. Krumbholtz a. a. O. S. 77 ff.

[2]) Die „Korte antekunge“: „Und als nu die bewilligunge des fursten weder an den raidt gebracht, worden die furstender der gilden dar by gedaget. So men nu des fursten bewilligunge mit eyner groeter und langer protestation entdecket, der hapinge und thoversicht, dat die vorwesere der

Digitized by Google

res praefectos curiarum seu gyldarum ita commovit, ut in die Stephani Protomartyris anno 1553[1] ad summum templum in antiquo choro a meridie convenirent ac de perfecta ac omnibus numeris absoluta privilegiorum antiquorum recuperatione inter se consultarent. Placuit tandem die Lunae post Trium Regum, quae fuit 9. Ianuarii, supplicibus scriptis pro restitutione pristinarum libertatum senatum adoriri, cum intellexissent non solum senatum, verum etiam totam civitatem et cives omnes in pristinum statum a principe restitutos esse, sed a senatu eam libertatem supprimi. Fuit autem supplicationis sententia[2]: Cum anno 1534 anabaptismus in urbe invaluerit atque ita divina pariter et humana contaminaverit, ita summa imis et ima summis mis- 1552 26. Dez. 1553 9. Jan.

---

ampte dess solden hoich erfreuwet sin worden und den raide fur ehren angewanten flith und geworvene frieheit ... gedancket hebben, — als sie nu alle dar stille toe swegen, heff eyne van den raide uff, nemptlich Herman Herde, burgemeister, und sachte: „Wie staht gy und halden die tunge in den munde als schapff? Konne gy nicht sprecken?“ mit meheren scharpen honischen worden. Defs dan eyner, genant Logert Mumme, wort erschrocken, ginck tho huifs, wort kranck, starff kort darnach.“

[1]) d. h. am 26. Dezember 1552. Vgl. oben S. 341 Anm. 1.

[2]) Die „Korte antekunge“ hat zunächst die Notiz, dafs ein Bürger Otto von Calcar, ein Krämer, und Joh. Wesseling auf Bitten einiger Amtsvorsteher es übernahmen, bei dem Bischofe dafür einzutreten, dafs auch die Aemter ihre alten Freiheiten wiedererlangten. Dann heifst es weiter: „Up sodane und andere bodenckunge queimen die furwesers aller ampter by einander up Sunte Stephani dagh in den doeme up den olden kore den nachmiddagh up 12 slagh und beslotten dar eyndrechtlichen, dat sie wolden supplicieren ane den erbaren raidt ... Doeses nu alsoe gescheen, und hebben de gemeinen voerweser offte mesterluithe eynen supplication ingestalt und einen erbaren raidt oberreckent up den gruthuifs ... den mandach na der hilligen drey Konningen im jar 53, welcher inholt deren supplication was, dafs sie begerden van einen erbaren raidt ere olde borgeliche frieheit tho behoff deren gemeinen ampten und ganfse gemeinheit; nachdem sie, die raet, van den forsten weren restitueret, dar wer an thwivell die gemeinheit nicht buten vergetten; dafs sie samt den gemeinen ampten also in den egendoem solden bliven, wer em swerlichen tho gedolden; mit meren anhangende bedde etc.“ — Die hier charakterisierte Bittschrift ist vom 7. Januar 1553 datiert. Kerss. giebt sie im Folgenden in sinngetreuem Auszuge wieder. Der Hauptinhalt derselben ist mit Weglassung der langen, einleitenden Darstellungen aus dem Orig. im Stadt-A. M. abgedruckt von R. Krumbholtz a. a. O. S. 81.

Digitized by Google

cuerit, ut nihil sibi tutum in urbe esse, sed omnia ad manifestam vim et ad arma spectare, omnia caedibus et rapinis intra moenia fervere animadverterint, ideo quosdam suorum iusto metu
